PRAXEOS MEDICAE VNIVERSAE PRAECEPTA

AVCTORE J. Wnd...

IOSEPHO FRANK

IOANNIS PETRI FILIO, AVGVSTISSIMO IMPERATORI ET TOTIVS ROSSIAE AVTOCRATORI A CONSILIIS STATVS, EQVITE ORD. ST. ANNAE II. CLASSIS, ST. WLODIMIR IV. CLASSIS, THERAPIAE SPECIALIS ET CLINICES IN CAESAREA VNIVERSITATE VILNENSI PROFESSORE EMERITO, FACVLTATIS MEDICAE VINDOBONENSIS, SOCIETATIS MEDICAE BEROLINENSIS, CONSILII MEDICI PETROPOLITANI ET CAESAREAE ACADEMIAE MEDICO-CHIRVRGICAE, SOCIETATVM PHILANTHROPICAE ET PHARMACEVTICAE PETROPOLITANAE, NATVRAE SCRVTATORVM MOSQVENSIS, CAESAREAE MEDICORVM ET BENEFICORVM VILNENSIS, ACADEMIAE MEDICORVM VENETAE, SOCIETATIS AGRICVLTVRAE STVDIOSORVM FLORENTINAE, SCIENTIARVM ET ARTIVM ARGENTORATENSIS, ACADEMIAE MEDICAE, SOCIETATVM GALVANICAE ET MEDICAE PARISIN. R. JENNERIANAE, MEDICORVM ET NOSOCOMII A GVYO LONDINI DENOMINATAE, ORDINIS MEDICO-CHIRVRGORVM LVCCENSIS, SOCIETATIS PHYSICO-MEDICAE ERLANGENSIS, MEDICAE MARSILIANAE, MEDICO-PRACTICAE MONTISPESSVLANAE, LITERARIAE CVM VNIVERSITATE STVDIORVM CRACOVIENSI CONIVNCTAE, R. VARSOVIENSIS ETC. ETC. SODALI.

PARTIS SECVNDAE VOLVMEN SECVNDVM, SECTIO SECVNDA,

CONTINENS

DOCTRINAM DE MORBIS DIAPHRAGMATIS, PERICARDII, CORDIS, ARTERIARVM, VENARVM ET ANIMI DELIQVIORVM.

LIPSIAE

SVMPTIBVS BIBLIOPOLII KUEHNIANI

CIↃIↃCCCXXIV.

DE MORBIS
DIAPHRAGMATIS.

Caput I.

De vitiis diaphragmatis.

§. 1.

Diaphragmatis dignitas. Literatura.

1. Quamvis cum pristinis physiologis diaphragma non amplius pro centro animi pathematum habere possimus, atque plurima phaenomena, quae illi hoc sub respectu tribuebantur, cordi potius et plexui nervorum epigastrico adscribenda sint; attamen tantum est imperium septi transversi in opus inspirandi, exspirandi, suspirandi, oscitandi, tussiendi, sternutandi, ridendi, flendi, vagitandi, singultandi, odorandi, loquendi, cantandi, ejulandi, sugiendi, digerendi, vomendi, alvum et urinam evacuandi, partum excludendi, variosque nisus perficiendi, ut illud omni medicorum practicorum attentione dignum sit. Diaphragmatis dignitas.

2. De diaphragmate, inprimis morboso, praeter scriptores infra citandos [1]) egerunt: Parisani [2]), Literatura.

1) Cap. II et III.

NI [2]), SCHENK [3]), FRIDERICI [4]), BARTHOLINUS [5]), SENAC [6]), ETTMÜLLER [7]), HAZON [8]), HALLER [9]), MERTENS [10]), KRUEGER [11]), CAQUÉ [12]), LODER [13]), HAASE [14]), BERENDS [15]), CAVALIER [16]), MONDAT [17]), HEMPEL [18]), PERCY [19]).

§. II.

2) Nobilium exercitationum de microcosmica subtilitate pars altera; lapis lydius de diaphragm. Venetiis 1635.

3) Diss. de diaphragm. natura et morb. Jen. 1671.

4) Diss. de diaphragmate ex vulnere laeso. Resp. CHRIST. FRID. RICHTER. Jenae 1671.

5) Diaphragmatis structura nova. Parisiis 1676. v. LECLERC et MANGET bibliotheca anatomica.

6) *Mémoire sur le diaphragme. Inséré parmi ceux de l'académie R. des sciences de Paris, année* 1729.

7) De vulneribus diaphragmatis. Lips. 1730.

8) An praecipuum respirationis organum diaphragma? Affirm. Quaest. med. inaug. Praesid. CHOMEL Parisiis 1732. Id. Praes. CAROL. SALLIN; resp. JOSEPH PHILIP. Paris. 1762.

9) De musculis diaphragmatis. Bernau 1733. Programma de diaphragmate. Goetting. 1741. v. Opusc. minora.

10) Diss. vulnus pectoris complicatum cum vulnere diaphragmat. et arteriae mesentericae inferioris. Argent. 1758.

11) Diss. de nervo phrenico. Lips. 1759.

12) An praecipuum affectionum animae organon diaphragma? Remis 1774.

13) Progr. Obs. herniae diaphragmatis. Jen. 1784.

14) Progr. de nervo phrenico dextri lateris duplici, parisque vagi per collum decursu. Lipsiae 1790.

15) De lethalitate vulnerum septi transversi. Francof. ad Viadr. 1794.

§. II.

De vitiis formae, herniis, ruptura, vulneribus et tumoribus diaphragmatis.

Vitia formae, herniae.

1. De diaphragmatis *defectu*, monstris acephalicis familiari [20]), supra monuimus [21]); obvenerat praeterea diaphragma in sinistro latere [22]), vel in centro tendineo [23]), deficiens; omnino membranaceum [24]), aut saltem paucis fibris muscularibus instructum [25]); sub forma bursae, ventriculum, lienem, partem intestini ilei, processum vermiformem et portionem colon continens [26]); cum dilatatione foraminum transitui oeso-

16) *Diss. obs. sur quelques lésions du diaphragme et en particulier sur sa rupture. Paris l'an XIII.*

17) *Essai physiol. et médical sur le diaphragme. Strasb.* 1810.

18) Tract. anat. pathol. de diaphragm. sano et morboso. Goett. 1808.

19) *Dictionaire des sciences médicales. Art. diaphragme. T. IX.* p. 214.

20) Meckel *Handbuch der pathol. Anatomie. I. B.* p. 160.

21) P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. VII. §. XXIX. No. 2 (87).

22) Vetter *Aphorismen zur pathol. Anat.* p. 144. 145.

23) Büttner *Anat. Wahrnehm.* Wilson *Philos. Trans.* 1798. *P. II.* v. Reil's *Archiv.* 4. *B.* p. 450.

24) Ohdelius in *N. Schwed. Abhandl.* 1785. p. 172. 178.

25) Isenflamm *Beyträge z. Zergliederungsk.* 2. B. 2. *H.*

26) Pyl's *Aufsätze und Beobachtungen aus der gerichtlichen Arzneywissenschaft.* 5. *Th. N.* 5.

oesophagi [27]) et venae cavae [28]) dicatorum, aut cum illorum foraminum defectu [29]); cum foraminibus plurimis [30]), quorum unum alterumve venis abnormiter decurrentibus [31]) inserviebat, aut alienum locum occupabat [32]). Foramina haec interdum *herniis diaphragmatis* locum concedunt. Visa enim sunt per foramina haec diaphragmatis in cavum pectoris transivisse, in embryone — ventriculum, lienem, duodenum cum parte hepatis et omenti [33]); in viro diuturna alvi obstructione et vehemente vomitu laborante — omentum, portionem pancreatis, ventriculum, duodenum et magnam coli partem [34]); in alio nullo

27) Morgagni Epist. XXXVII. N. 10.

28) Idem Epist. LIV. N. 37.

29) Büttner et Isenflamm l. c.

30) Morgagni Epist. LXIV. N. 2. — Epist. LXX. N. 10. Epist. LXXVII. N. 14.

31) Idem Epist. V. N. 6. 9 (Vena hepatis quae jam sub diaphragmate sese in cavam deplere debuisset, id supra efficit). Epist. LX. N. 6. (Duae venae abnormes per duo foramina contra naturam assurgebant).

32) Morgagni v. Haller de corp. humani fabrica. T. VI. p. 136. (Foramen pro Aorta in parte tendinosa).

33) Stehelin Tentamen med. Thes. 3. — Morgagni Epist. LIV. N. 11. Cfr. Otto *Handb. d. pathol. Anatomie* p. 215. et ejusdem Monstr. sex anat. et phys. disqu. p. 15.

34) Bartholinus hist. Anat. rar. Cent. VI. hist. LV. T. III. p. 288. Cfr. Clauder in Boneti Sepulchr. Anat. Lib. III. Sect. 8. Obs. 27. — Ejusd. epistol. ad

nullo respirationis vitio affecto — ventriculum situm pulmonis dextri (qui desiderabatur) occupantem [35]; in tertio — intestinum colon, redux per alterum foramen ad abdominis cavum [36]; in infante bienni a nativitate aegrotante — omnia viscera abdominalia cum mesenterio [37]; in sene vulnere capitis defuncto — intestinum colon [38]; — in alio etiam prius sano — intestinum tenue [39].

2. Communissimae autem sunt *herniae diaphragmatis a vulneribus* excitatae. Harum culpa penetrarunt ad cavum pectoris: *ventriculus* [40]; pars Herniae a vulneribus.

MARCUM RUYSCH de obs. practico anatomico mirabili. Pat. 1661.

35) RIVERII Observ. medic. Cent. IV. Obs. 67. — BONETI Sepulchr. Anat. l. c. Obs. 27. §. 2.

36) CHAUVET in *mémoires de l'acad. R. des sciences de Paris.* 1729. Obs. Anat. 2.

37) CAROL HULT in *Philosoph. Transact. N.* 277. — Acta Eruditor Lipsiens. 1762. Mens. Decembr. — LESKE's *Auserles. Abh. aus d. philos. Trans. I. B.* p. 133. Casus similes in monstris narrantur a LEMERY in *mém. de l'acad. R. des sc.* 1729. et a DUVERNOY in Comment. Acad. Scient. Imp. Petropol. T. III.

38) LEPROTTE in MORGAGNI op. c. Epist. LIV. N. 2.

39) VETTER l. c.

40) FANTONI Obs. Anat. med. select. XXIII. DERRECAGOIX *Journ. de chir. p.* DÉSAULT. *T.* 3. — RICHTER's *chirurg. Biblioth.* 13. *B.* p. 430. SENNERTUS Prax. Lib. II. P. 2. C. 15. L. V. P. 4. C. 3. SCHENK Obs. med. Lib. II. Obs. 258. p. 509. MOEBII fundam.

pars illius sinistra simul cum *duodeno* et *colon* [41]); ille totus cum *omento* et *pancreate* [42]); *inte-*

med. physiol. Cap. X. — FABRICII HILDANI Diss. Chir. Cent. II. Obs. 33. — BONETI Sepulchr. Anat. Lib. II. Sect. I. Obs. 144. Lib. IV. Sect. XII. Obs. 23. — BLANCARD Anat. pract. ration. Cent. I. Obs. 2. p. 3. Obs. 70. p. 152. Cent. II. Obs. 9. p. 206. — VALENTINI chir. med. Francof. 1715. Sect. 2. C. 5. — *Bresl. Samml.* 1723. p. 562. KIRSCHBAUM de hernia ventriculi. Argent. 1749. in HALLERI Coll. disp. chir. T. III. N. 69. — HALLERI elem. physiol. T. VI. p. 118. — KLINKOSCH diss. de herniarum divisione novaque herniae ventralis specie. Prag. 1764. In diss. med. select. Pragens. quas collegit et edidit Jos. THAD. KLINKOSCH. Prag. 1775. T. I. N. 11. — MORGAGNI Epist. LIV. N. 12. — LIEUTAUD hist. anat. med. Lib. I. Sect. 2. Obs. 219. T. I. p. 73. — VAN GEUNS *Verhandeling. van de Holl. Maatsch. Deel VIII. St. I.* p. 169. THURNEISEN Diss. de hernia ventriculi. Basil. 1777. — SANDIFORT Obs. anat. pathol. Lib. IV. C. 5. p. 48. — PLOUQUET enumeratio herniarum tam genuinarum quam spuriarum. Tubing. 1789. — DESAULT *Auserles. chirurg. Wahrnehm.* 5. *B.* p. 9. J. CLARKE in *transact. of a Soc. for the improvement of med. and chir. Knowledge. Lond.* 1802. *Vol.* 2. *N.* 8.

41) GLANDROP in BONETI Sepulchr. Anat. Lib. III. Sect. 3. Obs. 21. N. 9. Similes observationes obveniunt apud PARAEUM Opp. Lib. IX. C. 30. — MUYS Prax. med. chir. Lond. 1682. Dec. V. Obs. 2. — FOTHERGILL in *Philos. Transact. N.* 478. — KNOBLOCH diss. de externa merocele incarcerata. Lugd. Bat. 1794.

42) BAUSCH de lapide haematide. Lips. 1665. LIEU-

intestina tenuia[43]); *jejunum*, *ileum*, et *colon*[44]); *colon* cum portione *omenti* et *lobo sinistro hepatis*[45]); solum *colon*[46]); *hepar*[47]), et *vesicula fellea* hydatidibus referta[48]).

3. Nec desunt exempla *rupti diaphragmatis*[49]) sub nisu vehemente corporis, inprimis sub partu[50]), vomitu[51]), lapsu[52]), saltu[53]), resistentia

Ruptura et vulnera.

TAUD l. c. L. I. Sect. 2. Obs. 208. T. I. p. 70. MACAULAY in *med. obs. and inquiries. Vol. I. Obs.* 4 *et* 5. p. 25.

43) HENR. AB HEER v. BONETI Sepulchr. Anat. l. c. §. 3.

44) PREISS in *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1798. 4. *B.* p. 265. (In viro 77. annor. a nonnullis annis vertigine, ructibus, crampo ventriculi et vomitu laborante. Intestina, ubi per fissuram diaphragmatis transiebant, angustata erant. Causa verisimilis herniae lapsus ante viginti annos perpessus).

45) CLARKE in *med. and chirurg. Transact.* 1800. *Vol.* 2. p. 118. — FRIESE's *Annalen d. Brittischen Arzneykunde.* 1. *B.* 2. *St.* p. 219. *Tab. I* et *II.*

46) PAREUS l. c. LIEUTAUD l. c. Lib. I. Sect. 4. Obs. 510. 511. T. I. p. 154. PLENK *Samml. v. Beobacht. über Gegenstände d. Wundarzneykunde. Wien* 1769. *I. Th. N.* 5.

47) BLEGNY Zodiac. Gallic. 1682. p. 38.

48) SIMMONS *med. Communications. Vol. I. N.* 5.

49) *Mém. de l'ac. R. des sc. de Paris* 1733. p. 513.

50) PERCY l. c. p. 217. (Facies cadaveris omnino mutata).

51) ST. ANDRÉ v. PERCY l. c. p. 218.

52) PERCY l. c. (Facies cadaveris veluti ridens, viscera

stentia adversus grave onus obviam ruens [54]), — ab ictu [55]), praesertim dorso inflicto [56]). Symptomata rupti sic diaphragmatis sunt; facies ad risum composita et abdomen complanatum. Nisi ruptura diaphragmatis illico necet, quod licet rarissime contingere potest [57]); aegri alvi pertinaci obstructione, angustiis continuis, lipothymiis crebris, vomitu quotidiano, doloribus constantibus pectoris et abdominis excruciantur [58]). *Vulnera* alia diaphragmatis omnino chirurgiae sistunt objectum; sufficiat hinc meminisse quod ut plurimum, at non semper [59]), symptomatibus diaphragmitidis stipantur.

4. Po-

abdominis in cavum thoracis irruperunt, et abdomen complanatum erat.)

53) Percy l. c. p. 219. Cfr. Godefroy in *Journal de méd. de M. M.* Corvisart, Leroux *et* Boyer. *An IX. Mois de Nivose.*

54) Percy l. c. (Ventriculus, fere omnia intestina, lien, mesenterium, omentum in cavum thoracis irruerant, quo aperto ventriculus prosiluit. Volumen thoracis auctum erat, ac abdomen depressum, complanatum ita ut columna vertebralis facile tactu perciperetur).

55) Percy l. c. p. 222. (Commissurae labiorum versus aures retractae erant, dentibus in propatulo).

56) Bohn v. Percy l. c.

57) Percy l. c. p. 223.

58) Idem l. c.

59) Plenk *Samml. von Beobachtungen.*

4. Postremo non ignorandum, diaphragma (praeter reliquias inflammationis, alibi describendas [60])) aliquando duritiem cartilagineam [61]), indolem osseam [62]), concretiones terreas [63]), tubercula et tumores [64]), inprimis sarcomatosos [65]) et exanthemata [66]) exhibuisse. Tumores.

CAPUT

60) Cap. II.

61) SCHREIBER Comment. Soc. Petropol. Vol. VII. p. 228. STOLL *Heilungsmethode*. 3. *B*. 2. *St*. p. 155.

62) BARTHOLINUS hist. anat. rar. Cent. II. hist. 85. T. I. p. 323. — BLANCARDI anat. pract. rar. Cent. II. Obs. 62. p. 277. MORGAGNI Epist. LXX. N. 5. GUINOT in *Recueil périod. de la Soc. de méd. à Paris. T. III. N.* 16. LEVEILLÉ ib. p. 298.

63) WALTHER Observ. Anat. p. 42. WINSLOW v. TODE *med. Biblioth*. 3. *B*. 2. *St*. p. 180.

64) BONET Sepulcr. Anat. Lib. II. Sect. 7. Obs. 92. GERNER v. LIEUTAUD l. c. Obs. 786. p. 250. COUZIER v. LIEUTAUD l. c. Obs. 783. p. 250.

65) VASLING v. LIEUTAUD l. c. Obs. 784.

66) e. c. peticulas (STOLL l. c.) exanthema indeterminatum (OTTO l. c. p. 217).

Caput II.

De diaphragmitide.

§. III.

Definitio. Literatura.

Definitio. 1. Dolor constrictivus, transversim per abdomen a regione epigastrica secundum longitudinem costarum spuriarum ad columnam vertebralem (modo alterutro in latere, modo utrinque) decurrens, sub inspiratione, alvi et urinae depositione, auctus, cum febre et singultu, de inflammatione diaphragmatis seu *diaphragmitide* [1]) testatur.

2. De

1) *Synon. Paraphrenitis*, quae vox veteribus pro levi delirio indicando inserviebat. *Phrenitis* enim vocabatur in universum omne delirium (Celsus de med. L. III. C. 18.). Recentiores demum aliam phrenitin vocarunt *idiopathicam*, quae ex cerebro ipsiusque membranis oriatur; aliam *sympathicam*, quae ex diaphragmate aliisque partibus originem habeat. Veterum loquendi modus, hypothesi superstruebatur, quod diaphragma in mentis mutationem influat, quam hypothesin jam Hippocrates refutasse censetur, ubi ait: „ego quidem nescio, quam potestatem habet diaphragma ad sentiendum et intelligendum.“ Nec vox

2. De hoc morbo scripsere: PETRUS SALIUS DIVERSUS [2]), ROTH [3]), WOLFF [4]), SCHNEIDER [5]), BRENDEL [6]), EYSELIUS [7]), STÜVEN [8]), ZWINGER [9]), SCHULZE [10]), SEGNER [11]), GATTENHOF [12]), BOXBELT [13]), BEELDSNYDER [14]), FEIN [16]), SCHROEDER [17]), SAALMAN [18]), RENAULDIN [19]), SAWICZ [20]). Literatura.

§. IV.

paraphrenitidis unquam a HIPPOCRATE ad diaphragmatis inflammationem designandam usurpata est. Jure monuit SELLE (Rudimenta pyretologiae method. p. 132.), nomini paraphrenitidis illud diaphragmatidis substituendum esse.

2) De affect. particular. Cap. 8. opusc. p. 262.

3) Diss. de inflammatione septi transversi, symptomatis et curandi ratione. Lips. 1548.

4) Diss. de septi transversi inflammatione. Argent. 1661.

5) Diss. de inflammatione diaphragmatis seu paraphrenitide. Witteb. 1665.

6) Diss. de cognatione paraphrenitidis cum febre maligna. v. Opp. III. p. 62.

7) Diss. de paraphrenitide. Erf. 1710.

8) Diss. de phrenitide et paraphrenitide. Jen. 1724.

9) Diss. de paraphrenitide. Basil. 1731.

10) Diss. de paraphrenitide. Hal. 1742.

11) Diss. de paraphrenitide. Jen. 1747.

12) Diss. de paraphrenitidis ratione et curatione. Heidelb. 1758.

13) Diss. de paraphrenitide. Lugd. Bat. 1758.

14) Diss. de inflammatione diaphragmatis seu paraphrenitide. Ultr. 1762.

16) Diss. de indole ac sede phrenitidis ac paraphrenitidis. Goett. 1765.

17) Diss. de inflammatione diaphragmatis. Goett. 1772.

§. IV.

Symptomata. Autopsiae cadaverum. Caussae.

Symptomata. 1. Febris cum aestu magno, pulsu saepe frequente et contracto, interdum pleno et lento [21]), scenam aperit. Accedit dolor constrictivus, transversim per abdomen, cinguli instar saeviens, in cujus sede describenda, aegrotus propriis manibus decursum diaphragmatis evidenter designat. Designat nimirum epigastrium, ex quo dolor secundum longitudinem costarum usque ad columnam vertebralem decurrit, idque modo in alterutro tantum latere, modo utrinque. Primo in casu, decubitus in latere affecto molestus est, atque hypochondrium ibi compressionem, inprimis superiora versus, respuit. Eo prope examinato, intus et sursum revulsum detegitur [22]). Si diaphragma utrinque laboret, decubitus in dorsum eligitur, ac ambo tunc hypochondria, explorationem recusantia, sursum retracta inveniuntur. Regio epigastrica haud raro excavationem et pulsationem exhibet. Sunt qui de

18) Descriptio phrenitidis ac paraphrenitidis Monasterii in Westphalia. Monast. 1788.

19) *Diction. des sciences médicales. T.* 9. p. 225.

20) Diss. de diaphragmitide. Vilnae 1819.

21) Sic in aegro a. 1819. in Clinico Vilnensi decumbente observavi. v. Sawicz l. c. Obs. I.

22) „Si septum transversum percussum est, praecordia sursum contrahuntur.“ Celsus Lib. V. C. 26.

de dolore ad latera colli conquerantur [23]. Respiratio, solo thorace peracta, sublimis, parva, anhelosa, interrupta, suspiriosa est. Praeterea quivis inspirandi, loquendi, tussiendi, alvum vel urinam deponendi conatus, dolores adauget. Deglutitionem impeditam esse non vidimus, illam vero strepitu quodam circa ventriculum comitatam fuisse, percepimus [24]. Malis enumeratis singultus, interdum et vomitus, accedunt. Ingravescente indies morbo, delirium et risus sardonicus superveniunt. Brevi ante mortem symptomatum remissio observari solet [25]. Felici in casu diaphragmitis veluti pleuritis desinit.

2. Visum est diaphragma tam vehementer inflammatum, ut injectoria arte reddi non posset rubicundius, idque tum in musculosa sua parte multa, tum in tendinea universa [26]. Praeterea reperiebatur septum transversum obductum pseudomembranis [27]; concretum cum basi pulmonum [28], Autopsiae cadaverum.

23) Aeger Clinici Vilnensis A. 1819. v. Sawicz l. c. Obs. 2. (Ex origine et decursu nervorum phrenicorum explicatur iste dolor).

24) Sawicz Obs. I.

25) Huxham Opp. De aëre et morbis epidemicis. A. 1744.

26) Haen Rat. med. P. IX. C. I. §. 5. C. II. §. 7.

27) Lego in schedis Patris mei: „Die 25. Jun. 1798. cum cadaver Archiducis Austriae Mariae Christinae,

num [28]), hepate [29]), liene [30]), aorta aneurysmatica [31]); obsessum ab ulceribus [32]), a maculis gangraenosis [33]), a concrementis terreis [34]), a variis tumoribus [35]), ut ab hydatidibus [36]). Erat dia-

me praesente aperiretur, vidi diaphragma in ea parte, quae hepati obversa est, colore quasi tendineo utroque ex latere instructum, tamque crassum ut tres partes pollicis unius aequaret. Fibrae musculares (discisso illinc diaphragmate) manifeste in medio jacebant, utrinque a *pseudomembrana* lardacea quasi, ac densissima, contectae." Similes observationes narrantur a SANDIFORT (Exercit. Acad. L. II. p. 88.) et a JESSEN (in SCHENK obs. med. Lib. II. Obs. 206).

28) FR. HOFFMANN Med. Rat. Syst. T. IV. Sect. 2. C. 6. STOLL Rat. med. T. II.

29) BARTHOLINI hist. anat. rara. Cent. IV. hist. 20. T. II. p. 265. Cent. VI. Obs. 55. T. III. p. 291. Miscell. Nat. Cur. Dec. II. A. 7. Obs. 252. MORGAGNI Epist. XXXVIII. Art. 34.

30) WINSLOW *traité du bas ventre.* §. 333.

31) MORGAGNI Epist. XL. Art. 29.

32) AMATUS LUSITANUS Curat. med. Cent. VI. Cur. 8. HAUTESIERK *Recueil d'obs. méd. T.* 2. p. 503. LIEUTAUD hist. anat. med. Lib. II. Sect. 6. Obs. 775. T. II. p. 247. MECKEL *Mém. de l'ac. R. des sc. de Berlin* 1764. p. 87.

33) MORGAGNI op. c. Epist. XXXV. Art. 2.

34) WALTER Obs. anat. p. 42. WINSLOW in TODE *medic. Biblioth.* 3. *B.* 2. *St.* p. 180.

35) LIEUTAUD l. c. Obs. 783. 784.

36) Miscell. Nat. Cur. Dec. III. A. I. Obs. 22.

diaphragma quoque hydropicum [37], cartilagineum [38], osseum [39] et peticulis notatum [40].

3. Diaphragmitis, interdum epidemica [41], excitari solet, a frigore aestuanti corporis admoto [42], a potu frigido eoque fermentato ingesto, ab evacuationibus sanguinis habitualibus neglectis, a cursu, ab exanthematibus [43], et impetiginibus retropulsis, ne iterum de ruptura et vulneribus dicamus. Caussae.

§. V.

Diagnosis. Prognosis. Cura.

1. Quid? De vulneribus immo dicendum est, nam nisi ex pathologia vulnerum lux hic afful- D. difficultas.

37) Pohl de hydrope saccato et hydatidibus. Lips. 1747. in Halleri Coll. disp. pract. Vol. IV. p. 269.

38) Schreiber Comment. Soc. Petropol. Vol. VIII. p. 228.

39) Morgagni Epist. LXX. Art. 5.

40) Stoll l. c.

41) Sagar A. 1770. diaphragmitidem epidemicam inter rusticos observavit (G. Vogel *Handb. d. prakt. Arzneywissensch. 4. Th. K.* 10.). Epidemicam quidem non vidi diaphragmitidem, sed annuam constitutionem peculiarem, et hujus morbi evolutioni favere posse, ex eo concludo, quod a. 1819. tria illius exempla in clinico Vilnensi habuerim, cum alias plures anni praeterire soleant, antequam vel unicum invenire liceat.

42) Schulze l. c. §. 39.

43) Aaskow Act. R. Soc. Havn. Vol. I. p. 205.

affulgeret, de diagnosi diaphragmitidis desperandum foret. Docet autem ea, veteres non errasse, ubi *risum sardonicum* [45]) inter symptomata diaphragmitidis recenserunt, cum ille risus revera ab affectionibus gravioribus septi transversi non sit alienus, quod aut ex nexu intercostalis cum tertio ramo paris quinti [47]), aut a connubio nervi phrenici cum pari vago et nervo faciali [48]), explicatur. Explicatur inde etiam cur risus sardoni-

45) Est *risus sardonicus* spastica musculorum faciei contractura risum simulans. *Sardonicus* dicitur risus, a *herba Sardonia*, quam qui gustarunt, labiis dolore in rictum contractis, veluti ridentes emortui esse *narrantur*.

47) „Quodsi itaque caussam simulati hujus risus, qui aegroto funestum praenuntiari solet exitum, sciscitemur, nullo fere negotio eam a connubio, quod pari est intercostali cum quinta conjugatione, petere possumus.“ Schulze l. c. §. 33.

48) „*Il n'est pas étonnant que les affections du diaphragme puissent occasionner des convulsions dans les muscles des lèvres, et qu'elles soient en effet souvent la suite des maladies de ce grand muscle. En effet, les nerfs diaphragmatiques communiquent par des filets avec le nerf vague, et celui avec le facial, qui repand ses rameaux dans les muscles des lèvres: leur convulsion peut être un effet de l'affection du nerf diaphragmatique, qui communique aussi avec le facial, au moyen du plexus formé principalement par les quatrième et cinquième paires cérvicales, par lesquels la majeure partie des nerfs diaphragmatiques est formée.*“ Portal *Anat. méd. T.* 4. p. 233.

donicus a vermibus intestinorum oriri possit [49]). Nec arduum est de *mentis alienatione*, diaphragmitidis interdum comite, per consensum plexus coeliaci (ope nervorum vagorum et intercostalium [50]) cum cerebro), rationem reddere. Interea dari haud raro diaphragmitides sine risu, sine delirio [51]), quin immo sine solitis hujus

B 2 morbi

49) A. 1786. Obiit in Nosocomio Ticinensi „aeger cum febre petechiali, delirio, risu sardonico, et singultu, stipata: nihilominus diaphragma nullum vestigium inflammationis obtulit, sed copiosi ascarides lumbricoïdes multaeque saburrae in intestinis tum tenuibus tum crassis inveniebantur.“ (Ex Schedis Patris mei). Cfr. Epitome de cur. hom. morb. T. II. p. 180. (Doleo encephalum hujus viri non fuisse adapertum).

50) „Rationem proinde exquisituris, cur nerveo diaphragmatis centro incenso, continuum delirium, quod infuriosum multoties observatur abire, semper praesto sit, haud obscure videbitur, causam hujus phaenomeni, maxime conferendam esse in mutuum illud commercium, quod diaphragmati per nervos est cum cerebro.“ SCHULZE l. c.

51) BONET (Sepulchr. Anat. Lib. I. Sect. I. Obs. I.) profert exemplum ubi puellae cujusdam lipothymia subito interemtae cadaver dissecuit, in cujus carnosa diaphragmatis parte abscessum magnum deprehendit, quae tamen viva nunquam delirio fuit tentata. MORGAGNI (de sed. et caus. morb. Epist. VII. Art. 14.) inquit: „ego tendineam quoque diaphragmatis partem (quam unam maxime attendunt, qui delirium a diaphragmatis inflammatione repetunt) inflammatam, cum vix confusa et subdelira, morbi extremo tempore,

morbi symptomatibus [52]) fasti medici abunde docent.

Dist. Diaphragmitidis ab Encephalitide.

2. *Diaphragmitis*, quae risu et delirio stipatur, sane confundi posset cum *encephalitide*, a qua quondam vix differre credebatur [53]); qui tamen error jam diu correctus fuit [54]). Caeterum

mens fuisset." Et HAEN (l. c.) casum refert, ubi septum transversum in musculosa parte multa quidem, sed in tendinea universa, adeo vehementer inflammatum fuit repertum, ut ipsa per artem injectione rubicundior reddi non potuerit; et tamen aeger in morbo non deliraverat, sed ipsam tantummodo sub mortem; pariterque risu sardonico, convulsionibus, furoribusque plane liber fuerat. Idem docuit WENDT (Obs. de pleuritide et peripneum. Sect. Cadav. l. 2. 5.), ubi diaphragma in tribus cadaveribus inflammatum describit, sine delirii, vel risus sardonici mentione. Plures observationes quoque collegit SELLE (l. c.), ex quibus patet, non quidem semper deesse deliria, sed certe non semper et necessario in diaphragmatis inflammatione occurrere.

52) HAEN (l. c. p. 68.) postquam aegri sui historiam enarravit, — ubi nulla nausea, nullus vomitus, observabatur, ac ventriculus omnia pharmaca etsi irritantia perferebat, tandem exclamat! „Quis demum mortalium in hac pleuritide fuisset unquam universi pene diaphragmatis inflammationem suspicatus?"

53) Primus GALENUS inflammato diaphragmate, deliria, non multum a phrenitide diversa produci, dixit (De loc. affect. Lib. V. C. 4). In eadem opinione versabantur BONET (l. c.) et THEOD. ZWINGER (Theatr. prax. med. p. 338.).

54) A LANGIO (Prax. med. C. XIII.) a LAURENT. BEL-

rum non sola diaphragmatis, sed et aliae inflammationes viscerum abdominalium, cerebri affection e simulare solent [55]).

3. Quo pacto *diaphragmitis* a *pleuritide* differt, sequens docet tabula: Dist. Diaphragm. a Pleuritide.

Diaphragmitis.	*Pleuritis.*
1. Dolor sub sterno ad finem costarum.	1. Dolor ad thoracis latus.
2. Dolor cinguli instar pectus constringit.	2. Dolor punctorius est.
3. Respiratio maxime per musculos pectoris absolvitur.	3. Respiratio maxime per musculos abdominis peragitur.

4. Sunt qui diaphragmitidem in *tendineam* et *musculosam* dividunt ac, ibi risum delirium et singultum, hic vero symptomata mitissima obvenire contendunt, num jure nec ne? ignoramus. Distinctio relate ad sedem.

5. Quas observavimus diaphragmitides, indolis erant aut rheumaticae aut metastaticae. Cavendum, ne symptomata nervosa ex solo septi transversi cum cerebro consensu orta, ab indole morbi typhoidea repetamus. Distinctio relate ad indolem.

6. Vulnera diaphragmatis difficilis esse sanationis diu constat [57]); atque lethalia habentur Prognosis.

prae-

LINO (opusc. pathol. de pectoris et capitis morbis p. 419) a BOERHAAVIO (Aphor. §. 900.) aliisque.

55) P. III. Vol. I. Sect. II. Cap. de hepatitide.

57) HIPPOCRATES Lib. VI. Aph. 18.

praeprimis quae partem illius tendineam occupant [58]). Quacunque in diaphragmitide singultus, perennes extremorum perfrigerationes, ardores interni, sudores algidi, mali ominis ac factae gangraenae [59]) indicia sunt. Resolutio ut in pleuritide obtinetur.

Cura. 7. Cura morbi indoli adaptanda ab illa pleuritidis haud differt. *Venae sectiones* largae, uno ore, atque jure commendantur [60]).

Caput III.

De singultu.

---

§. VI.

Definitio. Literatura.

Definitio. 1. Inspiratio, sub qua concussus thorax celeri impetu una cum abdomine attollitur, aer cum sono acuto per os exploditur, loquentibusque sermo intercipitur, *singultum* [1]) constituit.

2. Sin-

58) Galen in Comment. Forestus Lib. VI. Obs. 3.

59) Isenflamm *Prakt. Anmerk. über d. Muskeln.* §. 162.

60) Clifton Wintringham de morbis quibusdam Commentarii. T. II. Lond. 1791.

1) Gr. Λυγμός, seu Λύγξ (Gen. Λυγγός). Vox Lat. *sin-*

2. Singultus semiotica ab HIPPOCRATE et GALENO perbelle tradita est. Ad therapiam vero quod spectat, fundamentum ALEXANDER TRALLIANUS [2]) posuit. Accessere observatores, quorum sedulitati, facta, ad doctrinam universam condendam necessaria, debemus [3]). Inserviere illa ad conscribendas dissertationes auctoribus ALBERTI [4]), KEGLER [5]), STIMMELIUS [6]), SENNERTUS [7]), MICHAELIS [8]), KIESLING [9]), SEBIZ [10]), HOFMANN [11]), SCHENCK [12]), CROCIUS [13]), STEINFELS [14]), KINNER [15]), VESTI [16]), VAN REVERHOST [17]), Literatura.

gultus derivatur a nonnullis ab imitatione soni ipsius singultus, ab aliis ab adverbio *singulatim*, id est unum post alterum. GERM. *Schluchzen.* DIALECTO AUSTRIACA *Der Schnakerl.* GALL. *Hoquet.* ANGL. *Hickup, hiccough.* ITAL. *Il singhiozzo.* POL. *Czkawka.* ROSS. Икота.

2) Lib. VII.

3) Mentio illorum passim fiet.

4) Diss. de morbis mesenterii et de singultu. Vit. 1578. Diss. de singultu praecipue puerperarum. Hal. 1738.

5) Diss. de singultu. Basil. 1591.

6) Theses de singultu. Francof. 1606.

7) Diss. de singultu. Viteb. 1624.

8) Diss. de singultu. Lips. 1655.

9) Diss. de singultu. Argent. 1655.

10) Diss. de singultu. Argent. 1659.

11) Diss. de singultu. Jenae 1667.

12) Diss. de singultu. Jenae 1667.

13) Diss. de singultu. Marb. 1669.

14) Diss. de singultu. Marb. 1669.

15) Diss. de singultu. Lugd. Bat. 1686.

HOST [17]), BACHMAYER [18]), BOHN [19]), BORELLUS [20]), HOLZ [21]), ROBEL [22]), STOLTZ [23]), SCHAEFFELIUS [24]), CARTHEUSER [25]), BRUNING [26]), THIEL [27]), TSCHUTI [28]), VAN ROSSUM [29]), SCHEIDT [30]). Optimus vero de singultu tractatus, FRIEDERICO HOFFMANNO [31]) debetur.

§. VII.

Symptomata. Autopsiae cadaverum.

Symptomata. 1. Hypochondriorum variationem et ventris tumorem singultum imminentem indicare, HIPPOCRATES monuerat [32]). Spectat haec observatio magis ad morbos acutos, quorum symptoma singultus est, quam ad chronicos. In his enim singultus

16) Diss. de singultu. Erf. 1691.
17) Diss. de singultu. Lugd. Bat. 1692.
18) Diss. de singultu. Altd. 1695.
19) Diss. de singultu. Lips. 1697.
20) Diss. de singultu. Marb. 1707.
21) Diss. de singultu. Regiom. 1707.
22) Diss. de singultu. Marb. 1707.
23) Diss. de singultu. Regiom. 1707.
24) Diss. de singultu. Gryphisw. 1730.
25) Diss. de singultu. Francf. 1754.
26) Diss. sistens singultum morbum, symptoma, signum. Ultraj. 1758.
27) Diss. de singultu. Goett. 1761.
28) Diss. de singultu. Basil. 1767.
29) Diss. de singultu. Lovan. 1781.
30) Diss. de singultu. Duisb. 1782.
31) Medicinae rationalis systema. T. IV. C. 4.
32) Prorrhet. L. I. C. 12.

gultus ut plurimum extemplo ingruit, quod accidit homini, nunc sese moventi et vigilanti [33]), nunc quiescenti et dormienti [34]), nunc omni tempore [35]). Saepe singultus est accidentalis et transitorius, alias vero tam immanis, ut totum corpus, ac si costae frangi vellent [36]), concutiat ac spatium pro libera respiratione et verbis proferendis deneget [37]), ut impediat quominus aeger prandere aut dormire possit, utque latratum canis aemuletur [38]) et ex longinquo audiatur [39]).

Socia

33) Aegra de qua NELSON SCOTT narrat (DUNCANS *annals of medecine. Vol. 2. Lustr. II.* p. 351. v. *auserles. Abhandl. f. pr. Aerzte. 22. B. 2. St.* p. 280.) singultum *nunquam sub somno* experiebatur.

34) Aegra FR. HOFFMANNI (l. c. Obs. I.) solum noctu, quousque dormiebat, singultui obnoxia erat, quo primum vero excitabatur et corpus ipsius in lecto loco movebatur, ab illo immunis erat.

35) Memorabilis singultus, quem descripsi (Ratio Instituti Clinici Ticinensis. Vienn. 1795. Cap. X.) aegram *diu noctuque* excruciabat.

36) DOLAEUS Encycloped. med. Lib. III. C. 2. p. 174.

37) SCHENK diss. cit. p. 6. ex POTERIO. In Judaeo tredecim annorum, qui a nonnullis hebdomadibus singultu latrante laborabat, *quadraginta quinque* singultus spatio sexagesimae horae partis numeravi, Vilnae die 21. Jan. 1819.

38) BARTHOLINUS Cent. II. hist. 4.

39) LAZAR. RIVERIUS Obs. I. p. 302. RIEDLINUS Obs. 31. p. 67. In aegra mea in Clinico Ticinensi singultus ad centum passus usque audiebatur, quod sub fenestris immensum numerum curiosorum attraxit.

Socia tunc singultus agnoscit varia symptomata, quae, aut ex eadem caussa quae illum excitat, aut ex mechanica vi, corpori sub actu singultiendi illata, pullulant. Communissima sunt, inter illa — borborygmi, suspiria, oscitatio [40]), ructus [41]), nausea et vomitus; inter haec — dolor capitis, pectoris, cum sensu plagae ibi haerentis, pulsus frequens, parvus, rubor faciei. Singultus durasse visus est dies quatuor [42]), quinque [43]), octo [44]), duodecim [45]), viginti [46]), quadraginta [47]),

40) Aegra Scott (l. c.) ore semper hiante relinquebatur.

41) An. 1817 — 1820. vetulam judaeam (*Moyzeszowa*) cum Dr. Liboschitz Vilnae curavi, quae singultum *socio ructu* patiebatur. Explosio tanta erat, ut illa non solum in vestibulo audiretur, sed etiam ut infans in eadem domo degens, inde terrefactus in convulsiones inciderit. Ipse prope ructatricem meditabundus sedens, ab explosione inopinate contingente, plus vice simplici concutiebar. Malum hoc dumtaxat interdiu saeviebat. Cum plurima signa vitii cordis aut vasorum majorum adfuerint, illud inde derivavi. Obiit interea aegra cum malis suis. Ad sectionem cadaveris inter judaeos Polon. nequidem cogitare licet.

42) Henning in Hufeland's *Journal d. pr. Heilkunde*. 25. *B*. 4. *St*. p. 75.

43) Weber Obs. med. Fasc. II. p. 35.

44) Benedict. Sylvaticus Lib. II. Consil. 81. p. 287. Rolfinkius Epit. part. corp. affect. L. III. C. 4. p. 208. Riedlin Cent. Obs. 15.

45) Marcus Gattinaria in praxi sua, de jurisconsulto narrat. Tulpius Lib. IV. C. 25.

46) Epiphaneus Ferdinandus hist. 43.

ta [47]), menses tres [48]), septem [49]), octodecim [50]), quid quod annos duos [51]), quatuor [52]), viginti quatuor [53]). Interdum ille periodice redit [54]).

2. Cadavera hominum cum singultu demortuorum exhibuerunt: tumores, nervos, qui stomachum adeunt, comprimentes [55]); tumorem cysticum inter pleuram et vertebras [56]); serum acre in cavitatibus pleurae [57]); ventriculum notis

Autopsiae cadaverum.

47) ALEXANDER MASSARIUS Lib. III. C. 4.

48) SCHENK Lib. III. Obs. 49. ELLER *med. chirurg. Bemerk.* p. 167.

49) Ratio mea instituti Ticinensis l. c.

50) TARANGET in *Journ. de med. T.* 86. p. 363.

51) BARTHOLINUS Cent. III. Epist. 61 (a daemone obsessa credebatur aegra). MARCELLUS DONATUS. Lib. IV. hist. med. Cap. 5.

52) BARTHOLINUS Cent. II. hist. 4.

53) ALBERTI Diss. casus singultus chronici viginti quatuor annorum. Hal. 1743.

54) Singultus periodicus OL. BORRICHII. D. HAZON in diario medico. Jul. 1766. Quolibet anno revertebatur et singulis vicibus quatuordecim dies perseverabat, phlebotomiis cessit, aeger pacate noctes somno transigebat, primo mane adusque vesperam singultiebat. (MANGET *Bibl. med. T.* 4. p. 558.).

55) BARTHOLIN. secunda appendix. v. MORGAGNI de sed. et causs. morborum Epist. XXIX. Art. 3. et RHODIUS Obs. med. Cent. II. Obs. 61.

56) ELLER l. c.

57) FR. HOFFMANNUS l. c. §. 14.

tis nigris sparsim compunctum [58]), tumorem ad cardiam [59]); vermes in stomacho [60]), illius ex omento crasso et scirrhoso dislocationem [61]); hepar cum quadam septi transversi parte nigro colore tinctum, corruptum, sphacelosum; in venis et arteriis parum cruoris; lienem sanguine crasso turgidum, et cor penitus corruptum [62]), atque calculos in renibus [63]).

§. VIII.

C a u s s a e.

C. praedisponentes. 1. Praedisponunt ad singultum aetas infantilis et senium, hinc genus nervosum imbecille [64]).

C. excitantes. 2. Excitatur singultus: a vulneribus cerebri [65]), a laesionibus musculi temporalis [66]), a luxa-

58) Ramazzini constitut. A. 1692. et duorum seqq. N. 22. Cfr. Haller opusc. patholog. Obs. 14.

59) Eller l. c. p. 170.

60) Frank epit. de cur. hom. morb. L. V. 2. p. 526.

61) Lieutaud hist. anat. med. Lib. I. Obs. 208.

62) Fr. Hoffmann l. c. Obs. 3.

63) Dr. Matusewicz, quondam professor artis obstetriciae in C. Universitate Vilnensi, praevio pertinaci singultu, in atrio domus perceptibili, ex suppressione urinae mortuus est; secto cadavere calculos renales, quorum praesentiam praedixi, exhibuit.

64) Fr. Hoffmannus l. c. §. 10.

65) Hippocrates Sect. VII. Aph. §. 3. et Heurnius comment. in hunc aphorismum p. 469. Fr. Hoffmann §. 15.

luxatione vertebrarum [67]) et costarum [68]), ab illarum versus ventriculum curvatura [69]), a cartilaginis ensiformis depressione [70]) et prolapsu [71]), a menstruatione [72]) illiusque defectu [73]), a graviditate [74]), a frigore [75]), vertici admoto [76]), et prae-

66) Klein *chir. Bemerkungen* p. 150.

67) Alexander Massarius l. c. (quidam cum cecidisset in dorsum, vertebris luxatis, incidit in singultum, a quo liberari non potuit, nisi in locum suum vertebris restitutis). Cfr. Rhodius Cent. II. Obs. 61. (singultus ex compressâ thoracis vertebra undecima superiori orificio ventriculi objecta).

68) Fernelius Lib. VI. de part. morb. et sympt. C. 3. p. 568 (costâ repositâ quievit singultus). Observavi ex hac caussa singultum in femina nobili Vilnensi. Aegra morbum ex repetita contusione thoracis, in curru incommodo vehendo, contraxerat.

69) Hippocrates de fractur. C. 47. articulorum. Docte hunc locum commentatur Michaelis Diss. cit. §. 51. 52.

70) Fernelius l. c. (Tres menses continuo durabat singultus).

71) Bonet Sepulchr. Lib. III. Sect. 5. Obs. 8. App.

72) Schurigius (Parthenol. p. 213.) refert, singultum feminam quandam, ante mensium eruptionem, semper occupasse, hac vero facta protinus cessasse.

73) Fr. Hoffmannus l. c. Obs. I. Jaurion in *Recueil périod. de la Soc. de med. à Paris. T. III. N.* 17.

74) Fr. Hoffmann l. c. §. 18 (ultimis gestationis mensibus).

75) Riverius (Cent. III. Obs. 42.) meminit, quod quaedam puella per totam hyemem singultu graviter vexata, omni vero aestate ab eo libera fuit. Interea

praesertim humido [77]); a haustu gelido [78]), acidularum [79]); a veloci deglutitione [80]); a cibo in oeso-

singultum non invenio frequentiorem in regionibus septentrionalibus, quam alibi.

76) Recens nati, nisi verticem habeant bene tectum, statim incurrunt singultum.

77) RAYGERUS (Miscell. nat. cur. Dec. II. A. 6. Obs. 211.) de triduano singultu ex diuturniore in aquis mora, casum refert memorabilem. A. 1816. judaeum cum saevo singultu observavi. Juvenis iste per plures horas prope sponsam sedens atque lasciviâ exarsus, dolorem vehementem testiculorum persentire coeperat; contra quem, chirurgi cujusdam consilio, *fotum frigidum* admovebat. Extemplo comparuit singultus, per quinque dies protractus.

78) Eph. N. Cur. Dec. III. An. I. Obs. 48. SMETIUS Misc. p. 523. RIVERIUS (De morb. infrequent. Obs. I.) singultum semestrem a frigido haustu adnotat, et TIMAEUS A GULDENKLEE (L. III. C. 5. p. 115.) exemplum singultus allegat in viro, qui valde calefactus nimium aquae frigidae cum nitro hauserat. Et in febribus singultus observatus est, a nimio usu juleporum acidorum et emulsionum refrigerantium (SCHENK Lib. III.).

79) Eph. N. Cur. Cent. V. Obs. 46.

80) Si velociter aliquid devoratur fieri singultum observavit RHASES 5. Contin. et ALEXANDER 7. Problem. 45. Qui tuburcinantur, ait SAUVAGES (Nosol. method. morb. Class. V. Gen. IV.), illi saepe singultiunt, unde prophylaxis est diu cibos masticare antequam deglutiantur, sufficiente potu cibos diluere, et non satiari cibis, sed edere ad sobrietatem.

oesophago haerente [81]), a pane calido magna quantitate devorato [82]); ab avida ingestione lactis [83]), fructuum horaeorum [84]), superbibendo aquam frigidam; ab esu tum ceparum, allii, et zingiberis [85]), tum piperis cum melle, superbibendo vinum calidum [86]); a potu cremati [87]), alioque calido [88]); a venenis e. c. conio maculato [89]), euphorbio [90]), acido sulphurico [91]), antimonio [92]); a vomitoriis et drasticis [93]), a bile [94]),

81) Sic apud Hollerium (De morb. intern. Lib. I. C. 33. in Schol. p. 349.) puella assidue singultiebat, pulmonis bubuli frustulo in oesophago restitante, donec illud excussum fuit, affectus cessavit.

82) Epiph. Ferdinandus hist. med. 43.

83) Communissimus ex hac caussa singultus inter pusiones.

84) Vidi pluries in hominibus, qui ex septentrione fructuum egeno in regiones meridionales, illis abundantes, iter instituebant.

85) Gatinarius de cognit. et curat. aegrit. p. 81.

86) Galenus de compos. med. L. V. (De se ipso narrat).

87) Quotiescunque Pater meus vel guttam cujusdam liquoris sumebat, illico singultus praesto erat.

88) Zacutus Lusitanus Med. Prax. hist. XIII. N. 75.

89) Guldenklee Lib. VII. Cas. 4.

90) Idem l. c. Cas. 7.

91) Barbette Prax. med. Lib. IV. Cap. 2. p. 136. (loco balsami cujusdam sumpto).

92) Baglivi specimen de fibra motrice et morbosa. Romae 1702.

93) Hyperemesin et hypercatharsin singultus stipari testantur Hippocrates (Sect. VII. Aph. 3 et 4. ac Sect.

le [94]), ab acidis primarum viarum [95]), a flatibus [96]), faecibus [97]), a herniis incarceratis [98]), a venere [99]), a febribus intermittentibus praepostere cinchona sanatis [100]), a diarrhoea aut dysenteria mature nimis per narcotica cohibita [1]), ab impedita erysipelatis evolutione [2]), ab aphthis [3]), ab antipathia [4]), a haemorrhagiis [5]), a nisu

V. Aph. 41.), SYDENHAM (method. cur. febr. p. 61.) et FR. HOFFMANNUS (l. c. §. 13.).

94) HANSA in HUFELAND's *Journ.* 6. *B.* 4. *St.* HENNING ib. l. c. FINK *Gallenkrankh.* p. 238.

95) In infantibus quotidie observatur.

96) FR. HOFFMANN l. c. Obs. 4.

97) Commerc. Liter. Norimb. 1732. p. 288. PELARGUS *med. Jahrgänge III.* p. 154.

98) Plus vice simplici vidi.

99) Eph. N. Cur. Dec. II. An. 10. Obs. 88. Cent. V. Obs. 31.

100) FR. HOFFMANN l. c. §. 14. et Obs. 2.

1) FR. HOFFMANN l. c. §. 14. et Obs. 2.

2) Observationem hanc in sene Missionario Vilnensi, POHL, institui. Aeger vehementi singultu laborabat, eadem ratione, qua erysipelas ad crus evolvebatur, decrescente, ac, facta eruptione, evanescente.

3) „Omnium frequentissimus et molestissimus singultus oritur, dum aphthis obsidetur oesophagus, et saepe antequam in faucibus appareant vel oris internis partibus, ex singultu nato illas jam adesse noverunt medici." SWIETEN Comment. §. 629.

4) Eph. nat. Cur. Cent. I et II. App. p. 191.

5) SAUVAGES l. c.

nisu imitationis [6]), a magnetismo animali [7]), a fletu suppresso [8]).

3. Sedes singultus prius in pulmonibus [9]), ventriculo [10]) incassum quaesita, nunc in diaphragmate [11]) locata est. Ac re quidem vera „concusso velocissime septo, concutitur quoque gula et stomachus citissime; hinc aëris continuo a nobis deglutiti portio, intra gulam comprehensa, magno C. proxima.

6) Smetius (Miscell. p. 543—563.) plures simul in orphanotrophio singultu affectos fuisse narrat. „Puella 23. ann. nata, ait Sauvages (l. c.), affligebatur violento et continuo singultu canis latratum referente; vix ob diaphragmatis et intestinorum convulsiones poterat jusculum haurire; haec in nosocomio degebat vicina aliis quatuor puellis, quae tertio die *omnes singultire coeperunt*, altera cessante per semihoram tres singultiebant etc."

7) Vidi in epileptica manipulationes magneticas primum oscitationem, dein singultum excitasse.

8) Schroeder in Siebold *Samml. chirurg. Wahrnehm.* 3. *B.* p. 224.

9) Aristoteles. S. 30. problem. Quaest. I. et 17.

10) Hippocrates L. VI. Aph. 39. Galenus L. V. de loc. affectis. C. 6. Aph. 6. Comm. Sennertus med. Pract. L. III. P. I. Sect. 2. C. 10. Nicol. Piso (De cogn. et curand. morb. Lips. 1766. C. 7. p. 53.), Morgagni l. c. Definiebatur fere ab omnibus singultus „pro motu convulsivo ventriculi, vitium, quod tunicis suis inest, expellere tentantis."

11) Felix Plater. Prax. Tract. I. Forestus. Lib. XVIII. Obs. 12. Fr. Hoffmannus l. c. §. 9. affirmans: „*ad inspirationis laesionem pertinet singultus.*"

magno impetu sursum per integrum pellitur oesophagum, et tandem in fornicato palato singultuosum illum efformat clangorem" [12]). In indole singultus eruenda quaevis schola suas fovebat hypotheses [13]).

§. IX.

D i a g n o s i s.

Generatim. 1. Singultum, a nonnullis affectibus, qui cum illo similitudinem habent, distinguere, dein in *symptomaticum* et *primarium* dividere, juvabit.

Dist. singultus ab aliis affectibus. 2. Distinguendus est singultus 1° a *motu concussorio et sonoro thoracis*, qui plorantibus, pueris maxime et mulieribus, ab animi pathematibus, ira, gaudio, dolore, contingere solet [14]); et 2° a *detentione spastica*, quae diutius tenet diaphragma rigidum et perpetuam producit respirandi difficultatem, uti videre est in colicis et hysteria. Desideratur hoc in casu sonitus singultientibus proprius, et character peculiaris singultus,

12) Fr. Hoffmannus l. c. §. 5. Cfr. Langii pathol. animat. Cap. 36.

13) Sic repetebatur singultus a Galeno (L. II. de caus. sympt. C. 6. et 8. de compos. med.), a vaporibus irritantibus; — a Roderico a Castro (Comp. morb. C. 33. p. 154.), ab intemperie frigida, — a Paracelso (Lib. de tartaro), a tartaro etc. etc.

14) Lat. Singultire, ululare. Germ. *Schluchzen.* Gall. *Sangloter.*

gultus, quod scilicet remittit et per intervalla recurrit.

3. Singultus *symptoma* esse solet pestis [15], febrium [16] (inprimis dum illarum decursus anodynis praematuris perturbatur [17], sudores et efflorescentiae cutaneae [18], potissimum miliaria [19], supprimuntur), pemphigi [20], encephalitidis [21], hydrocephali [22], epilepsiae [23], diaphragmitidis [24], hepatitidis [25] aliorumque inflammationum visce- Sing. symptomaticus.

C 2 rum

15) Thucydides et Lucretius mirae illius Atheniensium pestis mentionem facientes, inter alia pessima symptomata et singultum referunt. De singultu ut pestis symptomate loquitur quoque Diemerbroeck C. 13. §. 5. C. 15. Annot. 5. (Oritur saepe a carbunculo diaphragma aut stomachum occupante).

16) Febres cum permanente singultu obvenientes, *singultuosae* dicebantur. Casus leguntur apud Wedel Diss. aeger singultu ex febre maligna laborans 1676. et in Miscell. nat. cur. A. IV. Obs. 48. p. 43.

17) Riverius Cent. III. Obs. 17.

18) Forestus Lib. V. Obs. 15.

19) Sauvages l. c.

20) Robert in *Journal général de médecine par Mr.* Corvisart etc. 1812. *Mars.* p. 232.

21) Mercurialis Lib. I. Prax. Cap. 15. p. 61.

22) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. IV. §. XXII. 4. (72). Acta mea Clinica. Vol. III. p. 46.

23) Weiss de singultu epileptico in Act. Acad. nat. cur. Vol. III. p. 225. Horn *Archiv f. med. Erfahr.* 1710. *May.* p. 154.

24) Cap. II. §. IV. N. 1.

25) Hippocrat. L. V. Aph. 58. Celsus L. II. C. 8.

rum abdominalium et viarum urinalium, ac morborum plurimorum puerperii [26]), nec non aphtharum.

S. primarius.

4. *Singultus morbum per se constituens*, aut rectius, singultus morborum reconditorum effectus, variae est indolis, videlicet *traumaticae*, *inflammatoriae*, *rheumaticae*, *gastricae*, *arthriticae*, *atonicae* et *nerveae*.

S. traumaticus.

5. Origo *singultus traumatici*, a violentiis ventriculo et diaphragmati illatis [38]), per se patet. Quo pacto vero vulnera cerebri et luxationes vertebrarum singultum excitare queant, intelligent, qui originis encephalicae, nervi intercostalis [39]) et vagi [40]) et originis cervicalis nervorum phrenicorum [41]) memores sunt.

S. inflammatorius.

6. Posse *statum inflammatorium*, potissimum *plethoram*, singultum gignere, haud mirum

Tulpius Obs. med. L. IV. C. 4. et quotidiana experientia.

26) Alberti de singultu praecipue puerperarum. Hal. 1738.

38) *Singultus a pressione* Sauvagesii.

39) Quatenus nervus intercostalis ex gangliis suis thoracicis nervos splanchnicos largitur, qui nervi per hiatus diaphragmatis transeunt et in plexum coeliacum terminantur, ex quo plexus phrenici pullulant.

40) Quatenus ille nervus per foramen oesophageum diaphragmatis transit et in plexum coeliacum desinit.

41) Quatenus nervi phrenici directe diaphragmati provident.

rum videbitur si perpendamus, radices nervi intercostalis per foramen caroticum prope carotidem descendere [42]), unumque illorum [43]) per sinum cavernosum transire, nervos phrenicos cum pericardio cohaerere, — atque aortam, venam cavam et azygos per diaphragmatis hiatus et foramina migrare.

7. Nec mirum *rheuma*, utpote generatim musculis et tendinibus infensum, septo transverso haud parcere. *Singultus rheumaticus* etiam per consensum ex affectione rheumatica cerebri, medullae cervicalis et nervorum diaphragma adeuntium, ortum trahere potest. S. rheumaticus.

8. Nullibi vero, quid nervorum consensus in singultu producendo valeat, evidentius apparet, quam in *singultu gastrico* [44]), cui scilicet alimenta, qualitate, quantitate peccantia aliique stimuli plexibus nervorum abdominalium infensi (plethora non excepta) ortum praebent. S. gastricus.

9. Magna caussarum complicatio in *singultu arthritico* occurrit, de plethora abdominali, de bile inspissata, de calculo renali *), et de denegata S. arthriticus.

42) Nervi vidiani ramus profundus, et ramus a sexto pari nervorum.

43) Ramus pari sexti.

44) *Singultus a gula* Sauvagesii.

*) Explicatur origo singultus ex calculo renali, per plexum renalem, ejus ex mesenterico et coeliaco ortum ducit, atque plexum phrenicum largitur.

gata evolutione podagrae (uti ex WELSCHII [45]) et RUMPELII [46]) observationibus palam fit) loquimur.

S atonicus et nerveus. 10. *Singultus atonicus* [47]) diarrhoeam, vomitum, haemorrhagias, verbo inanitionem, sequitur, apparet quoque in convalescentia inprimis post febres miliares [48]), nec non in mortis articulo [49]). *Singultus nerveus* [50]), dum nulla caussa materialis inveniri potest, admittitur.

§. X.

Prognosis.

Pr. Sing. symptomatici. 1. Singultum in febribus interitum praesagire, adeo firme credebatur [52]); ut exempla contrarii

45) Hecatost. II. Obs. 54.

46) Diss. de frigoris damno. Lips. 1696.

47) *Singultus ab inanitione* SAUVAGESII.

48) „Qui miliari eruptioni deficienti jungitur (singultus), eaque etiam sanata per dies aliquot perseverat et pro ratione redintegratarum aegri virium sponte tandem evanescit.“ SAUVAGES l. c.

49) „Sunt ultima naturae quô se vertat nesciae conamina.“ SAUVAGES l. c.

50) *Singultus spasmodicus* LUD. MERCATI. T. III. Lib. 3. Cap. 5.

52) FRANC. VALESII Comment. in HIPPOCRAT. epid. L. III. S. 2. Aeger. 12. H. MERCURIALIS Praelect. Pisan. (sibi unquam in ejusmodi casu aliter contigisse observavit, quam HIPPOCRATI), RAMAZZINI Constit. A. 1692. et duorum sqq. N. 22. (quotquot fuerunt singultuosi perierunt).

trarii pro monstruosis [53]) haberentur. Mali praesertim ominis singultus est in febribus non solum, sed et in inflammationibus [54]), haemorrhagiis [55]) aliisque morbis acutis, dum socia habet vocis interceptionem [56]), delirium [57]), vomitum, et oculorum ruborem [58]) aliaque signa magnam corporis labefactationem indicantia [59]).

2. *Sin-*

53) Ledelius (Eph. N. C. Dec. III. A. 7. Obs. 127.) postquam Epiphanium Ferdinandum produxit: „Deum testantem, singultum in febribus malignis et ardentibus ad mortem praedicendam se unquam decepisse" monet: „aegrotum non esse derelinquendum quousque anima adest, quia multoties *monstra fiunt* in curationibus morborum. Talia monstra epidemia typhi in Hibernia a. 1817—1819. regnans exhibuit; enim vero singultus sub curriculo morbi obveniens inter *bona* memorabatur *signa*. (*Transact. of the assoc. of Fellows and Licentiates of the King's and Queen's College of Physicians in Ireland.* 3. *Vol.*).

54) Excipi meretur hepatitis, quamvis et in illa singultus pro lethali habitus fuerit a Hippocrate (L. VII. Aph. 3.) et a Foresto (Lib. XIX. Obs. 18. Schol.).

55) Hippocrates Lib. V. Aph. 3. Salutare tamen habetur singultus exemplum in haemorrhagiis apud Hollerium l. c. Lib. I. C. 33. in Schol.

56) Hippocr. Prorrhet. Lib. I. C. 3. t. 8.

57) Hippocr. Coac. praedict. C. I. T. 131.

58) Hippocr. Lib. VII. Aphor. Aph. 3.

59) Hujusmodi sunt: „sitis magna, debilitas insignis, vigiliae, impudentia, ardor inextinguibilis, motus maxillae inferioris tremulus, nervorum distentio, vo-

P. Sing. primarii. 2. *Singultus morbum per se constituens*, nonnunquam per annos multos sine omni discrimine excruciat [60]). In genere „qui ab inanitione fit pejor est altero, qui fit ex repletione" [61]). Singultus nerveus epilepsiam interdum praesagire est visus [62]). Singultus accidentalis vix pro morbo habendus.

§. XI.

C u r a.

C. Sing. symptomatici. 1. In *cura singultus symptomatici*, ex auxiliis mox commendandis illud quod morbo primario accommodatum est, ast non tumultuarie [63]), eligendum.

C. S. traumatici. 2. Si vertebrae aut costae fractae, luxatae singultum produxerint, fracturae consolidatio, luxationis repositio ex chirurgico petenda foro, unicum spondet auxilium. Cartilagini ensiformi luxatae, ac intus flexae optime medebuntur *cucurbi-*

cis interruptio, urina diluta etc." Fr. Hoffmann l. c. §. 16.

60) „Novi feminam generosam quadraginta annorum, quae viginti annos quotidie adhuc singultu vexatur, sine sanitatis incommodo." Fr. Hoffmann. l. c. §. 20.

61) Galenus Lib. V. Aph. 3 et 4.

62) Schroeer in Hufeland's *Journ. d. pr. Heilk.*

63) Quod si fiat, mors pro medico est, Sydenham de nov. febr. p. 515.

curbitalae coecae, scrobiculo cordis applicitae [64]); item *emplastra* quae attrahunt et firmant.

3. *Cucurbitulae scarificantes* instar miraculi et incantamenti *singultum inflammatorium* tollunt. Applicantur ad loca ubi incendium maxime saevit, hinc pro re nata ad spinam [65]), ventriculum [66]), ventrem [67]). Alias *venae sectio* [68]) aut ex brachio [69]) aut ex pede [70]) indicatur. C. S. inflammatorii.

Locum

64) Vitus Riedlinus lin. med. A. 1695. Mens. Aug. Obs. 4. Hufeland's *Journ.* 23. *B.* 3. *St.* p. 212.

65) Aetius (L. V. C. 137.) „si continuus fuerit singultus, ait, cucurbitulis quoque per totam spinam utimur, et maxime circa majores vertebras septi transversi, attrahentes ipsum ad spinam.“ Ego maxime ad vertebras cervicales, ob notas rationes, suadeo.

66) Fonseca T. II. Consult. 27. p. 152. Zacutus Lusitanus pr. admirab. Lib. III. Obs. 20. (cucurbitula maxima cum multa flamma et scarificatione).

67) Ludov. Mercatus. Lib. III. de intern. morb. curat. C. 5. p. 255. et auctores fere omnes qui de cura singultus scripserunt.

68) Bonet Sepulchr. L. III. S. 5. Obs. 4. Eph. N. C. Dec. III. A. 7 et 8. App. p. 134. Giannini v. Harles u. Ritter *Journ.* 5. *B.* 2. *St.* p. 4.

69) Bartholinus (app. tertia) quaesivit: cur sola brachii vena secta juvaret in quodam, quem describit, singultu? Respondet Morgagni (op. c. Epist. XXIX. Art. 3.) „Quid? si phrenica superior vena, comes ut nosti, phrenici nervi, repente imminuta copia sanguinis, illuc, quo ea vena influit, redituri, et quod consequitur, ipsa quoque parte oneris sui levata,

Locum quoque obtinent extremitatum ligaturae [72]) potio aquae frigidae et nivis [73]), nitras potassae [74]).

C. S. rheumatici. 4. *Singultui rheumatico* recenti, methodus antiphlogistica, magis inveterato, *vesicatorium* ad locum rheumate contaminatum [75]), nec non *balnea tepida* [76]), *aromatica* [77]), et *thermae* [78]) opponuntur.

C. S. gastrici. 5. *Singultum gastricum*, nulla obstante gravi contra-indicatione, *emetico* [79]) ex *radice scillae mari-*

aut socium nervum minus premat, aut aliquid, unde hic irritaretur, absorbeat?"

70) Fr. Hoffmann l. c. Obs. I.

72) Riverius l. c.

73) Zacutus Lusitanus l. c. L. II. Obs. 13.

74) Act. N. Cur. A. V. Obs. 118. (cum absorbentibus remediis).

75) Sic Nelson Scott (l. c.) in singultu vesicatorium ad nucham, utpote loco, ex quo nervi phrenici originem ducunt, propinqui, cum successu apponit.

76) Divinae virtutis esse, in singultu a refrigerio orto, testatur Fr. Hoffmann l. c. meth. med. §. 4.

77) Alexander Massaria sic singultum 40. dierum curavit. Cfr. Bonetus med. Sept. Lib. V. Sect. 5. Obs. 6.

78) Riverius observ. communic. p. 658.

79) Suadetur *vomitorium* jam a Galeno (L. VII. Aph. Comm. 3.), Felix Plater (Obs. p. 203.) chirurgum singultientem continuatis vicibus dies noctesque, ut nec dormire nec loqui, aut cibum capere posset, cum ad extremum debilitato nil profuisset, atque hinc quasi in agone constitueretur, tandem vomitorio

marinae [80]) aggredimur. Accedunt *purgantia* [81]) (*radix rhei* [82]), *calomel* [83])), et *clysteres* [84]). Acida primarum viarum, *absorbentia*, flatus, *carminativa* (semina *anethi graveolentis* [85]) et *pimpinellae anisi* [86])), exposcunt.

6. Cura felicissime curavit. Praeterea de emeticorum in singultu efficacia legitur apud HANSA et HENNING l. c. SOLBRING in HORN's *Neuen Archiv*. 2. *B*. p. 322. BANG in Act. Reg. Soc. med. Havn. Vol. II. p. 58. MANGAR ibid. Vol. IV. p. 427. Item in Commerc. Liter. Norimb. 1733. p. 351. Act. N. Cur. Vol. III. Obs. 24. RIGAUD Ergo solvunt singultum vomitus et sternutatio. Paris 1601.

80) FR. HOFFMANN l. c. method. medendi. §. 3. Dosis a granis quatuor ad sex, cum granis tribus nitri depurati.

81) HANSA l. c.

82) Judaeum, de quo supra (§. VII. N. 1. (37)), solâ *tinctura rhei aquosa et aqua* menthae spatio unius hebdomadis sanavi.

83) LAZ. RIVERIUS (Cent. III. Obs. 42.) puellam triginta annorum, ab anno singultu, qui quater quinquies de die infestabat, laborantem, ope *Calomel* ad grana duodecim porrecti sanavit. Sanavi per idem pharmacum judaeum de quo supra (§. VIII. 2. (77)). Laudatur quoque a WRIGHT in DUNCAN's *Annals of med. for* 1797. v. *Samml. auserl. Abh. f. pr. Aerzte*. 19. *B*. p. 45.

84) „In omni casu valent clysteres ad revulsionem.“ NICOL. PISO l. c. p. 61.

85) LAZ. RIVERIUS Prax. L. IX. C. 6. (semen anethi ad drachm. duas in unciis octo vini generosi leniter decoctum ut aeger mane et vespere unciam sumeret, exhibebat).

C. S. arthritici.

6. Cura *singultus arthritici* utplurimum complicata est. Morbo, antiphlogisticis et antigastricis auxiliis, ad simplicitatem reducto, methodus adversus singultum rheumaticum commendata valet. Commendantur quoque *acetum scillae marinae* [87]), *tinctura colchici autumnalis* [88]); et *aqua nucum viridium, cum raphano prius in aceto macerato, destillata* [89]).

C. S. atonici et nervei.

7. Ad *singultum atonicum et nerveum* curandum, pro vario debilitatis et sensibilitatis gradu, varia ex sequentibus eligenda sunt pharmaca: *oleum amygdalarum dulcium* [89]), *lac* [90]), inprimis *muliebre* [91]), *aqua selterana* [92]), *vinum* [93]), *crematum* [94]), *acetum* [95]), *succus endiviae*

86) Riverius l. c.

87) Benedictus Sylvaticus in Consiliis.

88) Ravers in *the Lond. medic. and phys. Journ.* 1816. *Vol.* 36.

89) Riverius ex Platero.

89) Forestus Obs. med. 12. Lib. XVIII. Fr. Hoffmannus l. c. method. med. §. I. (cum aliquot guttis olei destillati anethi).

90) Schenk l. c.

91) Act. N. Cur. Vol. IV. Obs. 33. Cent. V. Obs. 108. Commerc. Liter. Norimb. 1739. p. 19. 1741. p. 85.

92) Cum *lacte asinino* v. Fr. Hoffmann l. c. cautel. §. 6. et Paulini onographia. cur. Sect. 4. C. 3.

93) Hollerus, ubi omnia incassum erant, solo *vino* singultum sistere potuit.

94) Rodericus a Fonseca. T. II. Cons. 27.

95) Aristoteles. Lect. III. Problem. 5.

viae recenter expressus [96]), *opium* [97]), *castoreum* [98]), *moschus* [99]), *oleum cajeput* [100]), *destillatum absynthii* [1]), *cinchona* [2]), *strychnos nux vomi-*

96) Schenk Diss. p. 34.

97) Capivaccius (Pract. L. III. C. 10.) cum evacuantibus ut videmus in celebri medicamento Asclepiadis, quod recensent Galenus (L. VIII. de compos. med. C. 3.) et Avicenna (L. IV. Fen. 13. Fr. 5. C. 19.) quodque constat ex costo, croco, spica, asaro, mastiche, aloe et opio. Ad ejus imitationem confectae sunt pilulae Rondeletii, Plateri, Riverii, Wildegansii etc. Celebris est mixtura opiata Sim. Schulzii (de singultus diuturni curatione in Miscell. Curios. med. phys. A. 6 et 7. Obs. 149.). R. Vini cydoniorum. Tincturae rosarum ââ unciam unam. Syrupi cydoniorum unciam semis. Extracti Zedoar. grana quindecim. Olei destillati corticum Aurantiorum grana quatuor. Laudani opiati grana duo. M. D. S. Pro potiuncula cochleatim sumenda. Opium quoque commendatur adversus singultum a Tralles (Usus opii Sect. III. p. 97.); a Riverio (Obs. Cent. IV. N. 78. cum nitro) a Gebel (Hufeland's *Journ.* 17. *B.* 3. *St.* p. 88.) a Schmidt (Horn's *Archiv f. pr. Heilk.* 3. *B. I. H.* p. 156.).

98) Avicenna (l. c.) castoreum ad scrupulum unum porrectum mirabile in singultu vocavit. Similia testantur Riverius in Praxi. Müller in mysteriis medicis p. 165. Hercules Saxonia L. II. C. 12.

99) Quarin animadv. p. 232.

100) Zach. Vogel in *medic. chirurg. Beobachtungen.* p. 214.

1) Idem, ibidem.

2) Jaurion in *Recueil périod. de la Soc. de méd. Paris.*

vomica [3]), *aqua cinnamomi* [4]), *aether sulphuricus alcoholisatus* [5]); *oxydum zinci* [6]), *pulvis antispasmodicus ruber* [7]). Nec *externis remediis* parcendum, inter quae commendari solent: *lac* [8]), *acetum* [9]), *folia marrubii vulgaris* [10]), *aliaeque herbae aromaticae* [11]), *opium*, *balsama*

T. 3. *N.* 17. — *Arzneykundige Beobacht. eines Arztes in Amsterd. N.* 14. (in singultu periodico).

3) Ranoë in Actis R. Soc. med. Havn. Vol. I. p. 460. (Tinctura).

4) Lud. Mercatus Opp. T. III. C. 5. p. 254.

5) Fr. Hoffmann l. c. meth. med. §. 2. (vel solum cum tinctura castorei).

6) Crell Diss. de Zinco medico. Helmst. 1780. Ratio mea Instituti Clin. Ticinensis l. c. (Singultus, opio, moscho, asae foetidae, castoreo, cinchonae, rebellis; veluti per incantamentum ope *florum Zinci* ad granum unum bis de die, debellatus fuit. Peculiarem hujus aegrae curam habuit auditor tunc meus, nunc celebris anatomicus, semper amicus, Alexander Moreschi.

7) Commerc. Liter. Norimb. 1739. p. 35.

8) Ait Morgagni (l. c.): „Valsalvae memini facile, obviumque remedium in notabili Comite respondisse, *lac* videlicet, *quo fovebat abdomen;* quamdiu enim lintea lacte madebant, tamdiu singultum aegro molestissimum sistebant: in quo tamen nec inutilis fuerat theriaca imposita."

9) Cum lateribus pulverisatis nuchae applicitum. Schenk diss. cit. p. 30.

10) Schenk l. c.

11) e. c. absynthium, rutha, salvia, ros marinum, vino

sama ac *emplastra* [13]), *animalia juniora* [14]) epigastricae regioni admota. Item *succinum* et *amuletum* [15]) *singultus levior* seu accidentalis tolli solet per sternutationem [17]), vaporem candelae extinctae [18]), fumum sulphuris [19]), spiritus cohibitionem [20]), inspirationem magnam [21]), vociferationem [22]), silentium [23]), deglutitionem aquae uno anhelitu absolutam [24]), terrorem [25]), ima-

malvatico irrorata ac in sacculo suscepta ventriculo apposita. v. DIEMERBROECK. Obs. et Cur. 6. N. 53. GALENUS in singultu cataplasma super spinam dorsi applicabat.

13) Ex crustis panis, baccis lauri, et oleo essentiali menthae invicem malaxatis.

14) RIVERIUS l. c.

15) ALEXANDER TRALLIANUS l. c.

17) HIPPOCRATES L. VI. Aph. 13. (singultu fatigante, sternutatio liberat). AETIUS L. V. C. 37. RIVERIUS l. c. (Sic CHRYSIMACHUS medicus apud PLATONEM ARISTOPHANEM singultientem, qui spiritus cohibitione et aqua frigida gargaryzata, curari non potuerat, sternutamento excitato, curavit). PAULLINI Lanx Sat. Dec. I. Obs. 7. RIGAUD l. c.

18) Eph. N. C. Dec. III. A. V. et VI. Obs. 288.

19) Ibidem Dec. III. A. V et VI. Obs. 288.

20) ARISTOTELES Sect II. Problem. GALENUS Lib. de med. fac. parab. Lib. II. de caus. sympt.

21) FR. HOFFMANN l. c. §. 9. GEHEMA Decas Obs. med.

22) AËTIUS Tetrab. III. Serm. I. C. 5.

23) PLUTARCHUS lib. de loquacitate in fine.

24) SAUVAGES l. c.

imaginationem affectam [26]), alapam [27]), compressionem digiti medii utrinque ad latera [28]), ligationemque validam thoracis vel ventris ope fasciae [29]).

DE

25) e. c. aquâ frigida in faciem inopinate inspersâ, rumore derepente facto, verecundia excitata.

26) Eph. N. C. Dec. III. A. V et VI. Obs. 165. — Dec. II. A. IX. Obs. 103. (Doni promissio).

27) Ibidem Dec. III. A. I. Obs. 44.

28) Hollerius l. c. Facile explicatur hoc phaenomenon per ortum nervi phrenici ex medulla cervicali, ex qua et nervi brachiales (aliunde cum sympathico magno communicantes) proficiscuntur.

29) Hartmann prax, chim. L. II. C. 129. p. 169.

DE MORBIS
PERICARDII, CORDIS,
ARTERIARUM
ET
V E N A R U M.

Caput IV.

De morbis pericardii, cordis, arteriarum et venarum in genere.

§. XII.

Doctrinae momentum et historia.

1. Musculorum potentissimus, primus in embryone se movens, ultimus in moriente quiescens, vitae totius curriculo sese vicibus innumerabilibus indefesse contrahens, et dilatans, talique pacto liquorem vitalem, principium nempe caloris, pabulum nutritionis et fontem secretionum, per canales, sane non plane inertes, modo propellens, modo recipiens, atque cum cerebro, medulla spinali, gangliis nervorum et pulmonibus arctissimum nexum alens, animique affectibus plurimis adeo obtemperans, ut illorum veluti centrum haberetur; — *cor*, inquam, una cum *arteriis* et *venis*, non solum multarum aegritudinum, praecipue febrilium particeps est, sed proprios quoque agnoscit morbos. Hi morbi quanti sint momenti intelligitur, perpendendo, quod illis vigentibus — aliae corporis hnmani partes cruore obruuntur, inflammantur; aliae Doctr. momentum.

 side-

siderantur, algescunt, — quod cruor ob receptaculorum, quibus coërcetur, impotentiam aut in cavitates contiguas, aut extrinsecas, saepe vita inopinate periclitante, ruit; — quod humores, alias eliminandi, retinentur lentumque praeparant interitum; quod facultates animi perturbantur; quodque aegri ob summas respirationis aerumnas, magis quam in omni alio morbo anguntur.

Doctr. historia. 2. Veteres medici dignitatem morborum cordis, arteriarum et venarum minime intellexerunt. Loquitur quidem HIPPOCRATES de vulneribus cordis [1]) et de illius ac vasorum majorum dilatatione [2]); at vero, ubi de affectione cordis in febribus mentionem injicit [3]), num vocabulo καρδίη cor ipsum aut potius scrobiculum cordis intellexerit, dubitatur [4]). Quin, in libris Hippocraticis spuriis [5]), cor aegrotare haud posse, contenditur. *Morbi cardiaci*, verisimiliter ex stomacho proficiscentis, meminit CELSUS [6]). PLINIUS contenderat cor vitiis non macerari [7]). Aliter jam sentiit GALENUS, ubi loquitur: 1° de similitudine inter symptomata erysipelatis cordis et vulnerum

1) Aphorism. VI. 18.
2) De morbo Sacro p. 305. edit. FOESII.
3) Aphor. IV. 64.
4) De morbo. IV. 500.
5) Epidem. VII. 30.
6) Lib. II. C. 19.
7) L. XI. Sect. 69.

nerum in gladiatoribus quibus pectus pertunditur [8]); 2° de morte aegrorum cum animi deliquio et palpitatione cordis [9]), 3° de hydrope pericardii [10]) et 4° de corde (consumpto a carie sterno et putrefacto pericardio) denudato [11]). ARETAEUS lipothymias [12]) et dyspnoeas [13]) ex corde repetiit. Ex vitiis primariis cordis mortem, ex consensualibus animi deliquium PAULUS AEGINETA derivavit [14]). ARABES, exceptis AVICENNA [15]) et AVENZOAR [16]), doctrinam morborum cordis, a Graecis illustratam, haud locupletarunt. De illa, modo aevo medio proprio, disseruit FRANCISCUS DE PEDEMONTE [17]). Quo magis dein sacculo XIV et XV. anatomia inclaruit, eo

8) De locis affectis. edit. Basil. 1558.

9) l. c. IV. p. 295. Et Comment. in HIPPOCR. Aphor. L. II. 41. p. 248. 49.

10) De loc. affectis. Lib. V. p. 297.

11) De adm. anat. L. VII. p. 182.

12) De caus. morb. acut. Lib. III. 2. p. 15. edit. BOERHAAVII.

13) l. c. L. I. C. 11.

14) L. III. C. 34. p. 91. edit. Basil. 1558.

15) Canon. L. III. fen. 11. tract. II. Cap. 1. (Loquitur de inflammatione ab aliis partibus ad cor et pericardium propagata).

16) Theisir. L. I. Tract. XII. C. 7. fol. 19. 6. edit. Venet. 1496. (De hydrope pericardii et exulceratione cordis).

17) Comment. in MESUE. fol. 229 — 232. edit. Venet. 1562.

eo magis et morbi cordis innotuerunt, operâ Mondini de' Luzzi[18]), Gentilis de Fuligno[19]), Johannis Arculano[20]), Hugonis Boncio[21]), Anton. Cermisone[22]), Barthol. Montagnana[23]), Anton. Benivieni[24]) et Alex. Benedetti[25]). *Saeculo XVI.* ex eodem fonte locupletabatur doctrina morborum cordis a Guido Gui-

18) Anat. Cap. XX. (De defectu et excessu aquae in pericardio, a quo ultimo inquietudinem et cordis palpitationem derivat).

19) Cons. fol. 59. a. edit. Venet. 1518. (De decremento et defectu cordis ex frigore et debilitate cerebri).

20) Expos. in libr. nonum Almansoris p. 500. Basil. 1540. (De venae sectione periculum inflammationis et suppurationis cordis impediente).

21) Consil. f. 27. d. 28. a. edit. Venet. 1518. (De conditione frigida et humida cordis, pulsus imperceptibilis et debilitatis caussa).

22) Consil. f. 18. d. edit. Venet. 1518. (De palpitatione cordis a flatibus hystericarum) et f. 20. (De pulsatione arteriarum ventriculi).

23) Consil. N. 114. fol. 146 sqq. edit. Venet. 1504. (Mors improvisa ex vitiis cordis).

24) De abd. morb. caus. Obs. XXXV. (De polypo ventriculi cordis sinistri). Obs. LXXI. (item). Obs. LXI. (Sanguis ater in corde apud asthmaticum). Obs. LXXXIX. (Abscessus in ventriculo cordis sinistro). Obs. LXXXIII. (De corde circum circa villoso in latrone bis laqueo incassum suspenso). Obs. LXV. (De corde denudato ut apud Galenum).

25) Anat. L. III. C. 12. (De varia positione cordis).

Guidi [26]), Nicol. Massa [27]), Vesalio [28]), Realdo Columbo [29]), Gens. Bertini [30]), Ant. ab Altomare [31]), J. Fr. Rota [32]), Bruno [33]), Ryff [34]), Rudio [35]), Joh. Fernelio [36]), Carl. Stephano [37]),

26) De curat. membr. Lib. VIII. Cap. 16. p. 360. edit. Francf. 1626. (Vermes (?) in ventriculis cordis).

27) Anat. Lib. introd. C. XXII. edit. Venet. 1559. (De ulcere cordis praevio vulnere capitis).

28) De corp. hum. fabrica. L. VI. C. 14. p. 515. edit. Albini. (De polypo ponderis duarum librarum in ventriculo sinistro cordis et corde magnitudinem uteri gravidi aemulante). Et Lib. I. C. 5. p. 17. (De gangraena extremitatum cum polypo cordis sinistri pulsu irregulari reddito). Chirurg. magna. L. V. C. 1. p. 1040. (De aneurysmate aortae ab ictu).

29) De re anat. Lib. XV. p. 670. edit. Francf. 1593. (De defectu pericardii).

30) Medicina. Lib. XII. Cap. 11. p. 322. edit. Basil. 1587. (De inflammatione cordis).

31) De med. hum. corp. mat. C. LIV. LV. p. 424—441. edit. Lugd. 1560. (De motibus convulsivis cordis).

32) De tormentar. vulner. natura. C. XXIII. p. 116. 17. edit. Bonon. 1555. (De vulneribus cordis non lethalibus).

33) De corde et ejus vitiis. Basil. 1580.

34) Diss. de affectibus cordis. Basil. 1584.

35) De naturali et morbosa cordis constitutione. Venet. 1606.

36) Pathol. L. V. C. 12. p. 122. edit. Traj. ad Rhen. 1656. (De ulceribus cordis et effectu contagiorum in illud).

NO [37]), WILH. RONDELETO [38]), JACOB. HOULIERO [39]), CHRIST. A VEGA [40]), FEL. PLATER [41]), VICT. TRINCAVELLA [42]), HIER. MERCURIALI [43]), HERCUL. SAXONIA [44]), PETR. SALIO DIVERSO [45]), ARCHIBALDO PICCOLHUOMINI [46]), ANDR. CESALPINI [47]), WILHELMO BAILLOU [48]), HIER. CARDANO [49]),

37) De dissect. part. corp. hum. L. II. C. 35. p. 250. edit. Paris. 1546. (De dilatatione auriculae cordis dextrae in phthisico).

38) Method. Curand. morb. C. 10. p. 185. edit. Lugd. 1575. (De pericarditide).

39) De morb. intern. L. I. C. 29. edit. Genev. 1655. (De calculis cordis sociis difficultatibus urinae, vesicâ sanâ).

40) De arte med. L. III. Sect. VI. C. 8. p. 576. edit. Lugd. 1564. (De palpitatione cordis cum strepitu).

41) Observ. L. III. p. 620. edit. Basil. 1614. (De hernia cordis).

42) Consil. med. L. II. Consil. 10. p. 86. edit. Basil. 1557. (De flatuum vi in cor).

43) Respons. et consult. med. T. III. p. 270. ed. Venet. 1620. (De calculis in corde Imp. MAXIMILIANI II.).

44) Prael. Pract. P. II. C. 1. p. 648. ed. Vicent. 1620. (De hydrocardia).

45) De curat. pract. morb. C. VI. p. 247. ed. Bonon. 1564. (De inflammatione et suppuratione pericardii).

46) Prael. Anat. Lib. IV. Sect. 6. p. 592. ed. Rom. 1586. (De paralysi cordis).

47) Specul. art. med. Hippocrat. p. 571. edit. Argentin. 1630. (De aneurysmate cordis et arteriae pulmonalis cum carie costarum).

48) Cons. med. I. 109. Opera T. II. p. 391. edit. Ve-

DANO [49]), JOH. RIOLANO [50]), PET. FORESTO [51]), MARCELLO DONATO [52]), AND. LAURENTI [53]), et SCHENKIO A GRAFFENBERG [54]). *Saeculo XVII.* inceptum opus continuarunt SENNERT [55]), SEBASTIANI PISSINI [56]), HANIBAL ALBERTINI [57]), FABRICIUS BARTOLETTI [58]), CAROL. PISO [59]), FRIED.

net. 1755. (De concretione pericardii cum corde et aneurysmate arteriae lienalis).

49) Comment. in Hipp. Aphor. VI. 10. p. 471. Opp. var. VIII. edit. Lugd. 1663. (De laesione pericardii suspiriis stipata).

50) Method. med. f. 86. 8. 93. a. 95. a. ed. Paris. 1598. (De hydrocardia sociis lipothymia et palpitatione cordis).

51) Observ. L. XVIII. C. I. (De suppuratione cordis).

52) De medic. hist. mirabil. L. V. C. 4. f. 285. edit. Venet. 1597. (Collectio observationum de cordis morbis).

53) Hist. Anat. Lib. IX. Quaest. 18. p. 803. ed. Francof. 1602. (De corde praemagno).

54) Observ. med. p. 270. edit. Francof. 1665. (De cordis hydatide cruenta, tabe, polypo, ruptura, calculis, sarcomate).

55) Practica. L. II. p. 2. C. 15. p. 703. edit. Lugd. 1650. (De corde in dextrum thoracis latus prolapso).

56) De cordis palpitatione. Lib. II. Francof. 1609. De diabete et polypo cordis. Mediol. 1654.

57) De affectionibus cordis. Venet. 1618. (De affectione cordis hysteriae caussa).

58) Methodus in dyspnoeam. Bonon. 1630. (De concretione pulmonum cum pericardio, de collectione adipis inter illud et cor, de suppuratione cordis, de obliteratione arteriarum per polypos).

Fried. Ranchin [60]), Joh. Riolanus [61]), Lazarus Riverius [62]), Nicolaus Tulpius [63]), Zacutus Lusitanus [64]), Harveus [65]), Thomas Willis [66]), Isbrand Diemerbroeck [67]), Fried. Ruysch [68]), Hartenfels [69]), Dominicus de Mar-

59) De morbis a serosa colluvie ortis. p. 220. edit. Boerhaavii (de hydrope pericardii).

60) Opusc. med. p. 380. edit. Lugd. 1627. (De morte senum ab exsiccatione cordis).

61) Enchirid. anat. Lib. V. C. 46. (De corde praemagno ope pericardii cartilaginei costis alligato, in Regina Maria de Medicis).

62) Observ. Cent. I. Obs. 87. p. 490. ed. Lugd. 1679. (De concretione pleurae cum pericardio et diaphragmate).

63) Obs. Med. L. I. C. 72. p. 52. ed. Amstel. 1685. (De polypo cordis et aortae).

64) Praxis admiranda. L. I. Obs. 128. (De pericardii suppuratione).

65) Exercit. de circul. sanguinis. ad Riolan. p. 149. ed. Lugd. Bat. 1737. (De ruptura cordis, de corde praemagno et aneurysmate aortae). Exercit. de gener. anim. N. LII. p. 208. 209. (De corde post fracturam costarum obvio).

66) Pharmacia rationalis. Sect. VI. C. 3. p. 264. (De aorta ossificata).

67) Opera p. 615. ed. Ultraject. 1685. (De hydrope pericardii et vulneribus cordis).

68) Observ. anat. N. 37. 38. 69. edit. Amstel. 1691. (De aneurysmate aortae cum ossificatione valvularum). Respons. ad epist. probl. XVI. ed. Amstel. 1696. (De emphysemate cordis).

69) Progr. de corde ejusque affectibus. Erf. 1697.

Marchettis [70]) et Theophilus Bonet [71]). *Saeculo XVIII.* antecessorum vestigia legere Albertini [72]), Vieusseux [73]), Lancisi [74]), Barbeyrac [75]), Herm. Boerhaave [76]), Morgagni [77]), Senac [78]), Meckel [79]), Juncker [80]), Spaventi [81]),

70) Obs. med. chir. N. 47. 49. ed. Pat. 1664. (De ulceribus pericardii et cordis deque illius cum diaphragmate concretione).

71) Sepulchr. anat. Lib. II. Sect. 8. edit. Genev. 1700. (De vitiis omnis generis).

72) Acta Bononiensia. T. I. p. 382.

73) *Traité du coeur. Toulouse* 1715.

74) De subitaneis mortibus. Rom. 1707. Et de motu cordis et aneurysmatibus. ib. 1728.

75) *Diss. nouvelles sur les maladies de la poitrine — du coeur etc. Amster.* 1731.

76) *Pathologische Betrachtungen des Herzens* in: *Genees Natuur-en Huishoud-kundig Kabinet, uitgegeven door* J. Voegen van Egelen. *Leid.* 1779. *Deel* 1. p. 562. Versio habetur in *Abhandl. f. pr. Aerzte. IX. B.* p. 483—575. (Boerhaave hujusmodi tractatum a. 1736. coram discipulis suis legit. Dignus ille est magno viro, ac tributo grati animi nostri).

77) De sedibus et caussis morborum. Epist. XVIII. XXIII. XXXVI. XXXVII. (Quantae divitiae!).

78) *Traité de la structure du coeur, de son action et de ses maladies. Paris* 1749. (Monographia classica).

79) *Sur les maladies du coeur.* In *Mémoires de l'académie des sciences à Berlin* 1755. p. 56. (Pretiosas continet observationes).

80) Diss. cordis morbos proprios in tabula exhibens. Hal. 1763.

TI[81]), FR. DE PETRAGHA[82]), J. G. WALTHER[83]), J. BELL[84]), REIL[85]) et HOPFENGAERTNER[86]). *Initium saeculi XIX.* peculiare phaenomenon exhibuit, quod medici clarissimi quinque nationum doctrinam morborum cordis uno fere temporis puncto operibus conspicuis locupletaverint, scilicet: inter Gallos CORVISART[87]), LAENNEC[88]), — inter Britanos BAILLIE[89]), FARRE[90]), ALLAN BURNS[91]),

81) Diss. de frequentioribus cordis vasorumque majorum morbis internis. Viennae 1772.

82) De cordis affectibus syntagma. Romae 1779.

83) *Nouveaux mémoires de l'acad. à Berlin* 1785. p. 57. (Aberrationes variae vasorum, tumores, icones).

84) *Anatomy of the human body. Vol. II.* p. 201. v. *Samml. auserl. Abhand. f. prakt. Aerzte. XVII. B.* p. 475.

85) Diss. analecta ad historiam cordis pathologicam. Hal. 1790.

86) *Von einigen organischen Veränderungen des Herzens u. Herzbeutels.* in HUFELAND's *Journ.* 1816. p. 5.

87) *Essai sur les maladies et les lésions organiques du coeur et des gros vaisseaux. Paris* 1806. Ed. 2. emendata et aucta. Paris 1811. Extractum hujus operis habetur in *Abhandl. f. pr. Aerzte. XXIII. B.* p. 597.

88) *De l'auscultation médiate. Paris* 1819. *T. II. Sect.* 2.

89) *Series of engravings* etc. *Fasc. I. comprehending the chief morbid appearences of the Heart and of the Aorta near its origin.*

90) *Pathological Researches. Essay I. Malformations of the human heart illustrated by numerous cases and fine plates containing fourteen figures and preceded by some Observations on the method of improving the diagnostic*

Burns [91]), Hogdson [92]), H. Reeder [93]); — inter Americanos J. Warren [94]); — inter Italos Testa [95]), et inter Germanos Kreysig [96]) et Puchelt [97]),

part of medecine. Lond. 1814. v. *Neu. Samml. auserl. Abh. I. B.* 3. *St.*

91) *Observ. on some of the most frequent and important diseases of the heart, on aneurism of the thoracic aorta, on preternatural pulsation in the epigastric region and on the unusual origin and distribution of some of the large arteries of the human body. Illustrated by cases. Edinb.* 1809. Versio germanica, qua utor, edita est a. 1813. Lemgo a Nasse.

92) *Engraving intended to illustrate some of the diseases of Arteries accompained with explanations. Lond.* 1815. Et — *a Treatise on the Diseases of Arteries and Veins, containing the Pathology and Treatment of Aneurisms and wounded Arteries. Lond.* 1815. *Von d. Krankheiten d. Arterien u. Venen mit besonderer Rücksicht auf Entwickelung u. Behandl. d. Aneurysmen u. Arterien-Wunden. A. d. E. v.* Koberwein, *mit eigenen Anmerk. übersetzt u. mit Vorrede v.* Dr. Kreysig. *Hannover* 1817. (utor hac versione).

93) *A practical Treatise on the inflammatory organic and sympathic diseases of the heart. Lond.* 1821.

94) *Cases of organic diseases of the heart. Boston* 1809.

95) *Delle malattie del cuore, loro cagioni, specie, segni e cura. Libri tre, volumi tre. Bologna* 1810 — 1811. Versio germanica, qua utor: *Ueber d. Krankheiten des Herzens. Ein Auszug aus d. Italienischen mit Anmerk. v.* Kurt Sprengel. *Halle* 1815.

96) *Die Krankheiten d. Herzens, systematisch bearbeitet u. durch eigne Beobachtungen erläutert. Berlin* 1814 — 1817. 3 *Theile.*

CHELT [97]), ne dicamus jam de auctoribus monographiarum singulorum morborum cordis, dissertationum *) et observationum specialium **). Illorum auctorum verba eo majoris momenti facere solemus, quo magis a jactantia alieni, ingenuitatem antecessorum imitantur [98]).

§. XIII.

Doctrinae difficultas, ordo et utilitas.

Doctr. difficultas.

1. Cum observationum copia et *doctrinae difficultas* increvit. Haec porro ex ipsa cordis et

97) *Das Venensystem in seinen krankhaften Verhältnissen dargestellt. Leipzig* 1818.

*) A. Jos. Schoen diss. de curandis cordis affectibus. Jen. 1817. — J. W. Adr. Lueck diss. adumbratio morbor. cordis generalis. Berol. 1819. — J. A. Walter de statu quodam cordis abnormi. Berol. 1818. c. tab. lithogr. — F. W. L. Peters diss. observ. anat.-pathologicae (cordis morbi quidam organici). Rost. 1823.

**) Excellit cl. Nasse v. Horn's *Archiv f. medicinische Erfahr.* 1819. *July. August.* p. 77.

98) „Ingenue de me fateri debeo, inquit Albertini (l. c.), licet multa assiduaque contentione in contemplandis aegris earumque cadaveribus perscrutandis longo annorum cursu versatus sim, me tamen eousque minime profecisse, ut quod semel, iterum, saepiusque conspexi in mortuis, id agnoscere valeam in vitam agentibus, ut signa nempe diagnostica explorata habeam atque perspecta, quibus dijudicem structurae vitium, quando subest sive in caudice venae cavae, sive in auriculis aut ventriculis cordis, sive in arteria

et vasorum sanguiferorum structura, adspectu quidem simplici, re ipsa autem implicata, oritur. Praeterea cor et vasa sanguifera raro *uno* dumtaxat vitio laborant, ac quoties plurimis vitiis simul tentantur, toties non amplius symptomata, quae singulo vitio propria sunt, sed alia atque alia, saepe contradictionis plena, apparent [99]. Augetur tandem doctrinae difficultas a vinculis systematicis, quibus nonnulli inter scriptores recentes, observationes inter se connectere satagerunt [100].

2. Ad nos quod spectat, doctrinam cordis morborum, arteriarum et venarum sine omni fuco systematico sequenti exponemus ordine: de illarum partium *vitiis congenitis*, — de *morbo coeruleo*, — de *inflammatione pericardii et cordis*, — de *adhaesione pericardii cum corde*, — de *hydrope et haemorrhagiis pericardii*, — de *cordis* D. Ordo.

aut vena pulmonali, sive in aorta, sive in universo corde aut pericardio."

99) Pulchre de hoc argumento disseruit Sander in Hufeland's *Journal* 1820. *Novembr.* p. 19.

100) Corvisart morbos cordis in *quatuor classes* dividit, in morbos nempe: 1° involucrorum membranaceorum cordis; 2° substantiae muscularis: 3° textus fibrosi et tendinum ac 4° in mixtos (l. c. p. X.). Kreysig morborum cordis *tres classes* stabilivit, nempe 1° dynamicos; 2° organicos et 3° mechanicos, atque quamvis classin in genera et species subdivisit (l. c. *I. Th.* p. 70).

cordis polypo aliisque excrescentiis, — de *ossificationibus cordis et de angore pectoris*, — de *cordis volumine aucto, imminuto, deque illius dislocatione, prolapsu* et *ruptura*, — de *inflammatione et lithiosi arteriarum*, — de *aneurysmatibus* praecipue *aortae*, — de *morbis vitia organica cordis* et *arteriarum simulantibus*, — de *inflammatione venarum*, — *de varicibus* deque *haemorrhagiis*. Libro finem imponet tractatus de *animi deliquiis*.

D. utilitas.

3. Cum inter allatos morbos plurimi exstent, qui, etiamsi prope cognoscantur, sanari tamen nequeunt [1]); placuit contendere [2]), non esse

1) Ait Senac (l. c. p. IX.): „*après avoir approfondi de telles maladies, on n'a, ce semble, que l'inutile satisfaction de mieux connaitre l'impossibilité de les guerir.*"

2) Broussais declarat (*Examen des doctrines médicales* p. 754.): „*mais j'ai soutenu, que dans les affections du coeur, par exemple, cette determination précise est de pure curiosité, qu'elle ne fournit rien à la thérapeutique, et que s'opiniâtrer à la chercher, c'est s'exposer au hazardeux, à l'hypotétique et même à l'imaginaire dans l'interpretation des phénomènes pathologiques qui peuvent frapper l'observateur. Ainsi vouloir absolument prédire avant la mort s'il y aura dechirure de quelques colonnes charnues, des ulcérations, ou des végétations dans les ventricules ou dans les orifices artériels, de l'endurcissement aux valvules, une hernie des parois du coeur, leur dégéneration tuberculeuse, fibreuse, cartilagineuse, l'ossification des vaisseaux cardiaques, c'est avoir des prétentions exagérées.*"

esse operis pretii in illos accuratissime inquirere. Qui ita cogitant, officio medici desunt, in obscuritate ultro titubant, aegros sanabiles turpiter negligunt, insanabiles artis conaminibus supervacaneis, ipso morbo molestioribus, excruciant, ac gloriae per cadaveris sectionem diagnosin aliquando confirmandi, valedicunt. Verum hic quoque est modus in rebus, et profecto, in diagnosi penitiori morborum cordis et vasorum majorum instituenda aequo modo tum incuria et indifferentia, tum ostentatio et magniloquentia, evitari debent.

Caput V.

De vitiis et anomaliis congenitis pericardii, cordis, arteriarum et venarum.

---

§. XIV.

De argumento generatim.

1. Nullum corporis humani systema, tot vitia congenita tantasque anomalias, medico et chirurgo scitu necessarias, exhibet; quam illud partium circuitui sanguinis dicatarum. Frequentia.

Literatura.

2. Legi de hoc argumento merentur auctores de anatomia pathologica [3]), de morbis cordis et vasorum sanguiferorum aliique mox commemorandi.

§. XV.

De vitiis congenitis pericardii et cordis.

De vitiis congenitis pericardii.

1. *Defectus pericardii* quamvis saepe apparens sit [4]), atvero interdum et realis censendus [5]).

De vitiis congenitis cordis.

2. Et *cor* saltem in monstris deficere potest [6]).

3) Auctoribus jam allatis (P. I. Vol. I. IX. λλ.) adde: CONRADI *Handbuch d. pathologischen Anatomie. Hannov.* 1796. VETTER *Aphorismen aus d. patholog. Anatomie. Wien* 1803. J. FR. MECKEL *Handb. d. pathol. Anatomie. Leipzig.* 1. *Th.* 1812. 2. *Th.* 1816. OTTO *Handb. d. pathol. Anatomie d. Menschen u. Thiere. Breslau* 1814. BIERMAYER Museum anatomico pathologicum nosocomii Vindobonensis 1816. CERUTTI *Beschreibung d. krankh. Präparaten des anatom. Theaters zu Leipzig.* 1819.

4) Cfr. Cap. VIII. §. XXIX. N. 1.

5) BÜTTNER *in vielen Jahren gesammelte anatom. Wahrnehmungen. Königsb.* 1763. p. 77. *Tab.* 5. Ejusdem *Anatom. Bemerkung. bey einem mit auswärts hängenden Herzen lebendig geborn. Kinde. Königsb.* 1745. WEBER in BALDINGER's *Magazin f. Aerzte.* 6. *Th.* p. 510. DINKLER in SANDIFORT *Natur-en geneeskundige Bibliothek. Vol. I.* p. 661. BAILLIE *Abhandlungen einer med. Gesellschaft v. Aerzten in London*, *übersetzt v.* ROOSE. *N.* 6. p. 89. OTTO l. c. p. 83. in nota. KREYSIG op. c. 2. *Th.* p. 626.

est [6]). Repertum quoque est cor duplex [7]), triplex [8]) (vel simplex in gemellis coalitis [9])) extra thoracem [10]) in pectore dextro [11]) inver-

E 2 sum [12]),

6) *Philosophical Transactions. Vol. LVII.* 1. — J. van Meeckren Observ. med. chir. Cap XXXV. — Misc. Nat. Cur. Dec. II. Ann. 2. Obs. 143. — Schenk Observ. med. rar. Lib. II. N. 181. — Fabricii Hildani Observat. Cent. IV. Obs. 51. — Marrigues in *Mém. de Mathemat. présentées à l'acad. des sciences. T. IV.* p. 123—29. *Journal de méd. chir. et pharm. par* Corvisart etc. 1800. *Octobre.* — Malacarne *Oggetti più interressanti di Ostetricia e di Storia naturale. Padova* 1807. Elber de Acephalis sive monstris corde carentibus. Berol. 1821. Halleri opusc. p. 210. Curtius Spec. inaug. de monstro humano cum infante gemello. Lugd. Bat. 1762. p. 19. C. F. Daniel's *Samml. med. Gutachten u. Zeugnisse. Leipz.* 1776. p. 273. — Stark's *Archiv.* 2. *B.* 2. *St.* p. 59. — Brodie in *Philosoph. Transact. Y.* 1809. p. 161. (*Account of a dissection of a human foetus in which the circulation of the blood was carried without a heart*).

7) E. de Westhoven — Ephem. Nat. Cur. Cent. VII et VIII. p. 264. — Essen *Svenska Vetensk. Acad. Nya Handl. A.* 1791. p. 152. — F. A. A. Meyer's *Magazin für die Thiergeschichte.* 1. *B.* 2. *St.* p. 178. — Stark's *Archiv.* 4. *B.* p. 399. — Osiander's *Denkwürdigkeiten.* 1. *B.* 1. *St.* p. 191. — Haller de corp. hum. fabrica. T. II. p. 328. Collomb in Reil's *Archiv f. die Physiologie.* 4. *B.* p. 213.

8) Kerkring Specil. Anat. Amst. 1671. Obs. 69.

9) Cristell de partu gemellorum coalit. p. 53.

10) Herold in Stark's *Archiv.* 1. *B.* 1. *St.* p. 46. — Haller opusc. pathol. Obs. 29. — Prochaska ad-

sum [12]), prolapsum [13]), horizontale [14]), perpendicu-

notat. academ. Pragae 1784. Fasc. III. p. 172. Tab. 2. 3. — *Abhandlungen d. Schwedischen Akademie d. Wissenschaften.* 24. B. p. 27. — Voigtel fragm. semiolog. obstetr. p. 77. Tab. V. — Büttner et Weber l. c. — Lenhossek *Nachricht von einem menschlichen Foetus, der mit einem Bauchbruche, in welchem das Herz, die Leber u. der größere Theil des Dünndarms enthalten waren, geboren wurde.* v. *Medicinische Jahrbücher des K. K. Oesterr. Staates.* 4. B. 3. St. — Schulz Act. Acad. R. Scient. Suecicae a. 1765. Vol. 24. p. 27. — Martinez in Halleri disput. Anat. Vol. II. p. 510.

11) Mohrenheim in *Wiener Beyträge zur pr. Arzney. Wundarzn. und der Geburtsh.* Dessau u. Leipz. 1783. 2. *B.* p. 305. — Elvert Binae observationes de hepatitide cum naturali vesiculae felleae defectu, nec non de phthisi pulmonali in viro *cui cor in dextro pectore pulsabat.* Tübing. 1780. Cfr. W. Wedel in Misc. Acad. N. Cur. D. I. A. 2. 1671. p. 296. — R. Lentilius. ib. Dec. III. A. I. 1694. App. 130. — Doebeln Act. Acad. Nat. Cur. Vol. IV. p. 505. — Buxtorf Acta Helvetica. Vol. VIII. p. 101—118. — Bartholini Act. Hafn. T. I. Obs. 44. p. 135. — Miscell. Nat. Cur. Dec. I. Ann. 2. Obs. 194. — Morand in *Mém. de l'académ. de scienc.* 1732. — Walter *Mém. de l'acad. de Berlin.* 1775. p. 139. *Anat. Mus.* 1. *B.* p. 170. — Tode *Arzneykundige Annalen* 8. *Heft.* p. 70. — *Abh. der Joseph. Akad. in Wien* 1. *Th.* p. 273. — Vermale in Nov. Act. Nat. Cur. Vol. I. p. 313. — Meckel diss. de cordis conditionibus abnormibus p. 4. §. 4. Tab. I. — Rostan *Note sur une transposition générale des viscères.* v. *Nouv*

diculare [15]) profundum [16]), complanatum [17]), rotundum [18]), ad apicem bipartitum [19]), magnum [20]),

Journal de méd. chir. et pharm. 1818. *Mai.* p. 29. — Otto l. c. p. 88. Not. 9. — Omer *Observateur des sciences médicales* 1822. *Mars.* — Barton in *the American med. Repository. Vol.* 4. 1821. *Avril.*

12) A. Maellenbroc in Misc. Acad. Nat. Cur. Dec. I. A. 2. 1671. p. 139. — J. Torres *Mém. de mathém. et de physique. T. I.* p. 136. et *Philosoph. Transact. Y.* 1741. — Deschamps in Sédillot *Recueil périod. de la Soc. de méd. de Paris. T. XXVI.* p. 275. — Fr. Hoffmann Cardianastrophe seu cordis inversio in foemina. Lips. 1671. Haller El. physiol. T. I. p. 136. Ejusdem Corp. hum. fabrica. Lib. IV. Sect. 2. p. 89. — Commentaria de rebus in scientia naturali et medicina gestis. Vol. I. P. I. p. 11—13.

13) Chaussier *Bulletin de la faculté. N.* 15. Boudin *Gazette de Santé* 1814. *Juil.* (ad regionem epigastricam tumor conspiciebatur, a corde ibi sito ortus. Translucebant per integumenta dilatatio et contractio cordis).

14) Acta Nat. Cur. Vol. X. p. 17. *Abhandl. der Soc. Med. Chir. Acad.* p. 265.

15) Haller de corp. hum. fabrica. T. II. p. 89. — Sandifort Obs. anat. Lib. IV. C. 6. p. 55. — Klinz in *Abh. der Josephs-Akad.* 1. *B.* p. 273.

16) Wilson in *Philosoph. Transact.* 1798. *P. II.* p. 346. Ramel *Journ. de méd. par* Colombier. 1778. p. 423.

17) C. Stalparti van der Wiel Observat. rarior. med. anat. Lugd. Bat. 1687. Cent. I. Obs. 37. Kulmus in Act. Lips. An. 1727.

18) Blegny Zodiac. Gallic. An. 2. Jan. Obs. Mor-

gnum [20]), parvum [21]), cavitatibus expers [22]), cum auricula dextra dilatata [23]), cum singulo ventriculo [24]), cum singulo atrio [25]), cum singulo ventriculo et atrio [26]), cum ventriculis tribus [27]),

GAGNI de sed. et caus. morb. Epist. XVII. §. 12. (apex rotundus).

19) HARVEY de generatione p. 235. (bicipiti cono, parvos nucleos gemellos referens). BARTHOLINUS l. c. Cent. I. hist. 67. T. I. p. 117.

20) KULMUS in Act. Lipsiens. a. 1727.

21) KERKRING Specil. anatom. p. 43. — Cfr. J. BELL in *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte. XVII. B.* p. 503. — MORGAGNI l. c. Epist. LXX. Art. 5. Cfr. Epist. XVII. 12. Epist. XXX. 10. Epist. L. 4. — STOERK Ann. med. II. p. 231. — VETTER *Aphor. der pathol. Anatomie.* p. 101. in nota. — KERKRING v. MECKEL l. c. p. 47.

22) Miscell. nat. cur. Dec. II. An. 2. Obs. 143. Dec. II. An. 2. Obs. 9. — VESSLINGII Syntagm. Anat. p. 150. — ZAGORSKI in Nov. Act. Petrop. T. XV. A. 1806. p. 473.

23) CAILLIOT apud MECKEL l. c. p. 440.

24) LANZONI in Ephem. Nat. Cur. Dec. II. Ann. 9. Obs. 44. — COLUMBUS de re anat. Lib. XV. p. 489. — SCHENK Obs. med. Lib. II. Obs. 184. p. 354. ROEDERER foetus parasitici descriptio in Comment. Soc. Goetting. Vol. IV. p. 125. — FARRE l. c.

25) MERY in *Mémoires de l'acad. des sciences de Paris.* 1700. p. 54. FARRE l. c.

26) WILSON *Philos. Transact. Lond.* 1799. *P. XI.* — STARK's *Neues Archiv.* 1. *B.* 3. *St.* p. 355. — REIL's *Archiv f. Physiologie.* 4. *B.* 3. *St.* p. 450. FARRE l. c. p. 4.

bus [27]), cum ventriculis duobus aequalis magnitudinis et crassistiei [28]), cum valvulis arteriae pulmonalis duabus [29]), quatuor [30]), cum valvulis aortae [31]) et tricuspidalibus [32]) modo maximis, modo minimis, modo nodulis Morgagnianis expertibus [33]), modo nodis abnormibus instructis [34]), cum foramine ovali aperto [35]), e loco consueto remo-

27) Chemineau in *Mémoires de l'acad. des sciences.* 1699. p. 42.

28) Sandifort, Cailliot, Abernethy, Meckel l. c. p. 439.

29) Petschke Syll. anat. select. N. 48. p. 775. — J. Th. Walther Observ. Anat. Berol. 1775. p. 1775. p. 19. — Sandifort Obs. anat. pathol. L. I. Cap. I. p. 31. Tab. II. Lib. III. Cap. I. p. 19. Tab. VI. fig. 3. p. 40. — Hunter *on the blood. Lond.* 1799. p. 150. Meckel diss. cit. p. 31. Tab. II. fig. I. 2. 3.

30) Morgagni Epist. XXXIV. 15. Petschke Sylloge Anat. Select. N. 47. in Halleri Coll. disput. anat. Vol. VI. p. 774. Penada *Saggio terzo d'osservazioni e memorie medico-anatomiche. Padova* 1804.

31) Morgagni Epist. XLIII. 17. — Epist. XVII. 12. Epist. XXIV. 18. Sandifort Obs. anat. patholog. Lib. I. Cap. I. p. 22.

32) Morgagni Epist. XVII. 12.

33) Otto l. c. p. 93.

34) Soemmerring *Anmerkungen zu* Baillie p. 21.

35) Albin Annot. acad. Lib. I. Obs. 9. p. 34. — Littre *mém. de Paris* 1700. *Hist.* p. 40. — Amyand *Philosoph. Transact. Y.* 1735. p. 172. — Le Cat ib. *Y.* 1741. p. 681. — Brendel Ephem. Nat. Cur. Cent. III et IV. p. 376. — Widemann ib. Cent. V. VI. p.

remoto [36]), duplicato [37]), cum defectu valvulae foraminis ovális [38]) et valvulae Thebesii [39]), cum val-

385. LENTILIUS ib. Cent. VII. et VIII. p. 129. ACRELL *Svenska Vetensk. Acad. Nya Handl.* 1786. p. 49. — MORGAGNI l. c. Epist. XVII. 12. Epist. XLVIII. 62. — SANDIFORT Obs. Anat. pathol. Lib. I. Cap. I. p. 16. Tab. I. II. III. Ejusdem Museum Anat. Vol. I. Sect. V. N. 7. p. 234. — LEVELING Observ. Anat. rariores. Fasc. I. — ROEDERER de suffocatis, opusc. p. 288. — TABARRANI in *Atti dell' Acad. delle scienze di Siena. T.* 3. *Opp.* p. 41. — STOLTE de morte suspensorum p. 15. — HALLER Elem. physiol. T. III. p. 258. T. VIII. Part. II. p. 12. — HAGSTROEM *über das eyrunde Loch der Scheidewand d. Herzohren, wenn es bei einem Erwachsenen offen steht; in den Abhandl. der Königl. Schwed. Acad. der Wissensch., übersetzt von* KÄSTNER *und* BRANDIS. 7. *B.* — HUNTER *Med. Observ. and inquiry. Vol.* 6. p. 291. — JURINE *Mém. de la Soc. de méd. T. X.* — MECKEL l. c. p. 448. SEILER in HORN's *neues Archiv f. med. Erfahrung.* 2. *B.* p. 204. SPRY in *Mem. of the med. Soc. of London. Vol. VIII.* p. 137. — VETTER *Aphor. aus der pathol. Anatomie. Wien* 1803. p. 109. — WEITBRECHT Comment. Acad. Petropol. T. IV. p. 264.

36) TREU de differ. inter hom. nat. et nasc. T. I. f. 21. MORGAGNI op. c. Epist. XV. 46. — HUNAULD in *Mém. de l'acad. des sciences* 1735. p. 26.

37) VIEUSSEUX, MORGAGNI, SANDIFORT, DURET, ABERNETHY, MECKEL l. c. p. 450.

38) PLANCUS de sanguinis per cor motu.

39) LINDNER diss. de lymphat. vasorum systemate. Halae 1787. p. 2.

valvula Eustachii praemagna [40]), cum septo ventriculorum perforato [41]), imperfecte evoluto [42]), cum *arteriis coronariis* tribus, quin immo quatuor [43]); cum *vena coronaria* magna sese deplente in atrium venarum pulmonalium [44]), inque venam subclaviam dextram [45]), cumque venis coronariis in unum truncum concurrentibus [46]).

§. XVI.

De vitiis congenitis et anomaliis arteriarum et venarum.

1. *Arteriae* a norma deflectere possunt [47]) quoad numerum, originem, decursum et volumen. De vitiis arteriarum.

40) Wolff de foramine ovali in Comment. Petropol. T. XX. Meckel l. c. p. 458.

41) *Medic. Observations and inquiry. Vol.* 5. — Pultney *Med. Transact. Vol.* 3. — Sandifort Mus. Anat. Vol. I. p. 234. N. 7. Ejusdem Obs. Anat. pathol. l. c. — Farre ex observat. Cooper, Ring, Lawrence.

42) Standert v. Meckel l. c. p. 424.

43) J. F. Meckel in nota ad opus Cuvier *Vorlesungen über vergleichende Anatomie.* 4. *B.* p. 79.

44) Meckel. v. Lindner l. c.

45) Soemmerring l. c.

46) Le Cat *Mém. de Paris. A.* 1738. *Hist.* p. 44.

47) Loder nonnullae arteriarum varietates. Jenae 1786. — Wrisberg varietatum angiologicarum per XXX. annos seriem in corpore humano observatarum P. I. quae arteriam aortam et carotidem complectitur.

men. Sic in monstris cum defectu dimidii corporis superioris, arteriae vel omnes, vel plurimae deficere solent [48]. Gibbositas, vasorum sanguiferorum directiones saepe immutat [49]. Arteriae totius corporis detectae fuere solito modo angustiores [50], modo ampliores [51]. *Ductus arteriosus Botalli* nunc deficit [52], nunc, veluti in foetu apertus est [53]. Oritur ille ductus hinc inde

Goett. 1791. J. F. Meckel *Ueber d. Verlauf d. Arterien u. Venen.* v. *Deutsches Archiv f. die Physiologie* 1. *B.* 2. *H.* p. 125.

48) Meckel l. c. 1. *Th.* p. 125.

49) Watzel diss. de efficacia gibbositatis in mutandis vasorum directionibus. Francf. ad Viadr. 1778. (Aorta incurvata).

50) Morgagni de sed. et caussis morborum. Epist. XXX. 12.

51) Graefe de notione et cura angiectaseos labiorum ratione habita communis vasorum extensionis. Lips. 1807.

52) Chemineau in *Mém. de l'acad. des sciences* 1699. p. 42. Bartholinus Act. Hafn. T. I. N. CX. p. 205. Sandifort l. c.

53) Frankische *Samml.* 4. *B.* p. 242. — Sandifort l. c. — Muth in *den Geschichten u. Versuchen einer Chir. Privatgesellschaft in Kopenhagen.* 1774. — De Witt in *Verhandelingen van het Batafsch Genootschap te Rotterdam.* 1775. *T. II.* p. 195. — Wrisberg *Götting. gelehrt. Anzeig.* 1778. *N.* 50. et *Anmerk.* zu Haller's *Grundriſs der Physiologie f. Vorlesungen übers. und mit Anmerk. begleitet von* Th. Soemmerring

inde vel ex arteria pulmonali ante illius bipartitionem desinendo in arteriam subclaviam sinistram [54]), vel ex ventriculo cordis dextro sub *arteria pulmonali* [55]). Haec arteria detecta est in tres ramos divisa [56]), obliterata [57]), minima [58]), cum duobus cordis ventriculis cohaerens [59]), nata ex aorta [60]), ex ventriculo cordis sinistro [61]), in aortam cum duobus suis ramis desinens [62]), et, postquam ramos dederat pulmonibus, vices aortae

ring *u.* Ph. F. Meckel. *Berlin* 1788. p. 77. §. 114. *Anmerk.* 54.

54) Obet in *Bulletin des sciences médicales par la Société médicale d'émulation* 1803. *May.*

55) Otto l. c. p. 101.

56) Idem ib. p. 100.

57) Hunter in *medical Observat. and inquir. Vol.* 4. p. 230. — *Memoirs of the medical Society. Vol. I.* p. 238. — *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 17. *B.* p. 478. Farre l. c.

58) Sandifort, Stenson, Hunter, Abernethy, Calliot et Duret. v. Meckel. l. c. p. 433.

59) Cooper apud Farre l. c.

60) Wilson in *Phil. Transact. Y.* 1798. *P. II.* p. 463. Standert ib. *Y.* 1805. (Corde tantum singula auricula singuloque ventriculo praedito). Sédillot *Rec. périodique de la Soc. de méd. de Paris. T.* 13. p. 74. (Arteria pulmonalis ex aorta abdominali orta).

61) Baillie, Langstoff et Farre l. c. (Aorta oriebatur simul ex ventriculo cordis sinistro).

62) Loeseke Observ. anat. Chir. med. rar. p. 26. Tab. III.

tae descendentis agens [63]). Reperiebatur *aorta* e corde sejuncta [64]), angusta [65]), ortum ducens ex utroque cordis ventriculo [66]), ex ventriculo dextro [67]) et ex ventriculo sinistro cum duobus radicibus [68]). Exhibuit truncus aortae rimam, per quam trachea et oesophagus penetrabant [69]). Nascebantur ex *arcu aortae* (deficiente trunco anonymo) rami duo [70]), quatuor et quinque [71]); ambae carotides deindeque arteria subclavia dextra [72]), inter

63) Steidele *Samml. chir. Beobacht.* 2. *B.* p. 114. (Aorta solum partibus superioribus providebat). Kreysig op. c. 3. *B.* p. 108.

64) Roederer de foetu parasitico. v. Comment. Soc. Goett. T. IV. p. 121.

65) Morgagni Epist. XXX. 12. Epist. XVIII. 2. Meckel l. c. p. 474.

66) Nevin medic. Comm. Dec. II. Vol. 9. p. 325. v. *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 17. *B.* 1. *St.* p. 86. et: *Commentarien von einer Gesellschaft d. Aerzte zu Edinburgh. Uebers. v.* A. Fr. A Diel. *Altenb.* 1797. *Dec.* 2. *Vol.* 9. Sandifort l. c.

67) Baillie *Series of engravings to illustrate the morbid anat. Fasc. I. Tab. VI.* v. *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 20. *B.* p. 332.

68) Steidele l. c. p. 114.

69) Hommel Commerc. Liter. Norimb. 1737. p. 162.

70) Conradi l. c. p. 40. (ex Morgagni).

71) Ph. A. Boehmer Observat. binae de 4 et 5. ramis ex arcu aortae magnae ascendentibus. Hal. 1744.

72) Sandifort Obs. anat. pathol. T. I. p. 78. *Journal de médecine.* 1791. *Février. N.* 8.

inter oesophagum et laryngem decurrens [73]. Ex arcu aortae pullulabant etiam, utrinque et separatim, carotides et arteriae subclaviae [74]. Interdum truncus anonymus usque ad corpus thyreoideum ascendit [75]. Visus ille est sinistrorsum depressus arteriam subclaviam et carotidem ejusdem lateris suppeditans, iisdem arteriis in latere dextro ex aorta provenientibus [76]. Aorta quandoque non super ramum tracheae sinistrum, sed super dextrum, retro oesophagum, ad latus sinistrum columnae vertebralis decurrit [77]. Deficiebat *carotis cerebralis dextra*, canale carotico vix setam porcinam admittente [78]. Describuntur *carotides*, quae, cum ad suae longitudinis medium ascendissent, ibi se intorquebant cochleae instar [79]. Alias *carotis dextra* tracheam transversim decussabat [80]. *Carotis* interdum jam inferius, circa marginem scilicet superiorem vertebrae sextae cervicalis, bipartitur, sicque cum

duo-

73) Bayfort in *Mem. of the med. Society of London Vol.* 2. 1789. p. 271. — Autenrieth resp. Pfleiderer diss. de dysphagia lusoria. Tubing. 1806. — Allan Burns l. l. p. 322. (Observatio Morgagni).

74) Nevin l. c. Meckel l. c. p. 434.

75) Allan Burns l. c. p. 323.

76) Cailliot, Duret, Obet, Meckel l. c. p. 435.

77) Meckel l. c. p. 435.

78) Tode *med. chir. Bibl.* 10. *B.* p. 407.

79) Morgagni Epist. XLIX. 18.

80) Allan Burns l. c. p. 325.

duobus ramis ad latera colli ascendit [81]). Quandoque truncus communis carotidis non bipartitur in ramum externum et internum, sed primi rami carotidis externae quot quot sunt ad latera trunci nascuntur [82]). Carotis externa aliquando truncum brevem, crassum, arteriae coeliacae simi-lem, exhibet, ex cujus extremitatibus rami prodeunt [83]), Exempla habentur, ubi carotis non bipartitur ad collum, et ramos laterales eousque suppeditat, donec haud pervenerit super angulum maxillae. Tunc autem e regione processus mastoidei bipartitur, uno ramo carotidem internam constituente, altero truncum communem arteriae temporalis et maxillaris efficiente [84]). Rami, qui ex *carotide externa* proficiscuntur, multis anomaliis subjici solent, quod inprimis de *arteria thyreoidea superiore* et de *arteria linguali* valet. Ambae hae arteriae truncum communem, ex carotide emergentem, constituebant [85]). Et rami, qui ex *arteriis subclaviis* oriuntur, anomaliis haud carent. Obvenerunt ambae *arteriae thyreoideae inferiores* in trunco communi ex arteria subclavia lateris dextri ortum trahentes [86]). *Arteria vertebralis* ut ramus specialis

81) Idem, ib. p. 326.
82) Idem, ib. p. 327.
83) Idem, ib. p. 328.
84) Idem, ib.
85) Idem, ib. p. 330.
86) Id. ib. p. 331.

cialis ex aorta nascebatur [87]). Apparuit *arteria coeliaca* duplex [88]), et triplex [89]); cum ramis modo duobus, modo quatuor [90]). Deficiebat quoque arteria coeliaca, ramis suis tribus directe ex aorta prodeuntibus [91]). Prodibant etiam ex aorta, singulatim tunc *arteria coronaria ventriculi* [92]), tum *arteria hepatica* [93]); haec quoque ex *arteria mesenterica* nascebatur [94]). Erant *arteria lienalis* duplex [95]) et *arteria mesenterica* triplex [96]), sine anastomosi [97]). Aorta suppeditabat tres *arterias renales* [98]) et *arterias spermaticas* [99]). Prominebat aorta adeo, ut ante vesicam

87) Id. ib. p. 332. Conradi l. c. Farre l. c.

88) Morgagni. Epist. LXX. 9.

89) Idem, Epist. LIII. 37.

90) Otto l. c. p. 103.

91) Idem l. c. p. 103. Nota 28.

92) Mayer *Beschreibung der Blutgefäſse.* p. 158.

93) Sandifort l. c. L. II. C. 7. p. 126.

94) Isenflamm Comment. Vol. III.

95) Soemmerring l. c. p. 304.

96) Morgagni. Epist. LIII. 37.

97) Vicq-d'Azyr *Observation sur un sujet dans lequel la grande anastomose, qui reunit les deux artères mésentériques, manquoit absolument.* v. *Mém. de Paris* a. 1776. *Mém.* p. 702.

98) Morgagni. Epist. LXVI. 8.

99) Conradi l. c. p. 41. Cfr. de arteriis spermaticis deficientibus: in Miscell. Nat. Cur. Dec. I. A. 3. 1672. p. 183. Rayger ib. a. 4 et 5. p. 1. Mortimer *an account of some uncommon anastomosis of the spermatic Vessels in a Woman:* in *Phil. Transact.* Y. 1730. p.

cam urinariam et uterum in *arterias iliacas* divideretur [100]. Legitur de *arteria renali sinistra*, arteriam ad vesicam urinariam mittente [1], — de *arteriaca iliaca sinistra*, duplici ratione longiore quam dextra [2]; — de *arteria umbilicali* ex aorta ortum ducente [3], singula [4] postque partum aperta relicta [5]. *Arteriae umbilicales* nonnunquam in unum truncum coalescunt [6]. *Arteria pudenda communis* adhaeret interdum partibus lateralibus et inferioribus vesicae urinariae et attingit sectionem superiorem prostatae [7]. Decurrebat *artéria obturatoria* ex crurali orta, sub annulo abdominali [8]. Deficiebat *arteria peronaea* [9]. Narratur de *arteria brachiali* dupli-

ci [10])

373. Bscherer de arteriae spermaticae sinistrae propagine rariori; in Misc. Acad. Nat. Cur. Dec. II. a. 4. 1685. p. 337.

100) Otto l. c. p. 101. (*) et: Monstr. sex hum. anat. et phys. disquisitio. Francf. ad Viadr. 1811. p. 38.

1) Morgagni. Epist. LXX. 7.

2) Idem, ib. Epist. XLVIII. 34.

3) Kerkringii Specil. anat. Obs. 9.

4) Otto l. c. p. 104.

5) Idem, ib. p. 104.

6) Weitbrecht in Comment. Acad. Petrop. T. IV. p. 263. Cfr. Huber in Act. Nat. Cur. Vol. 9. p. 382.

7) Allan Burns l. c. p. 350.

8) Mayer l. c. p. 207. Otto l. c. p. 104. Cfr. Hesselbach *in der Salzb. med. chir. Zeitung*. 1811. *N.* 62. p. 186.

9) Isenflamm l. c.

ci[10]) deque illa jam in parte superiore humeri in arteriam ulnarem et radialem bipartita[11]). *Arteria radialis* super articulum primae phalangis pollicis decurrebat[12]). Haud raro illa super dorsum radii decurrit, conceditque locum suum *arteriae volari*, quae, utpote tenuis et parva medicum pulsum explorantem facile in errorem ducit[13]).

2. *Venae* easdem quas arteriae varietates, licet rarius[14]), exhibere solent. Sic monstra acephala interdum venis carent[15]). *Vena jugularis externa* triplex quoad progressum, et, quoad insertionem quadruplex erat[16]). *Vena cava* potissimum in gibbosis, curva reperiebatur[17]). *Vena cava descendens* anomalias exhibuit[18]). De vitiis venarum.

10) Mohrenheim op. c. 2. *Th.* Isenflamm l. c. Chr. G. Ludwig. Progr. de varietatibus arteriae brachialis ramorum, in aneurysmatis operatione attendendis. Lips. 1767.

11) Allan Burns l. c. p. 336.

12) Gilibert *Beobachtungen.* p. 159. Cfr. Eschenbach *Verm. med. u. chir. Wahrnehm. Leipz.* 1784. 1. *B.* p. 1.

13) Allan Burns l. c. p. 343.

14) Meckel *Deut. Archiv f. d. Physiologie* l. c. contra Halleri opinionem.

15) Winslow in *Mém. de l'académie des sciences.* 1740. p. 811.

16) Wilde in Comment. Acad. Petrop. T. XII. p. 316.

17) Morgagni l. c. Epist. LVI. 31.

buit [18]). *Vena cava ascendens* duplex erat [19]). Sub diaphragmate in illa *valvulae* repertae sunt [20]). Septem *venae pulmonales* observatae fuere [21]). Duplex erat *vena subclavia* [22]), et *vena azygos* [23]). Haec mirum in modum interdum distribuitur [24]) bifurcaturque ad basin cordis [25]). *Vena umbilicalis* aperta remansit [26]). Deficiebat *vena cephalica* in brachio dextro [27]).

Caput

18) Murray *Beschreibung einer ganz sonderbaren Stellung und Vertheilung der obern Blutader des vordern Herzohrs;* in *neu. Schwed. akad. Abhandl.* 1781. p. 283.

19) *Abhandl. der chir. Akad. zu Wien.* 1. *B.* Wilde l. c. p. 262.

20) Keissel in Miscell. Acad. Nat. Cur. Dec. I. A. 9 et 10. p. 316. — Winslow in *Mém. de Paris a.* 1717. *Hist.* p. 17. *Mém.* p. 211.

21) Müller diss. exhibens Syllogen observationum quorundam anatomicarum. Giessen 1760.

22) Morgagni Epist. LXIX. 2.

23) Wrisberg de vena azyga duplici aliisque hujus venae varietatibus. Goett. 1777. — Sandifort Obs. anat. pathol. L. II. — Guattani in *Mém. de mathématique et Physique. T.* 3. p. 512. — Wilde l. c. p. 318. — Valentin in *Journal de méd. février* 1791.

24) Meister de singulari et pulchra distributione venae azygos; in Ephem. Acad. Nat. Cur. Cent. 7 et 8. p. 369.

25) Le Cat in *Mém. de Paris. A.* 1738. *Hist.* p. 45.

26) Meckel l. c. p. 468.

27) Morgagni Epist. LIV. 45.

Caput VI.
De morbo coeruleo.

§. XVII.
Definitio. Literatura.

1. Livor cutis, praecipue ad labia, manus et pedes, cum extremitatum frigore, cordis motu abnormi, dyspnoeâ periodice recurrente, imbecillitate musculorum et proclivitate ad haemorrhagias, *morbum coeruleum* [1]) constituit. Definitio.

2. Morbi hujusmodi mentionem primum instituerunt: Mery [2]), Stenson [3]), Morgagni [4]), J. Hunter [5]) et Sandifort [6]). Illustrarunt illius Literatura.

F 2 doctri-

1) *Syn.* Cyanosis, Coerulosis. Gall. *Ictère bleu, cachexie bleue.* Germ. *die blaue Krankheit, die Blausucht.*

2) *Mém. de Paris.* 1700. *Hist.* p. 54.

3) Acta Hafn. T. I. p. 200.

4) De sed. et caus. morb. Epist. XVII. Art. 12.

5) *Medical observations and inquiries. Lond.* 1772. *Vol.* 4. p. 330. *Vol.* 6. p. 291. — *Memoirs of the medical Societ. T. I.* p. 238.

6) Observationes anatomicae pathologicae. C. I. p. 16.

doctrinam LENTIN [7]), PULTENEY [8]), NEVIN [9]), ABERNETHY [10]), TROLLER [11]), CAILLIOT et DURET [12]), OBERT [13]), PALOIS [14]), SPRY [15]), JURINE [16]), TACCONI [17]); SCHULER [18]), SACHSE [19]), MARCET [20]), NASSE [21]), BAILLIE [22]), STANDERT [23]), KAEMMERER [24]), HAASE [25]), GINTRAC [26]),

7) *Beyträge zur ausübenden Arzneywissenschaft. Leipzig* 1798. 2. *B.* p. 68—78.

8) *Medical Transactions. Vol.* 3.

9) *Medical Commentaries by* DUNCAN. *Dec. II. Vol.* 9 et 10.

10) *Philosophical Transactions. Y.* 1798. *P. I.* Et *Chir. und phys. Versuche, übersetzt von* BRANDIS 1795.

11) *Medical and chemical Essays. Lond.* 1796.

12) *Bulletin de la Soc. méd. de Paris.* 1801. p. 153.

13) *Bulletin des sciences médicales.* 1808.

14) *Bulletin de la Soc. de méd. de Paris.* 1809.

15) *Memoirs of the med. Society of Lond. Vol.* 8. p. 150.

16) *Mémoire de la Soc. de méd. de Paris. T. X.*

17) Comment. Instituti Bononiensis. 1785. T. VI. p. 64.

18) Diss. de morbo coeruleo. Oeniponte 1810.

19) HUFELAND's *Journal der pr. Heilk.* 15. *B.* p. 127.

20) *Medical and surgical Journal of Edinb.* 1805. p. 412.

21) REIL's *Archiv f. Physiologie.* 10. *B.* 2. *Heft.* Et *Anhang zu* ALLAN BURNS l. c.

22) *Anatomie des krankhaften Baues, von* SÖMMERRING. *Berlin* 1794. p. 21—25.

23) *Philosoph. Transact. Y.* 1805. v. HARLES *u.* RITTER *Neues Journal f. die ausländ. med. Litteratur.* 7. *B.* 1. *Heft.*

24) Diss. de morbo coeruleo. Hal. 1811.

25) Diss. de morbo coeruleo cum tabulis aeneis. Lips. 1813.

TRAC [26]), MÜLLER [27]), FLEISCHMANN [28]), SEILER [29]), THOMAS [30]), POLIMERE [31]), HOWSHIP [32]), GROSS *), KWIATKOWSKI [33]), MARX [34]), M. RICHTER [35]), BIELKIEWICZ [37]), RYMKIEWICZ [38]), HESSELBACH [39]), OLIVRY [40]), ZIMMERMANN **), PETERS ***),

26) *Recherches analytiques sur diverses affections dans lesquelles la peau présente une couleur bleue et en particulier, sur celle qu'on a designé sous le nom de cyanose. Paris* 1814.

27) HORN's *Archiv f. med. Erfahrung. Jahrgang* 1822. *May, Junius.* p. 438.

28) *Leichenöffnungen.* 1815. p. 193. — de chondrogenesi asperae arteriae et de situ oesophagi abnormi nonnulla. Erlang. 1820.

29) HORN's *Neues Archiv f. med. Erfahrung.* 2. *B.*

30) In *Memoirs of the med. Society. Vol.* 6. *Lond.* 1813.

31) *Bibliotheque médicale. T. LVII.* 1817. p. 145. — HUFELAND's *Journal der prakt. Heilk.* 1819. *Octob.* p. 72.

32) *The Edinb. med. Journal* 1813. *Vol.* 9. *N.* 36. *III.* p. 399.

*) Diss. de infante morbo coeruleo laborante. Marb. 1818.

33) Diss. aetiologiam morbi coerulei amplificans. Vilnae 1815.

34) Diss. morbi coerulei exemplum memorabile. Berol. 1820.

35) De cyanosi cardiaca. Mosquae 1821.

37) *Dziennik Medycyny, Chirurgii i Farmacyi, przez Cesarskie Towarzystwo Lekarskie w Wilnie wydawany.* 1822. *T. I. N.* 1. p. 93.

38) ibidem. *T. II. N.* 1.

39) *Medicinisch-chirurgische Zeitung* 1820. *N.* 82. p. 57.

TERS ***), GREGORY [41]), MARECHAU [42]), SEIDEL [43]), THIBERT et FOUQUIER [44]), ALLAN BURNS [45]), KREYSIG [46]), FARRE [47]) maximeque MECKEL [48]).

§. XVIII.

Symptomata. Autopsia cadaverum.

Symptomata. 1. *In morbo coeruleo congenito*, recens natus praevio interdum universae cutis pallore, livorem, quandoque subrubrum manuum pedumque modo evanescentem modo redeuntem [49]) exhibet. Livor iste sub actu suctionis (saepe interrupto), sub vagitu (interdum ad horas protracto [50])

40) In *Journ. de méd. françoise et étrangere. T. LXXIII.* 1820. *Novembre.* p. 125.

**) Diss. de morbo coeruleo. Berol. 1822.

***) Diss. sistens relationem de puero morbo coeruleo laborante c. nonnull. adnot. Kil. 1822.

41) *Medico-chirurg. Transact. Vol. XI.* 1821. p. 29.

42) *Journal de méd. T. LXIX.* p. 354.

43) Index musei anatomici Kiliensis. Kiliae 1818. p. 61.

44) *Bulletin de la faculté de méd. T. VI.* p. 355. 363.

45) Op. c. p. 1 — 42.

46) Op. c. 1. *Th.* p. 371. 2. *Th.* 2. *Abth.* p. 784. 3. *Th.* p. 104. 319.

47) Op. c.

48) REIL's *Archiv f. Physiologie.* 9. *B. Handbuch d. patholog. Anatomie.* 1. *B. Eilft. Abschnitt.* — *Deutsches Archiv f. Physiologie.* 1. *B,* 2. *H. N.* 5. 7. *B.* 2. *H. N.* 8.

49) COOPER apud FARRE. — MARX l. c. (Manus albissimae).

tracto [50]) et flebili [51])), sub tussi et sub erecta corporis positione augetur [52]) fermeque nigrescit [53]). Dyspnoea, quandoque tussis [54]), nunc continuo nunc per intervalla affligit. Paroxysmi tunc convulsionibus stipari solent. Iis cessantibus aegrotulus veluti exanimis jacet. Cor interea vehementer pulsat [55]). Pulsus autem frequens et regularis est [56]). Functiones reliquae rite absolvuntur. *Morbus coeruleus acquisitus* sese manifestat livore transitorio digitorum, unguium, faciei, praecipue labiorum. Accedit ocyus serius quaedam dyspnoea. Livor tunc ad universam cutim (praeputio et glande non exceptis) extenditur, ac permanens fit. Cutis nonnunquam in plurimis locis glabra est [57]). Jam vero respiratio per paroxysmos difficilis, celer, profunda et singultuosa [58]) et suspiriis interrupta atque gemebunda evadit. Cor vehementer et inordinate vibrat; pulsus arteriarum ejusdem sequitur rhythmum. Venae jugulares interdum turgent [59]).

Qua-

50) Ring apud Farre l. c. Howship l. c.

51) Kwiatkowski l. c.

52) Haase l. c. Marechau l. c.

53) Farre et Weston.

54) Farre l. c.

55) Hunter, Kreysig l. c.

56) Kreysig l. c.

57) Farre l. c.

58) English apud Farre.

59) Farre l. c.

Qualiscunque vero morbi fuerit origo, aegri extra paroxysmum per vices sat libere respirant[60]. Conqueruntur autem continuo de sensu frigoris ab attactu sed vix a thermometro[61], confirmato. Etiamsi dentitio[62] et pubertas *) tarde ingruant, corpus tamen crescit formamque sat agilem induit[63]. Brachia praelonga, ultima phalanx digitorum tumidula[64], mollis[65], aspera et verrucis

60) NEVIN, NASSE l. c.

61) NASSE ope thermometri corporis temperiem internam normalem detexit. Superficies gradus 21. thermometri REAUMURIANI habuit (*Archiv* l. c. p. 285.) FARRE thermometro FARENHEITII ori immisso temperiem auctam, — illo vero manibus tradito, imminutam invenit. Debetur illi sequens tabula:

Temperatura.

Dies	aëris externi	cubiculi	manuum	pedum	Sub lingua	Pulsus	Respiratio
23. Augusti	—	70.	98.	97.	99.	108.	28.
13. Septembris	52.	59.	74.	—	99.	96.	32.
17. Septembris	61.	69.	96.	—	99.	100.	28.
30. Septembris	58.	61.	92.	—	99.	100.	31.

62) CAILLIOT l. c.

*) Menstruabat aegra TACCONI a. 14. — Illa BIELKIEWICZ a. 15.; illa SPRY an. 17. catameniis adhuc orbata erat.

63) HUNTER corpus aegri morbo coeruleo laborantis cum illo vertagi comparat l. c. FARRE exemplum corporis haud proceri narrat l. c.

64) MARX l. c.

65) PALOIS apud MECKEL in *Deutsches Archiv.* l. c. p. 257.

rucis obsessa [66]) et ungues convexi cernuntur [67]). Facies saepe tumidula; oculi prominentes [68]), subflavi [69]); gingivae spongiosae, halitus foetens, frequentes oscitationes, et lingua inaequalis, praemagna [70]). Sunt etiam qui vomant **). Aeger demum iners est, lusus aetatis suae respuit [71]), risu haud gaudet [72]) ac cito defatigatur. Cutis variis in locis admodum sensilis reperitur [73]). Facultates animi haud torpent [74]). Somnus pavoribus interruptus [75]) vigetque in genere ciborum desiderium. Aggravantur vero symptomata a pastu, ab animi pathematibus, a temperie frigida et a fortuita affectione catarrhali. Motus, dyspnoeae paroxysmum, aliquando coecitatem transitoriam, lipothymias, profluvium salivae excitat [76]). Magna porro ad haemorrhagias narium, gingivarum, pulmonum et animadvertitur proclivi-

66) Farre l. c.

67) Sachse, Kreysig l. c.

68) Farre l. c.

69) English apud Farre l. c.

70) Travers apud Farre l. c.

**) Farre l. c. Bielkiewicz l. c.

71) Bielkiewicz l. c.

72) Farre l. c.

73) Farre l. c. ita ut minima compressio nasi, menti digitorumque dolores fortes excitaret.

74) Sandifort l. c. aegra Bielkiewicz iracunda erat. Aegra Travers et Farre imbecillis fuit.

75) Travers apud Farre l. c.

76) Sandifort l. c.

clivitas *). Aegri aetatis provectioris de cephalaea, vertigine [77]), obfuscatione visus, anxietate, dolore pectoris, nausea [78]) et debilitate conqueruntur. Alvus utplurimum languet **); urina interdum turbida et foetens [79]). Paroxysmi semel bisve de die, horis modo matutinis [80]) modo vespertinis et nocturnis [81]) recurrunt; saepeque ad quartam vel dimidiam horae partem protrahuntur [82]). Illis appropinquantibus aeger libenter super abdomen decumbit, pectusque manibus comprimit. Nisi miser in paroxysmo suffocatus pereat, per hydropem [83]), hemiplegiam [84]), pneumonorrhagiam [85]), aut accidentalem morbum, e. c. ex ingluvie [86]) necatur.

Autopsia cadaverum. 2. En phaenomena, quae hucusque e sectione *singulorum* cadaverum emergebant. Septum ventriculorum cordis perforatum, arteria pul-

*) Kreysio l. c.

77) Farre l. c.

78) Cooper apud Farre l. c.

**) Sandifort, Lentin, Nasse. Contrarium testatur Cooper apud Farre l. c.

79) Farre l. c.

80) Nevin l. c.

81) Haase, English.

82) Kreysig l. c.

83) Marechau l. c.

84) Cooper et Farre l. c.

85) Travers et Farre l. c.

86) Sic juvenis 22. annorum post lautum prandium derepente obiit apud Farre.

pulmonalis angusta, aorta ex utroque ventriculo, ductus arteriosus nullus [87]; — communicatio ampla inter cor dextrum et sinistrum, unum dumtaxat atrium et ventriculus cordis sinister minor dextro [88], cor rotundum, septum ventriculorum superne perforatum, aorta ex utroque ventriculo, arteria pulmonalis diametri normalis ast cum duabus tantum valvulis [89]; — foramen in septo ventriculorum [90]; — foramen in septo, aorta ex ventriculo cordis utroque pullulans, valvulae imperfectae, arteria pulmonalis parva, trunco uno ex aorta haud procul illius basi, emergente [91]; — septum ventriculorum perforatum [92]; — apertura ampla in medio septi ventriculorum, foramen ovale plus solito clausum, arteria pulmonalis amplior [93]; — foramen ovale et ductus arteriosus hiantes, arteria pulmonalis obliterata [94]; — duo atria, ventriculus singulus, arteria pulmonalis minima [95]; — unum atrium, unus ventriculus, duae arteriae pulmonales ex aorta, venae pulmonales a venis cavis separatae [96];

87) Stenson l. c.
88) Mery, Olivry ll. cc.
89) Sandifort l. c.
90) Hunter l. c. Baillie *Morbid Anatomy*. p. 29.
91) Meckel in Reil's *Archiv* l. c.
92) Idem, ib.
93) Id. ibid.
94) Langstoff apud Farre p. 9.
95) Chemineau *Mém. de Paris* 1699. *Hist.*

tae [96]); — arteria pulmonalis ex ventriculo dextro orta, sed cum sinistro communicans et aortam descendentem efformans; aorta ascendens sub arcu clausa, ventriculus dexter nimis crassus et amplus [97]); — unus ventriculus, unum atrium, arteria pulmonalis ex aorta, venae pulmonales in venam cavam descendentes, nulla vasa bronchialia? [98]); — aorta et arteria pulmonalis (ad originem filamentis cartilagineis circumdata) ex ventriculo dextro venientes, septum ventriculorum partim deficiens [99]); — valvula foraminis ovalis imperfecta, septum ventriculorum tribus in locis perforatum, arteria pulmonalis obliterata [100]); — singulus ventriculus, singulum atrium, arteria pulmonalis ramum aortae constituens, aorta et venae dimidium justo minores, venae pulmonales a vena cava sejunctae [1]); — ventriculus dexter parvus, ostium dextrum et foramen ovale praemagna, arteria pulmonalis angusta, orificio occluso [2]); — fere nulla valvula foraminis ovalis, ductus arteriosus nimis amplus [3]);

96) Farre l. c. p. 2.

97) Cooper apud Farre p. 10.

98) Wilson *Philos. Transact. Vol.* 88. Reil's *Archiv* 4. *B.*

99) Gregory l. c.

100) Hodgson apud Farre p. 19.

1) Standert l. c.

2) Hunter l. c.

plus [3]); — septum ventriculorum perforatum, aorta ex utroque ventriculo, arteria pulmonalis obliterata, cor dextrum amplior sinistro [4]; — origo aortae et arteriae pulmonalis permutata [5]) et ductus arteriosus angustissimus [6]); — singulus ventriculus, foramen ovale fere sine valvula, arteria pulmonalis parum angusta [7]); — origo aortae et arteriae pulmonalis permutata, arteria pulmonalis aortam descendentem constituens [8]); — foramen ovale amplum, septum ventriculorum crassum, ventriculus dexter angustus, aorta valde ampla, arteria pulmonalis angusta [9]); — ventriculus unus aortam largiens dextrorsum situs, arteria pulmonalis obliterata, duo atria [10]); — origo aortae et arteriae pulmonalis permutata, haecque angustissima [11]); — aorta ex utroque ventriculo, arteria pulmonalis imperforata, angusta, tenuis [12]); — foramen ovale et ductus arteriosus hiantes, arteria pulmonalis angusta, aper-

3) English apud Farre p. 12.
4) Farre l. c. p. 27.
5) Wistar *a system of anatomy for the use of students of medecine. Philad.* 1811.
6) Baillie l. c. p. 6.
7) Lawrence apud Farre l. c. p. 31.
8) Langstoff apud Farre p. 28.
9) Schuler l. c. p. 12—14.
10) Fleischmann l. c. p. 193.
11) Farre l. c. p. 29.
12) Howship l. c. 233. Hesselbach.

apertura ampla in septo [13]); — cor amplum, quadratum, foramen ovale magnum, arteria pulmonalis major quam aorta; illa ex utroque ventriculo nata [14]); — auricula dextra praeter consueta vasa venam crassitiei calami scriptorii quae a thymo proficiscebatur accipiens, cor magnum [15]), — cor magnum, aorta ex utrisque ventriculis, arteria pulmonalis obliterata, foramen ovale apertum [16]); — foramen ovale et ductus arteriosus hiantes [17]); — septum perforatum, defectus septi atriorum, aorta ex utroque ventriculo, arteria pulmonalis angusta, vena cava ascendens in atrium sinistrum depleta; — septum ventriculorum perforatum, aorta ex ventriculo sinistro, arteria pulmonalis angusta [19]); — cor obliquum, atrium dextrum amplum, ventriculus dexter crassus, aorta ex utroque ventriculo, arteria pulmonalis angustissima, rami ex arcu aortae inversi, aorta descendens dextrorsum [20]); — cor ex transverso, atrium dextrum amplum, sinistrum valde angustum, septum ventriculorum superne perforatum, aorta ex utroque ventriculo et ampla, arteria pulmonalis angusta, ductus

13) Langstoff apud Farre l. c. p. 10.

14) Cooper apud Farre l. c. p. 15.

15) Nevin l. c.

16) Jurine l. c.

17) Ring apud Farre l. c. p. 26.

19) Abernethy l. c.

20) Cailliot l. c.

ductus arteriosus parum apertus, rami ex arcu aortae inversi [21]); septum ventriculorum ad basin perforatum, aorta ex utroque ventriculo et ampla, arteria pulmonalis angusta, duae tantum valvulae, illae venosae cordis crassae, cor magnum, ventriculus uterque similis, atrium dextrum amplum, sinistrum angustum, hepar magnum [22]); — ductus arteriosus extra arteriam pulmonalem ex ventriculo dextro in aortam apertus [23]); — septum ventriculorum perforatum [24]); — septum ventriculorum perforatum, arteria pulmonalis angusta [25]); — septum ventriculorum perforatum, aorta ex utroque ventriculo, arteria pulmonalis angusta, ductus arteriosus clausus, abscessus cerebri [26]); — aorta ampla potius ex ventriculo dextro quam ex sinistro, arteria pulmonalis angustissima, valvulae concretae, foramen ovale valde hians, vesicula fellea magna, bile nigra repleta, pulmones graves, hydrocephalus [27]); — aorta ampla ex utraque camera, arteria pulmonalis angustissima, tennes duae valvulae, cor maximum, rami arcus aortae inversi, thymus

21) Obet l. c.

22) Hodgson apud Farre l. c. p. 35.

23) Wrisberg in Haller's *Physiologie*. p. 77.

24) Prochaska *Bulletin de la Soc. de méd.* 1807.

25) Mayer apud Meckel *Deut. Archiv. Tabelle.*

26) Cooper apud Farre l. c. p. 24.

27) Haase l. c.

thymus maximus [28]); — perforatio septi ventriculorum [29]); — foramen ovale apertum [30]); — aorta ampla ex utroque ventriculo, dextraque parietibus crassis insignita, cor praemagnum [31]); — aorta ex ventriculo dextro, eo loco quo arteria pulmonalis, desiderata, oriri debuisset, nata, aorta ramos pulmonales suppeditans; ex ventriculo sinistro emergens, tracheam adit, hicque in carotidem dextram et sinistram et in arteriam subclaviam dextram dividitur; arteria subclavia sinistra ex aorta descendente evoluta [32]); — aorta ex utroque ventriculo, arteria pulmonalis angustissima [33]); — foramen ovale ventriculusque dexter ampli, sinister angustissimus [34]); — cor magnum, ventriculi ejusdem crassitiei, sinister angustior, arteria pulmonalis angusta, aorta ampla, ex utroque ventriculo, pulmo suppuratus [35]); — aorta ex utroque ventriculo, arteria pulmonalis normalis, ex tertia quadam cavitate [36]); — atrium dextrum amplum, in ventriculo dextro duo

28) Cailliot l. c.
29) Tiedemann *Zoologie.* 1. *B.* p. 177.
30) Jurine l. c.
31) Sandifort l. c.
32) Seidel l. c.
33) Hunter l. c. Huet apud Obet l. c. Pulteney l. c.
34) Meckel *Handb. d. pr. Anatomie.* 1. *B.*
35) Farre l. c. p. 34.
36) Lawrence apud l. c. p. 26.

duo hydatides, cavum pectoris dextrum sero repletum, hydrocephalus [37]; — cor praemagnum, vasa pulmonalia ampla et tenuia, pulmo tuberculosus concretus [38]; — foramen ovale amplissimum, ventriculus sinister amplior, dexter crassior, arteria pulmonalis angustissima, cor subrotundum, hepar praemagnum [39]; — foramen ovale amplum, arteria pulmonalis obliterata, ventriculus dexter longe crassior sinistro, cor parvum [40]; — foramen ovale amplum, ductus arteriosus apertus, cor et hepar maxima [41]; — cor normale, majus, pulmo duriusculus, undique concretus [42], — foramen ovale apertum, valvula Eustachii praemagna, nullum quidem septum ventriculorum, attamen prolongatio coeca ventriculi sinistrum illum indicans, orificia bina venosa angusta ad ventriculum dextrum ducentia, e quo aorta, arteria pulmonalis angustissima [43]; — singulus cordis ventriculus dilatatissimus [44]; — foramen ovale amplissimum, arteria pulmonalis angustissima, parietes ventriculorum crassissi-

37) Trotter l. c.
38) Lentin l. c.
39) Tacconi l. c.
40) Morgagni l. c.
41) Spry l. c.
42) Marcet l. c.
43) Farre l. c. p. 37.
44) Pozzis apud Senac l. c.

sissimi, ductus arteriosus apertus [45]; — foramen ovale apertum, cor praemagnum [46]; — septum ventriculorum perforatum, aorta ex utroque ventriculo, arteria pulmonalis amplissima [47]; — septum ventriculorum perforatum, cor dextrum et arteria pulmonalis ampla, ductus arteriosus apertus [48]; — foramen ovale et ductus arteriosus valde aperti [49]; — foramen ovale diametri pollicis, atria, ventriculus dexter et arteria pulmonalis amplissima, ventriculus sinister et aorta angusta [50]; — foramen ovale diametri dimidii pollicis [51]; — septum perforatum, arteria pulmonalis obliterata, foramen ovale nimis magnum, ductus arteriosus apertus [52]; — ductus Botalli apertus, septum atriorum cordis vix ullum, septum ventriculorum plane nullum et illius loco membrana pendula [53], annuli tracheae inter se et cum cartilagine cricoidea ita concreti, ut tubum cartilagineum constituerent, glottide per plicam semilunarem dimidio clausa [54]; — livor cada-

45) Seiler l. c.
46) Farre l. c. p. 10.
47) Farre l. c. p. 26.
48) Richerand *Nouv. elém. de Physiologie. Vol. I.*
49) Allan Burns l. c.
50) Corvisart l. c.
51) Green *Philosoph. Transact. N.* 454.
52) Farre l. c. p. 20.
53) Marx l. c.
54) Fleischmann l. c. de chondrogenesi etc.

cadaveris, vasa cerebri turgida, pulmones cruore obruti, caeterum sani, cor majus, parietes crassiores, ductus arteriosus apertus, tres lineas longus, quinque autem largus, aorta in exordio suo inque arcu dilatata, foramen ovale clausum [55]; — pulmo dexter in duos modo lobos divisus, quorum superior normalis, inferior compactus, hepati similis, ita et pulmo sinister inferior, superiore normali, praeter superficialem pulmonum ruborem nullum inflammationis vestigium (nec gutta enim sive seri sive lymphae coagulabilis in cavitatibus pleurae, nec ullibi pseudomembranae inveniebantur), cor cum pericardio normalia, foramen ovale et ductus arteriosus clausi, valvulae itidemque vasa quo decet pacto disposita, sanguis ater [56]; — serum in cerebri ventriculo laterali dextro, triplo ambitu majori, vasa venosa meninges perreptantia sanguine quaquaversus praecipueque circa cerebellum turgida, pulmones, cor et vasa majora normalia [57].

§. XIX.

C a u s s a e.

1. Inter caussas ad morbum coeruleum praedisponentes hucusque innotuerunt: vitium haere- C. Praedisponentes.

G 2 dita-

55) Bielkiewicz l. c.

56) Kwiatkowski l. c. (Observatio clinici instituti Vilnensis).

57) Rymkiewicz l. c.

ditarium [58]), sexus masculinus [59]), forteque terror matris [60]).

C. Excitantes.

2. Nisi morbus congenitus sit, excitatur sub partu [61]), primis *diebus* [62]) a nativitate, *hebdomade* secunda *), *mense* primo, secundo [63]), sexto [64]), decimo sexto [65]); *anno* primo versus finem vergente [66]), secundo [67]), tertio [68]), quarto [69]), quinto [70]), vigesimo primo [71]), vigesimo ter-

58) Cooper apud Farre (saltem vitia cordis in familia infantis coerulei haereditaria erant).

59) Nassé apud Burns l. c. p. 190. Meckel *Deutsch. Archiv.* l. c. p. 267. (Inter 75. casus numerabantur 17. foeminae 40. mares, 18. sexus ignoti).

60) Kwiatkowski l. c. (ab incendio ultimis graviditatis diebus). Hesselbach l. c. (sexto graviditatis mense a morbo gravissimo mariti).

61) Cooper, Hodgson, English, Langstoff apud Farre l. c. p. 10. 12. 19. 28. 29. Hunter, Thiebaut, Chamseru, Haase, Morgagni.

62) Ad finem diei secundi (Farre l. c. p. 2.) post nonnullos dies (Palois l. c.).

*) Howship l. c. Cooper apud Farre l. c. p. 15. Hesselbach l. c.

63) Schuler, Nevin, Cailliot, Obet l. c. Thomas l. c.

64) Hesselbach l. c.

65) Cailliot l. c.

66) Sandifort l. c.

67) Cooper apud Farre l. c. p. 24.

68) Burns l. c. Polimère l. c.

69) Gintrac l. c.

70) Tacconi, Bielkiewicz ll. cc.

tertio [72]), quinquagesimo septimo [73]), — sub opere dentitionis [74]), sub usu lactis matris aegrotantis [75]), post coqueluche [76]), variolas [77]), epidemiam catarrhi [78]), refrigerationem corporis [79]), suppressionem menstruorum [80]), ictus ad pectus [81]), lapsum ex alto [82]), cursum velocem et animi pathemata [83]), resectionemque plicae [84]).

3. *Caussa proxima* morbi coerulei juxta notiones physico-physiologicas (quae potissimum C. proxima.

CRAW-

71) MARCET l. c.

72) RYMKIEWICZ l. c.

73) CORVISART l. c.

74) KREYSIG l. c.

75) THOMAS l. c.

76) CAILLIOT, KREYSIG ll. cc.

77) BIELKIEWICZ l. c.

78) OBET l. c.

79) MARCET l. c.

80) GINTRAC l. l.

81) CORVISART l. c.

82) TACCONI l. c.

83) KREYSIG l. c.

84) RYMKIEWICZ l. c. Femina 26. annorum ablata plica, quod erat ante triennium, experiebatur per vices redeuntia vaniloquia et dolorem capitis maximum; quibus demum, exacto anno, accesserunt frigus universi corporis, livor faciei et extremitatum inferiorum una cum dyspnoea et motu cordis inordinato vehementique. Tandem die 20. Novembris 1822. obiit. Quid cadaver exhibuit jam dictum est §. XVIII. N. 2. (57).

Crawford [85]), Davy [86]), Allen et Pepys [87]), Brodie [88]), Dalton [89]), et Dupuytren [90]) debentur), quaeritur: 1° in mixtione sanguinis arteriosi cum venoso, et 2° in impedita transformatione sanguinis venosi in arteriosum, seu, quod idem significat, in impedita spoliatione sanguinis a principio carbonico impeditaque absorptione principii oxygenii. *Mixtioni sanguinis arteriosi cum venoso* ansam praebent: a) communicatio abnormis atriorum, quatenus septum omnino desideratur, aut plus minusve imperfectum est; — b) apertura venae cavae inferioris aut venarum coronariarum cordis in atrium sinistrum; — c) formatio imperfecta septi ventriculorum, — d) ductus arteriosus apertus relictus; — et e) origo arteriae pulmonalis ex aorta. *Transformationi sanguinis venosi in arteriosum* obstant: a) obliteratio arteriae pulmonalis; — b) ori-

85) *Versuche und Beobachtungen über die thier. Wärme. A. d. E. Leipz.* 1785.

86) v. Gilbert's *Annalen der Physik.* 19. *B.* p. 298.

87) v. *Biblioth. Britannique. Vol.* 42. *N.* 3. 4. et *Journal für Chemie u. Physik v.* Schweigger. 1. *B.* 2. *H.*

88) *Philosoph. Transact. Y.* 1812. *P. II.* v. Gilbert's *Annalen der Physik, neue Folge. Jahrg.* 1811. 1. *St.* p. 80.

89) *On respiration and animal heat in memoirs of the literary and Philosophical Society of Manchester. Vol. II.* 1813. p. 15—44.

90) *Nouveau Bulletin des sciences. T. I. N.* 2. p. 26.

b) origo arteriae pulmonalis et aortae permutata, venis in statu normali perstantibus; c) pulmonum actio impedita; d) et cerebri affectio. Posse vitia utriusque generis inter se complicari, ex autopsia cadaverum patet. Angustatio vel obliteratio arteriae pulmonalis saepissime aliis vitiis jungitur, forteque plurimorum illorum (e. c. apertionis foraminis ovalis, communicationum inter ventriculos cordis) causam sistit [91].

§. XX.

D i a g n o s i s.

1. Morbum coeruleum in *cardiacum*, *pulmonalem* et *encephalicum* dividimus. **Divisio.**

2. *Morbus coeruleus cardiacus* omnium communissimus est. Frequentissime conformatio imperfecta septi ventriculorum, ut illius caussa obvenit [92]. Septum quidem atriorum saepius quam illud ventriculorum a norma deflectit, at vero ex hoc vitio non semper morbus coeruleus oritur [93]. Posse ipsum foramen valde hiare, quin sanitas **M. c. cardiacus.**

91) Meckel *Deutsches Archiv* l. c. p. 274.

92) Meckel l. c. p. 275. (In 64. casibus morbi coerulei status morbosus ventriculorum cordis 42. vicibus detectus est).

93) Green in cadavere feminae 80. annorum foramen ovale adapertum invenit; femina quidem haec semper valetudinaria fuit, sed nunquam symptomata morbi coerulei exhibuit. (*Philosoph. Transact. N.* 454. *IV.*).

sanitas detrimentum capiat, contenditur[94]). Sunt vero qui constantem ex hoc vitio repetant dyspnoeam[95]); quod saltem sub vehementiori motu expectandum est. Plurima sane vitia conformationis cordis vasorum majorum eousque innocua esse, donec externae superveniant causae, novas in partibus jam pridem male constructis aegritudines excitantes, tot exempla morbi coerulei in aetate provectiore evoluti docent. Forte jam commutatio lactis nutricis cum cibis solidioribus, forte major infantis adultioris oxygenii hauriendi necessitas, forteque transitus illius a gestatione ad gressus, pro serotina evolutione morbi coerulei explicanda sufficerent. Utut sit, mechanica partium affectarum actio, potissimum autem aequilibrium debitum inter ventriculos cordis ablatum (quatenus unus plus altero sanguine obruitur), magnam in morbo, de quo agitur, ludere videntur scenam[96]).

M. c. pulmonalis. 3. *Morbus coeruleus pulmonalis* ex impedita instrumenti pneumatici actione oritur. Vitia enim

94) „*Unter übrigens normalen Bedingungen kann selbst ein sehr weites eirundes Loch ohne Nachtheil für die Gesundheit ertragen werden, indem selbst die Blutsäulen des rechten und des linken Vorhofes einander das Gleichgewicht halten, daſs wenigstens keine bedeutende Vermischung erfolgt.*“ MECKEL l. c. p. 276. Idem fatetur FARRE l. c.

95) ALLAN BURNS l. c.

96) KREYSIG l. c.

enim *tracheae* et *pulmonum* a morbo coeruleo non esse semper aliena exempla supra allata 97) demonstrant. Nec id mirum si concedatur, pulmones officio oxygenationis sanguinis praeesse et morbi coerulei caussam proximam, in impedita transformatione sanguinis venosi in arteriosum, consistere; ad quam hypothesin rectificandam optandum adhuc foret ut aëris ab aegro coeruleo exspirati conditio chemica examinetur. Morbum deinde coeruleum pulmonalem quandam, cum *induratione textus cellulosi*, analogiam alere verisimile est 98).

4. Morbum coeruleum nonnunquam cum hydro- M. c. encephalicus.

97) Fleischmanni, Lentinii, Trotteri et maxime nostri a Kwiatkowski v. supra §. XVIII. N. 2. (56) commemorati. Sic enim habet de suo casu Kwiatkowski (l. c.): „haud temere arguere nobismet videmur, hìc solos pulmonis lobos superiores aëri atmosphaerico fuisse pervios, inferiores vero in ea conditione qua in foetu, aut in infante mortuo nato inveniuntur, perstitisse; primis itaque vitae mensibus, lobos superiores ad sanguinem venosum in arteriosum commutandum suffecisse, tardius autem crescente infante dimidiam hancce pulmonum partem officio isto, pro ampliori corporis mole praestando, imparem evasisse, ita ut deficiente aliquomodo oxygenationis processu, morbo coeruleo ansa porrecta fuerit."

98) Nonnullos aegrotulos Parisiis ex *endurcissement du tissu cellulaire* mortuos, foramen ovale apertum exhibuisse, mihi retulit ex itineribus rediens auditor quondam meus mihique carus *Abicht*.

hydrocephalo societatem inire, jam dudum innotuit *). Novum forte est, illum ex hoc morbo *oriri* [99]); quod imperio cerebri ope nervorum vagorum in pulmones [100]), tribuendum. Porro, cum cutis nervos ex medulla spinali accipiat, cumque haec medulla motus cordis gubernet [1]) et

*) §. XVIII. N. 2. (27). Cfr. MECKEL l. c. p. 258.

99) RYMKIEWICZ l. c. Plus vice simplici morbum coeruleum in plicosis ipse observavi, illumque ex vitiis solidis cordis et vasum majorum repetii. Hanc sententiam adgressus est Dr. HRECZYNA, quondam discipulus meus, asserens, se livorem cutis modo rubellum, modo nigrescentem plane illi plicosorum similem, in *lepra*, quae in KAMCZATKA (ubi praxin nunc exercet) grassatur, observare. (*Pamiętników towarzystwa lekarskiego Wileńskiego. T. I. Wilno.* 1818. p. 281).

100) DUPUYTREN (l. c.) demonstravit quod compresso pare nervorum vago, pulmonum non solum paralysis oritur, sed quod etiam sanguis in pulmonibus circulum absolvens illico colorem atrum contrahit. Comparando hoc experimentum cum phaenomenis in morbis plurimis pulmonum observatis (P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. XII. §. LIX. N. 2. Cap. XIV. §. LXIV. N. 7.), vix BRODIE assentire poterimus contendenti (l. c.), oxygenationem sanguinis etiamsi cerebri nexus cum pulmonibus destructus sit, per mechanicam respirationem continuare, solumque sic deleri calorem animalem.

1) P. II. Vol. I. Sect. II. Cap. II. §. VII. N. 2. (38). LE GALLOIS *expérience sur le principe de la vie, notamment sur celui des mouvemens du coeur.* Paris 1812.

et columnae vertebralis in morbo coeruleo ratio habenda foret.

5. Caveamus vero ne ob solum livorem cutis (saepe et in scorbuto, hydrothorace, asphyxia et articulo mortis obveniente) praesentiam morbi coerulei proclamemus. Requiritur enim absolute ad istum morbum efficiendum, ut cutis simul frigeat, ut dyspnoea, cordisque motus abnormes adsint. Monitum.

§. XXI.

Prognosis. Cura.

1. Morbi coerulei sanati paucissima habentur exempla [2]): Nihilominus dummodo aegrotulus proximos a nativitate menses, utpote maxime periculosos, superet, vitam ad pubertatem usque protrahere solet [3]). Pauci qui hanc epocham superarunt ad annos octodecim [4]), viginti [5]), Prognosis.

2) Thomas in *medical transaction of the medical Society of London. Vol.* 6. *Lond.* 1813. v. Hufeland's *Journal d. pr. Heilk.* 1815. *Mai.* p. 52. Odier l. c.

3) Teste Nasse inter viginti octo aegros *nullus* inter tertium et undecimum annum obiit. Ab hoc vero anno usque ad annum decimum quintum, periere *undecim* (omnes sexus masculini) et ab anno decimo quinto ad decimum octavum periere *tres* (omnes sexus feminei). Septem autem numerantur aliorum observationes, quibus colligitur et puellas ante unum et decimum annum mori. (Meckel *Deutsch. Archiv.* l. c. p. 270.). Cfr. Odier et Thomas l. c.

4) Gregory l. c.

ti [6]), viginti unum [7]), viginti duo [8]), viginti quatuor [9]), viginti septem [10]), triginta unum [11]), quadraginta [12]), quadraginta unum [13]), quadraginta duo [14]), sexaginta [15]), octuaginta [16]), pervenerunt. Majus minusve periculum mortis a natura caussae morbum coeruleum gignentis et a morbis accessoriis [17]) pendere videtur. Ex obliteratione universali arteriae pulmonalis infans jam die vitae decima tertia obiit [18]). Infans cui una tantum auricula erat unusque ventriculus die vitae decima periit [19]). Pusio in quo aorta ex ventriculo dextro et arteria pulmonalis ex sinistro oriebantur, transitu ex auricula in ventriculum simul impedito, dies dumtaxat quinque vixit [20]). Sine hoc impedimento aegrotulus, cui etiam

6) Sachse l. c.
7) Marcet l. c.
8) Farre l. c. p. 37. Wendt *Die Kinderkrankheiten systematisch dargestellt. Breslau u. Leipzig* 1822.
9) Meyer apud Meckel l. c.
10) Pozzis apud Senac l. c.
11) Seiler l. c.
12) Farre l. c. p. 10. 26.
13) Richerand *Nouv. élém. de Physiolog. T. I.*
14) Burns l. c.
15) Corvisart l. c.
16) Green l. c.
17) Gregory (Phthisis pulmonalis).
18) Hunter l. c.
19) Standert l. c.
20) Kreysig l. c.

etiam origines aortae et arteriae pulmonalis permutatae erant, vitam ad duos menses protraxit [22]. Vixerunt aegrotulus cum corde extra thoracem sito cumque auricula et ventriculo singulis — dies septem [23]; alter cum corde quidem sano, sed mala conformatione arteriarum — menses duos [24]; alii cum aorta, duplici radice, ex utroque ventriculo pullulante — dies undecim [25], duodecim [26], tredecim [27], et dum arteria pulmonalis simul amplior fuerat, — annos quadraginta [28]; alii cum foramine ovali aperto — annos sexdecim [29], viginti unum [30] et longe ultra [31]; alii cum foramine ovali et ductu arterioso simul apertis — annos septem et decem [32], viginti novem [33], et quadraginta duo [34]. Mares citius quam feminae pereunt [35]. Hyems prae aestate funera exhibet [36].

2. Fru-

22) Baillie l. c. Gregory l. c.

23) Wilson l. c.

24) Baillie l. c.

25) Tiedemann l. c.

26) Haase l. c.

27) Hunter, Sandifort.

28) Farre l. c.

29) Morgagni ex Valsalva.

30) Kreysig l. c.

31) §. XX. N. 2. (94).

32) Spry l. c.

33) Seiler l. c.

34) Burns l. c.

35) Meckel l. c. p. 265.

Cura. 2. Fructus, quem ex doctrina hucusque tradita respectu ad *therapiam* accepimus, in eo potissimum consistit, quod misellos farragine medicamentorum non esse excruciandos intelleximus. Inprimis ab illis periculum novos eosque acutos cordis morbos contrahendi evitandum est [37]). Conducunt temperatura modica [38]), diaeta lactea [39]) vegetabilis, facilis digestionis, quies corporis et animi, *balnea tepida* [41]), lotiones calidae extremitatum, involutio membrorum in lintea, lenes frictiones et repetiti *clysteres emollientes*. *Sub insultu*, aegrotulo debita corporis positio concilianda; alii super abdo-

men [42]),

36) Meckel l. c. p. 271. (ratione 6. ad 1.).

37) Vide infra. Cap. VII. §. XXIV. N. 1. (31).

38) Seiler et Palois rite animadvertunt, aegros coeruleos frigus aeque ac aestum reformidare.

39) Odier in *Biblioth. Britannique des sciences et arts Vol. VI.* p. 158. et *N.* 359—360. *Decembr.* 1810. p. 371. „*Une fille de cinq à six mois, après avoir été sévrée, commença à avoir des accès d'oppression, pendant lesquels son pouls devenait irregulier et très frequent ses lèvres, ses pieds et ses mains prenaient une couleur bleuâtre et livide et rien ne soulageait que le grand air et les bains tièdes. Les accès devenaient toujours plus frequents et enfin la maladie quasi permanente. L'enfant paroissait dans le plus grand danger. Au bout de trois mois on donne la nourrice à l'enfant, qui ne voulant plus téter avala du moins le lait et en trois semaines il guérit parfaitement.*"

41) Cooper, English, Farre.

men [42]), alii in latus modo dextrum [43]), modo sinistrum [44]) decumbere malunt. Imminens suffocatio *venae sectione* e brachio sinistro instituta, vel saltem hirudinibus ad regionem cordis appositis, avertitur. Antispasmodica generis calidioris ut moschus et valeriana potius aerumnas adaugent [45]). In aegro coeruleo adulto *folia digitalis purpureae* et *elixir acidum* Halleri cum levamine adhibuimus [46]). Alias timendum haec pharmaca cordis inertiam augere posse. Forte potius lenia *martialia* conducerent. Quid inspiratio *gaz acidi oxygenii* [47]), quid *galvanismus* [48]), quid *transfusio sanguinis* [49]) a priori proposita valebunt, ulterior, dummodo in perniciem aegrotulorum non redundans, experientia docebit.

Caput

42) Abernethy l. c.

43) Farre l. c.

44) Hunter l. c.

45) Corvisart, Nasse ll. cc.

46) Idem fatetur Müller l. c. adhibuit digitalem cum acido sulphurico diluto.

47) Lentin l. c.

48) Nasse l. c.

49) Nevin l. c.

Caput VII.

De pericarditide.

§. XXII.

Definitio. Literatura.

Definitio. 1. *Pericarditidis* nomine inflammationem pericardii et cordis designamus, morbum modo acute, modo chronice decurrentem, febre, dolore sub sterno, aut ad latus sinistrum thoracis, motu cordis abnormi, angustiis et anxietate, dyspnoeâ, interdum tussi cum sputo cruento, lipothymiis et vomitu stipatum [1]).

2. (Pe-

1) A περί, circa et καρδία, cor. Sicuti enim sub nomine *peripneumoniae* inflammationem pleurae et pulmonis comprehendebam (P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. VIII. §. XXXI. 1.), ita, sub nomine *pericarditidis* illam pericardii et cordis comprehendo, idque praeeunte Davis (l. c. p. 34.) qui ait: „*Die Entzündung des Herzens und des Herzbeutels scheint mir als eine Krankheit zu betrachten zu seyn, obgleich manche Schriftsteller sie als zwey verschiedene ansehen.*“ Impellor eo magis, ut utrumque morbum uno nomine comprehendam, cum ad lectos aegrorum inflammationem pericardii *(pleuritis pericardii)* ab illa cordis *(carditis)* conjecturâ dumtaxat distinguere valeamus. Rigidior adhuc est Davis (l. c. p. 32.) dicens: „*ob*

2. Pericarditidis mentionem primam injecerunt: AVENZOAR [2]), RONDELETUS [3]), SALIUS DIVERSUS [4]) et FORESTUS [5]). Propius illam descripserunt BERGER [6]), GLOGER [7]), HILDANUS [8]), BONETUS [9]), LIEUTAUD [10]), MORGAGNI [11]), HAUTESIERK [12]), VAN DOEVEREN [13]), STOERK [14]), FERRO [15]), TRECOURT [16]), METZGER [17]), NUNN [18]), ME- Literatura.

die Entzündung des Herzens und des Herzbeutels jemals in der Praxis unterschieden werden können, scheint sehr zu bezweiflen."

2) Qui ipse hoc morbo laboravit, ac venae sectione sanatus fuit (DAVIS l. c. p. 7. (*)).

3) l. c. Vide supra Cap. IV. §. XII. N. 2. (38).

4) l. c. ibidem (45).

5) l. c. ibidem (51).

6) Diss. de inflammatione cordis. Wittemb. 1717.

7) Diss. de inflammatione cordis vera. Jenae 1758.

8) Observ. Chir. Cent. I. 43.

9) Sepulchr. anat. Lib. II. Sect. 8. Obs. 2. Sect. 9. Obs. 17. Sect. 10. Obs. 13.

10) Historia anatomico - medica. Paris 1767. Lib. II. Obs. 669. 670.

11) De sedibus et causis morborum. Epist. XXIV. Art. 2.

12) *Recueil d'observat. T. II.* p. 580.

13) Spec. Observ. academ. Cap. 4. p. 69.

14) Annus medicus. T. II.

15) Med. Ephemerid. p. 14. 17. 167. 173.

16) *Chirurg. Abhandl. und Wahrnehmungen. A. d. Fr. übers. Leipzig* 1777.

17) Diss. de carditide. Regiom. 1789.

18) Diss. de carditide spontanea. Erford. 1788.

Meckel [19]); et exactissime recentiores de morbis cordis scriptores [20]) Davis [21]), Stanley [22]), Dorn [23]), Hertzberg *), Roux **) et Petrenz ***).

§. XXIII.

Symptomata. Autopsia cadaverum.

Symptomata. 1. Pericarditis orditur utplurimum derepente cum frigore [24]), aut forti et continuo, aut leviori et

19) l. c. ibid.

20) Corvisart op. c. *Première classe. Chap. I.* p. 6 — 24. — *Quatrième classe. Art. premier.* p. 236 — 251. Allan Burns l. c. p. 67. Testa l. c. p. 197. 201. et Kreysig l. c. 2. *Th.* 1. *Abtheil.* 2. *Abschn.* p. 67.

21) *Inquiry into the symptoms of carditis, illustrated with cases and dissections. Lond.* 1809. Utor versione germanica: *Untersuchung über die Symptome und die Behandlung der Herzentzündung durch Krankheitsgeschichten und Leichenöffnungen erläutert. Nebst* Dr. W. K. Wells *Bemerkungen und Fällen über Rheumatismus des Herzens. A. d. E. übers. von* J. L. Choulant, *mit einer Vorrede und Anmerkungen von* F. L. Kreysig. *Halle* 1816.

22) in *Medico-chirurg. Transact. Vol. VII. P. II. Art.* 2.

23) *Beytrag zur Diagnostik der Herzentzündung in* Hufeland's *Journal d. pr. Heilkunde* 1822. *Januar.* p. 49.

*) Diss. de carditide. Hal. 1817.

**) Diss. collectanea quaedam de carditide exsudativa. Lips. 1819.

***) Diss. pericarditidis pathologia. Lips. 1822.

24) Sub frigoris accessu corpus interdum, ac si gypseum esset, pallet.

et intercurrente calore. Calor autem est conspicuus, saltem dum morbus acute decurrit [25]. Calent maxime pectus inprimis ad latus sinistrum [26]. Percipit interdum aeger acsi vas liquore fervido repletum super hoc latus effunderetur. Concomitantur vero aestum externum et internum magna inquietudo [27]. Facies est aut rubra, aut pallida, subflava; oculi splendent humidique sunt [28]; lingua apparet rubra, nigra et sicca; sitis est inexplebilis *), cum aquae frigidae desiderio [29], deglutitioneque dolorificâ et impeditâ [30]. Vox rauca [31] et respiratio, sub

 actu

25) Davis dubitat, num febris ad symptomata essentialia pericarditidis pertineat; provocatque ad Selle, qui calorem exiguum in definitione carditidis stabilivit. (Pyretol. rudim. method. p. 119.). Et casus Morgagni (l. c. Epist. XXIV. 2.) de carditide absente febre testatur.

26) Stoerk l. c. p. 92.

27) Miror Kreysig dicere: „.... *Angst und Unruhe klagen viele Kranken von Anfang nicht.*" l. c. p. 121.

28) Testa l. c. p. 231. Kreysig aegros libenter oculos claudere asserit (l. c. p. 122.).

*) Hoc symptoma a P. Salio Diverso notatum non ita est constans, ut vulgo contenditur.

29) Testa l. c. p. 234.

30) Testa l. c. p. 237. 241. (In epidemia a Trecourt descripta hydrophobia animadvertebatur).

31) Portal *Mém. de l'académ. des sciences a.* 1780. p. 333.

actu bibendi, inhibita [32]). Pulsus valde frequens [33]), oppressus plenus et interdum durus [34]), saepe inconstans **), vix sibi in utroque carpo similis [35]). Urina pauca flammea, saepe cum largo sedimento puriformi. Aegri adspectus gravem plerumque morbum designat. Conqueritur potissimum de dolore sub sterno aut ad latus sinistrum thoracis atque ad regionem epigastricam [36]). Infantes regioni dolenti manum, ipso sub somno, admovent. Dolor est modo gravativus

32) In aegro Clinici Instituti Vilnensis.

33) Ad 130. Sub morbi ingressu numeravi.

34) Auctores pulsuum duritiem nimis extollere videntur, cujus tamen erroris Kreysig non est particeps. Explicare conatur sequentibus verbis Lowerus, cur pulsus in pericarditide sit potius debilis. „Si enim cordis parenchyma aut nimia pinguedine oneretur, aut *inflammatione*, ulcere, abscessu aut vulnere laborat, adeo ut sine magna molestia atque difficultate aut absque gravi offensa sese vibrare aut contrahere non possit; motum suum valde remittit et sanguinem quantum potest, licet *non quantum* opus est, reliquo corpori distribuit, unde sanguinis quoque motus debilis admodum et languidus existit." (Tract. de corde. Cap. 2. p. 97.).

**) Debet hinc pulsus hoc in morbo plusquam in alio repetitis vicibus et per protractum temporis spatium explorari.

35) Inveni modo duriorem, modo molliorem in carpo sinistro.

36) Trecourt l. c. (commune symptoma).

vus et terebrans [37]), modo acutus et punctorius ***), fere semper aestuans [38]). A profunda inspiratione ille vix augetur, immo aegri sponte spiritum veluti suspirando profunde ducunt [39]). Haud raro dolor ad latus sinistrum colli [40]), ad scapulam sinistram, aut inter scapulas, ad brachia, aliaque loca dissita percipitur [41]). Decubitus modo undique, modo in alterutrum tantum latus, maxime in dextrum, concessus. Provectiori in morbo plurimi sedere student. Dyspnoea, potius per angorem e regione cordis prodeuntem [42]), quam per motum thoracis manifestatur. Sunt

37) P. Salius Diversus dixerat dolorem in carditide non esse pungentem.

***) Valde pungens erat dolor in aegra Stoerkii, quae tamen simul peripneumoniâ laborabat.

38) Ac si quid calidi ad locum affectum transfunderetur, dicebat aeger Clinici Instituti.

39) Kreysig (l. c. p. 120.) id cum levamine fieri (*mit Behagen*) rite animadvertit.

40) Si aeger qui mense Novembri a. 1821. in Clinico Vilnensi carditide laborabat.

41) Dolores ad lumbos, uterum et vesicam obvenire asserit Kreysig (l. c. p. 121.), item Reeder (l. c.) quod nunquam observavi. Cavendum sane ne symptomata, quae cum pericarditide fortuito societatem ineunt, morbo primario adscribantur. Hujus praecepti memor est Davis (l. c. p. 72.) ubi ulteriori observationi reliquit, num dolores ad plantas pedum aliique vagi ad pericarditidem spectent nec ne!

42) „.... anxietates continuae in regione cordis." Sauvages Nosol. method. Class. III. 19. Davis ta-

Sunt tamen qui anhelent. Vibrat cor *), vibrant carotides, oscillant jugulares pulsatque epigastrium. Plurimi aegrorum de variis speciebus rumorum in thorace conqueruntur [43]). Sanguis interdum ex narice sinistra ruit [44]). Tussis per insultus, haud raro a motu corporis excitatos, redit. Est illa ab initio sicca, dein vero cum sputis ex muco albo cum sanguine coloris atri aut lateritio mixtis, aegrumque vix sublevantibus absolvi solet. Interdum tamen sputa omnino desiderantur [45]). Halitus saepe calidus est. Plurimi aegrorum vomitum, nunc potus, nunc bilis, patiuntur [46]). In multis hypochondria tensa sunt. Sinistrum illud sursum comprimendo angustiae augeri solent. Crescente morbo debilitas et jactatio invalescunt. Accedunt praeterea sensus suffocationis, oedema faciei et extremitatum, obnubi-

men anxietati huic nimis tribuit, dum illam veluti pro pathognomico signo habet. l. c. p. 54.

*) Num cor maxime vibret dum cum pericardio adhaesionem contraxerit, aut dum adhuc liberum sit, Cap. VIII. §. XXIX. N. 2 (46) examinabitur.

43) „*Kochendes Geräusch* (Testa l. c. p. 260.); *bruissemens fugaces* (Corvisart l. c. p. 27.).

44) Hoc symptoma non satis aestimatum hucusque fuit.

45) Davis l. c. p. 62.

46) De vomitu ut symptomate pericarditidis praesertim locuti sunt: Darwin (Zoon. Vol. II. Cl. 2 — 1. 2 — 7.), Bang (Sel. diarii Nosoc. R. Frid. Hafn.), Davis (l. c. p. 68.). Observavi emesin praecipue in pericarditide senum chronica.

nubilatio oculorum, ac objecta, ac si viridi colore tincta essent [47]), cernuntur. Nec desiderantur symptomata nervosa [48]), potissimum delirium, nonnunquam furibundum [49]), vertigo, aurium susurrus [50]) tetanus [51]) et lipothymiae [55]). Haec maxime sub motu, in alvo deponenda et tempore nocturno observantur. Pulsus, duritiem reti-

47) In plurimis aegrorum meorum.

48) Illorum mentionem injicit potissimum Trecourt l. c.

49) Testa (l. c.) delirium inter symptomata essentialia pericarditidis recenset. Aliter sentit Davis (l. c. p. 62.), ac re quidem vera multas pericarditides sine hoc symptomate (cui interdum fortuito complicatio cum encephalitide ansam porrigere posset) observavi: Caeterum non mirum homines sensiles sub tanta febre, quanta pericarditidem concomitatur, aliena loqui.

50) Pluries observavi.

51) Davis l. c. p. 53.

55) Quamquam lipothymiae, rite monente Davis (l. c. p. 67.) non spectent ad symptomata essentialia pericarditidis, obveniunt illae tamen nonnunquam, non solum in morbo provecto, sed etiam in recentissimo. Tale exemplum narrat Senac (l. c.), alterum propria exhibet praxis. Autumno scilicet A. 1820. Vilnae Vir juvenis a venatione defatigatus, super solum humidum sese conjecit, ibique obdormivit. Evigilatus se a gravi morbo correptum percepit, cui parum post tam vehemens lipothymia supervenit, ut aeger veluti exanimis domum deportaretur; ubi praecipua carditidis symptomata demum evoluta sunt. Quamvis recta medela illico adhibita fuerit, attamen labes cordis, verisimiliter polypus, relictus est.

retinens, fit parvus irregularis [56]), et intermittens. Extremitates lividae, sudore irrorantur. Tunc mors sub summis angustiis ocyus [57]) serius [58]) scenam claudit. Felicissimo in casu consuetae criseos signa ingruunt. Saepe tamen crisis potius febrem, quam inflammationem, respicit, atque aeger in alios morbos inflammationis reliquias, infraque describendos, incidit. *Pericarditis chronica* cum iisdem quam acuta symptomatibus, sed lenius affligentibus, decurrit. Insignitur nonnunquam ciborum desiderio aucto [59]), sudoribus colliquativis [60]), diarrhoea mucosa, foetida [61]), ardore oesophagi [62]), cessatione pulsus arteriarum [63]) et oedemate [64]).

2. *Cada-*

56) Pulsus *irregularis* ut symptoma constans pericarditidis describi solet. Davis fatetur se illud raro observasse (l. c. p. 61.), quod sane de morbo recente valet, unde pulchre Kreysig (ibid. nota 12.): „*Wenn man auf den unregelmäſsigen Puls warten will, ehe man eine Herzentzündung erkennt, so wird man schwerlich einen solchen Kranken retten.*"

57) Die 6. Stoerk l. c. Die 7. crisis de vita et morte judicabat apud Trecourt l. c.

58) Die 20. Meckel l. c.

59) Testa l. c. p. 249.

60) Senac op. c. Lib. 4. Sch. 10. Testa l. c. p. 250.

61) Testa l. c. p. 254.

62) Testa l. c. p. 258.

63) Testa (l. c. p. 261.) de puella 14. annorum loquitur, in qua per 20. dies nullibus pulsus percipiebatur, praeter tremorem sub cartilagine ensiformi.

2. *Cadavera* hominum qui pericarditidem perpessi erant, exhibuere: A) *pericardium* concretum cum pleura [65]) et pulmonibus [66]); — ad superficiem internam sacci et externam cordis, vasis innumerabilibus, sanguinem rubrum continentibus, notatum [67]); — alias rubore quidem destitutum, sed omnibus notis, quae de praegressa inflammatione testantur, insignitum [68]). Loquimur scilicet de *exsudatione lymphae coagulabilis* sub forma tum puris (modo obducentis superficiem utramque sacci pericardii [69]), ac illam cordis externam [70]), modo replentis plus minus cavitatem pericardii [71])), tum floccorum et villorum [72]), tum filorum ab interna superficie peri-

Autopsia cadaverum.

64) Testa l. c. p. 258.

65) Davis l. c. p. 51. Plus vice simplici ipse vidi.

66) Stoll *Heilungsmethode.* 2. *B.* 2. *Th.* p. 203.

67) Sic uno fere ore omnes qui de pericarditide scripserunt, testantur, testaturque propria quoque experientia. Cfr. Baillie l. c. Tab. I. Davis l. c. p. 44.

68) Bichat demonstravit membranas inflammatione acuta detentas, ruborem brevi post mortem amittere (*Anatomie générale. T. II.* p. 491.). De hoc argumento alibi jam abunde locutus sum (P. II. Lib. II. Sect. I. Cap. III. §. XII. N. 4 (14)). Cfr. Kreysig l. c. p. 77.

69) Soemmerring *Anmerk.* zu Baillie Op. c. *Anmerk.* 1.

70) Baillie l. c. Tab. I. fig. 2.

71) Cfr. Cap. IX.

72) *Cor hirsutum, villosum.* Lege: Bose Progr. de historia cordis villosi. Lips. 1771. — Weitbrecht

pericardii ad externam cordis migrantium ac interdum rete constituentium [73]); loquimur de *pseudomembranis* (interdum duplicibus [74]), vasis sanguiferis instructis [75])), quae, modo indicatis

in Novis Comment. Petropol. T. III. p. 403. T. VI. p. 268. — SANDIFORT Obs. anat. patholog. Lib. I. Cap. 2. p. 43. — SOEMMERRING l. c. *Anmerk.* 9. p. 28. — WALTER Obs. anat. Tab. IV. fig. I. — HALLER de corporis humani fabrica. Lib. IV. Sect. I. §. 32. p. 54. — SCHENK Observ. Lib. II. Obs. 182. p. 351. — VAN DER WIEL Obss. Cent. I. p. 384. — BONETI sepulchr. Anat. Lib. II. Sect. 8. Obs. 39. — Miscell. Nat. Cur. Dec. III. An. 5 et 6. Obs. 122. Ephem. Cent. VIII. Obs. I. — LIEUTAUD hist. anat. Lib. II. Sect. 2. Obs. 469. T. II. p. 152. Nec datur museum pathologicum, quod cordis villosi exempla non exhibeat. Plura museo Vilnensi tradidi. Flocci interdum cordi adspectum, ac si id *erosum* esset, conciliant (HAEN *Heilungsmethode*. 4. *B.* 9. *Th.* 1. *Kap.* p. 199.). Num exempla *crinium cordi adhaerentium*, de quibus narrant RIOLANUS (Anthropographia et osteologia. Paris 1626. Lib. 3. C. 7.), BAUHINUS (Instit. anat. Lib. II. Cap. 17.), LANZONI (Miscell. Nat. Cur. Dec. III. A. 5 et 6. Obs. 122.) et HALLER (Elem. Physiol. Vol. I. p. 285.), ad corda villosa spectent nec ne, determinare non audeo. Constat etenim *legitimos crines* alia viscera detinere posse (v. operis praesent. P. I. Vol. II. Cap. XXV. §. XCIX. 5.) cur non quoque cor?

73) Vide Cap. VIII. §. XXIX. N. 2 (32).

74) STOLL *Heilungsmethode.* 2. *B.* 2. *Th.* p. 183.

75) STOLL l. c. p. 207. SOEMMERRING *zu* BAILLIE *Anmerk.* 1.

tis pericardii et cordis superficiebus aut omnino adhaerent [76]) (ex quo fit incrassatio pericardii [77]), saepe dilatati, asperi [78]), structurae fere muscularis [79]); aut dumtaxat partim accretae sunt (ex quo fiunt veluti pendulae appendices vermiculares [80])), modo cor involvunt [81]) et abscondunt [82]), modo-

76) Baillie l. c. Tab. I. fig. 3. Pseudomembranis et *maculae* illae *albae* et *opacae* originem debere videntur, quae plerumque superficiem ventriculi cordis arteriosi obsidere solent, quaeque a Baillie et Soemmerring pro morbosis non habentur (l. c. *Anmerk.* 25.) quarumque originem se ignorare fatetur Corvisart l. c. p. 42. Atque hic per transennam monere juvabit, cordis superficiem externam interdum *ecchymomata* et *peticulas* exhibuisse (Stoll *Heilungsmethode, übersetzt von* Fabri. 2. *B.* 2. *Th.* p. 197.).

77) Ad crassitudinem septem linearum v. Lieutaud l. c. Obs. 693. p. 217. Ad pollicem v. Senac l. c. p. 72. Cfr. Chambon de Montaux *merkwürdige Krankengeschichten und Leichenöffnungen.* 3. *B.* p. 260.

78) Walter l. c. p. 57. Tab. IV. fig. 3. Soemmerring *zu* Baillie *Anmerk.*

79) Boerhaave l. c. p. 498. Buddaeus miscell. medico-practica et forensia. T. I. p. 3. Miscell. N. Cur. Dec. II. a. 7. Obs. 12. a. 9. Obs. 92. Dec. III. a. 2. Obs. 188.

80) Bonet sepulchr. Anat. I. p. 820. 832. 836. 869. — Haen *Heilungsmethode.* 4. *B.* 9. *Th. Kap. I.* p. 196.

81) Boerhaave l. c. p. 494. van Doeveren l. c. p. 74. Haen Op. c. 6. *B.* 14. *Th. Kap. I.* §. 9. p. 210.

82) Joseph Frank Ratio Instituti Clinici Ticinensis. Vindob. 1796. Cap. IX. (Casus hic maxime memorabilis tabula aenea illustratus est. Pericardium cum

modoque illius cum interna superficie pericardii adhaesionem efficiunt 83); — loquimur de *extravasato seri aut sanguinis* in cavum pericardii 84), nec non de *defectu liquoris pericardii* *), sacco ipso veluti pergameno 85), cartilagineo 86) reddito,

corde ponderis erat undecim librarum. Continebat circa sex libras seri purulenti, caeterum *vacuum apparebat*. Cor enim cum parte posteriori pericardii concretum, et anterius a pseudomembrana obductum, plane abscondebatur. Illius praesentia solum ex eo dignosci potuerat, quod spatium aliquod triangulare in pericardio spissius detegebatur.

83) Vid. Cap. VIII. §. XXIX. N. 1.

84) Cap. IX. §. XXXIII. 2.

*) Baillie l. c. Docent tamen observationes Morgagni (Epist. VII. 2. Epist. XI. 13.) et Sandiforti (Obs. anat. pathol. Lib. IV. Cap. 6. p. 55.) posse liquorem pericardii deficere quin vel saccus vel cor a norma deflectent.

85) Hunter et Baillie l. c.

86) Borrichius apud Morgagni Epist. XXII. 20. Riolan Anthropogr. Lib. III. Cap. 12. — Hautesierk l. c. p. 553. — Act. Nat. Cur. Vol. III. Obs. 20. „Die 5. Octobris 1807. coram oculis mihi positum fuit a Professore Clinices chirurgicae Petropolitanae Busch cor pueri duodecim annorum. Hic puer per mensem laboraverat induratione utriusque testiculi, praeterea nullis aliis morbis obnoxius fuisse visus est, nisi quod tussin subinde pateretur. Nullam ille respirationis difficultatem accusaverat, hilaris semper erat, saepe ob suam petulantiam insolitam a patre correctus. Ob testiculorum illum morbum susceptus ante mensem in Clinicum, quondam noctis tempore tussi

dito, interdum plagas osseas [87]) exhibente; loquimur de pericardii *tumoribus suppuratis* [88]) deque *ulceribus* [89]) atque destructione membranae substantiam muscularem cordis extus cooperientis [90]); — *Cordis substantiam muscularem* [91]), rubram [92]),

vehementissima correptus in paroxysmum, epilepsiae similem, sed subito letalem, incidit. Cor nihil quidem a consueta magnitudine et forma aberrare conspectum est; sed *pericardium* tantae crassitiei fuit, ut quibusdam in locis *ultra pollicem densitatis* habuerit et ad attactum *cartilagineam* duritiem manifestaverit. Pinguedinosa quasi steatomatosa videbatur, modo durior, hujus pericardii substantia, non tamen ubique sibi aequalis, sed crassior versus locum, cum quo diaphragmati pericardium incumbit. Admiratione vero dignum est, hoc a vitio pericardii non prius, quam brevi ante mortem, symptomata producta fuisse consueta. An haec pericardii constitutio cum induratione testiculorum quodammodo conspirat?" (Ex schedis Patris mei).

87) Aurivillius Nova Act. Soc. Scient. Upsal. 1773. Vol. I. p. 101. Walter Observ. anatom. p. 63. — Ejusdem *anat. Museum. I. B.* p. 148. 149. 297. Senac l. c. p. 68. Haller addenda ad Elem. Physiol. p. 128. Vide infra Cap. XI. §. XLI. N. 1.

88) Bell *Zerglieder. des menschl. Körpers. I. B.* p. 191.

89) Plater T. III. Cap. 5. Van Doeveren l. c. p. 58. Schmiedel Diss. de exulceratione pericardii et cordis exemplo illustrata. Jenae 1742. Stoerk Ann. med. II. p. 235.

90) Meckel in *Mém. de Berlin.* l. c. p. 31.

91) Corvisart pulchre effectus inflammationis substantiae muscularis sequentibus explicat verbis: „*Quant à*

rubram 92), albam 93), nigram 94), relaxatam, friabilem 96), volumine tum auctam 97), tum imminutam 98), suppuratam et exulceratam 99), induratam

l'inflammation du tissu musculaire, il semble, d'après les observations citées, que cette affection convertit à la longue la partie musculaire du coeur en une substance molle et pâle; les fibres charnues conservent peu de tenacité, le tissu cellulaire qui les unit parait lâche; quelque fois il est pénétré de matière lymphatico-purulente; dans certain cas, il est en partie détruit; le systéme vasculaire est plus apparent, plus dévéloppé que dans l'état ordinaire ....“ (l. c. p. 249.).

92) Davis l. t. p. 62.

93) Riverius Observ. centuria I. Obs. 87. p. 490. Lugd. Bat. 1679.

94) Kerkring Specilegium Anat. Amstel. 1670.

96) Vide infra. Cap. XIII. §. LIV.

97) Vide infra. Cap. XII. §. XLVI.

98) ibid. §. XLVII.

99) Exempla hujus generis narrant: Blancard Anat. rar. Cent. I. Obs. 40. p. 93. Cent. II. Obs. 6. p. 202.; — Bonet Sepulchr. anat. Lib. II. Sect. 8. Obs. 8. 38. 41. Sect. 9. Obs. 10. 42. Sect. 10. Obs. 2. 8 T. I. p. 349.; — Schmiedel l. c.; — Morgagni Epist. XXV. 17. 18. 19. 21. 22. Epist. XXXVIII. 10.; — Sénac Lib. 4. Cap. 7. p. 385.; — Lieutaud Hist. anat. T. II. p. 161. Lib. II. Sect. 20. Obs. 510 — 516. — Schaarschmidt *med. u. chir. Nachricht. Berlin* 1743. *Jahrg. I.* p. 45. *Jahrg.* 3. 1745. p. 244.; — Haller Elem. physiol. T. I. p. 285 et 432.; — Junker de morbis cordis Tabula synoptica. Hal. 1763.; — Fantoni Obs. Anat. 16. 22. 28.; — Riverius Obs. med. Lib. II. p. 298.; — Schenk Obs. med. Lib. II. Obs. 202.

duratam [100]), gangraenosam [1]): C) *Membranam inter-*

204. 207. p. 377.; — FABRICIUS HILDANUS Obs. Chir. Basil. 1606. Cent. IV. Obs. 51.; — FR. HOFFMANN de hydrope pericardii rarissimo. Hal. 1697.; — BAADER Obs. XXXVI. Ephem. Nat. Cur. Dec. I. An. I. Obs. 31. Cent. IX. Obs. 15. etc. Fides autem istis observationibus omnibus tribuenda non est, quoniam illarum plurimae confusioni inter lympham coagulabilem et pus superstruuntur. Fide digna exempla *legitimorum abscessuum et ulcerum cordis* leguntur apud LANCISIUM de motu cordis et aneurysmatibus P. II. Cap. 23. p. 181.; — TRECOURT l. c. p. 30.; — BOERHAAVE l. c. p. 476.; — VAN DOEVEREN l. c. p. 70.; — STOERK Ann. Med. II. p. 262.; — BALDINGER *Krankh. einer Armee. Lang.* 1774. p. 301.; — CARCASSON *mém. de la Sociét. R. de médecine.* 1778. SANDIFORT Obs. anat. pathol. Lib. IV. Cap. 10. p. 109.; — CHAMBON DE MONTAUX l. c. p. 133.; — CRUIKSHANK *Geschichte u. Beschreibung der Saugadern. Uebersetzt v.* CH. F. LUDWIG. *Leipz.* 1794. 3. *B.*; — STANLEY l. c.

100) SCHAARSCHMIDT l. c. 3. *Jahrg.* p. 244. — BARTHOLINI hist. anat. rar. Cent. IV. hist. 20. T. II. p. 266. — Ic. PEYER method. hist. anat. med. Cap. 6. p. 87. — Miscell. Nat. Cur. Dec. II. An. I. Obs. 89. Dec. II. An. 6. Obs. 194. — LIEUTAUD l. c. Lib. II. Sect. 2. Obs. 544. T. II. p. 169. — MORGAGNI l. c. Epist. XXI. 4. aliique. Plurimae tamen indurationes, de quibus allati auctores agunt, potius a scrophulis et carcinomate, quam ab inflammatione repetendae videntur.

1) LIEUTAUD l. c. T. II. p. 168. Obs. II. Sect. 2. Obs. 539. — TRECOURT l. c. STOERK l. c. p. 262. — MECKEL l. c. Cfr. §. XLC. N. 8.

internam cordis rubram (cum vasis sanguineis veluti arte injectis [2])), tumidam et inspissatam [3]), pseudomembranâ tum obductam [4]), tum sub forma polyporum obsessam [5]); angustationes et dilatationes cavitatum cordis orificiorumque arteriarum et venarum [6]); — E) *Valvulas* et *trabes* rubras et lympha coagulabili obductas [7]) induratas [8]), illas cum parietibus cordis concretas [9]), tuberculis et excrescentiis obsessas [10]), tendi-

2) Kreysig l. c. p. 87. Portal *anat. méd.* p. 77.

3) Portal l. c.

4) Burns l. c. p. 206. Corvisart l. c. p. 460.: „*J'ai trouvé* (ait), *dans la cavité du ventricule gauche, une concretion lymphatique épaisse, dure et très adhérente à la partie moyenne de la surface du cloison des ventricules.*"

5) Burns l. c. p. 223. — Kreysig l. c. p. 90. Vide infra Cap. X. §. XXXVII. N. 2.

6) Cap. XII. §. LII.

7) Baillie l. c.

8) Warren *New England Journal of medecine and surgery. T. 2. Vol. I. Boston.* 1812. — Davis l. c. p. 48.

9) Raiger in Ephem. Nat. Cur. Dec. I. a. 3. Obs. 282. p. 498. — Littre in *Mém. de l'acad. des sciences à Paris* 1713. — Lieutaud l. c. Lib. II. Sect. 2. Obs. 596. T. II. p. 184. Plurima exempla ipse vidi.

10) Morgagni Epist. XI. 11. Epist. XXIV. 18. Epist. XXIX. 12. Epist. XL. 23. Epist. LXIV. 2. — Lancisi de subit. mort. — Sandifort l. c. Lib. I. Cap. I. p. 31. Tab. III. fig. 4. Lib. III. Cap. I. p. 41. —

tendineas et incrassatas [11]) ossificatasque [12]); — F) *Vasa coronaria cordis*, materiâ, cum illa quae ex trachea croup laborantium exsudat, similitudinem alente, repletâ et ossificatâ [13]); — H) grumos lymphae coagulabilis circa auriculas cordis et originem vasorum majorum [14]); G) *cerebri* vasa cruore turgida [15]), serum ibi extravasatum [16]); *pulmones* valde rubentes sanguine atro refertos [17]), indicia inflammationis circa *diaphragma* et *ventriculum* [18]); *hepar* magnum *intestinaque* sanguine plena [19]); *collectiones* demum *serosas* in cavitatibus thoracis non solum sed et peritonaei atque sub cute [20]).

§. XXIV.

C a u s s a e.

1. *Pericarditidi* praecipue *obnoxii sunt*, qui habitum Praedisponentes.

FORLANI Obs. anat. — SOEMMERRING apud BAILLIE p. 21.

11) MORGAGNI Epist. XXV. Epist. XXVI. 33. Epist. XLVIII. 38. Epist. XXX. 7. BAILLIE *und* SOEMMERRING l. c. *Anmerk.* 42.

12) Cap. XI. §. XLI. N. 5.

13) Vide infra Cap. XXVI.

14) DAVIS l. c. p. 52.

15) DAVIS l. c. p. 45.

16) Idem ib. p. 48.

17) MECKEL et DAVIS l. c. p. 48.

18) DAVIS l. c. p. 48.

19) DAVIS l. c. p. 52.

20) TESTA l. c. p. 254.

habitum athleticum prae se ferunt, qui vitiis cordis congenitis [21]) aliisque chronicis [22]), iis pulmonum non exceptis [23]), laborant, gravidae et puerperae [24]), senes [25]), hepate et liene prae-

21) Cap. V. §. XV.

22) Sicuti oculus, pulmo, morbis chronicis detenti, facile in ophthalmitidem et peripneumonias incidunt, ita et cor.

23) Senac l. c. T. II. p. 381. „*Le sang ne peut passer facilement dans les poulmons enflammés; les efforts redoublés du coeur irritent son tissu, y arrêtent le cours des fluides.*"

24) Meckel in *Mémoires de Berlin* l. c. p. 56. — Burns l. c. p. 78. — Testa l. c. p. 350. Jahn in Hufelands *Journal der pr. Heilkunde.* 23. *B.* 3. *St.* p. 57. — Kreysig 2. *Th.* 2. *Abth.* p. 170. Uterus gravidus super aortam abdominalem vim exercens necessario congestionibus circa cor sinistrum ansam praebere debet. Praeterea eadem proclivitas ad exsudationes, quae in peritoneo puerperarum animadvertuntur, et pericardio propria esse solet. Immo hic saccus, utpote mammae contiguus, effectus suppressionis lactis praeprimis experiri debet.

25) Dum medicus nosocomii generalis Vindobonensis fui, opportunitate fruebar multos milites veteranos qui in aula Imperatoria excubias agebant, curandi. Plurimi illorum *febre catarrhali* cum pauco sputo cruento, anxietate, virium jactura magna, voce flebili et *lingua arida*, laborare videbantur. Fere omnes paucorum dierum spatio morte veluti senili mortui sunt. Licuit duo cadavera aperire, in quibus *cor exsiccatum*, ac linguae instar aridum, inveni. Similes circiter observationes apud Ranchin Opuscul. medica

praemagnis praediti [26]), affectionibus flatulentis subjecti [27]), vitio arthritico [28]) et scorbutico [29])

p. 380. Edit. Lugd. Bat. 1627. — Morgagni op. c. Ep. XLIX. Boerhaave l. c. p. 495. in Misc. N. Cur. Dec. I. An. 3. Obs. 65. Dec. III. An. 3. Append. p. 86. obveniunt.

26) Observationes meae plane verba Testa (l. c. p. 65.) confirmant: „*So habe ich in den Leichen derer, die an Krankheiten des Herzens gestorben waren, meistens eine widernatürliche große Leber gefunden*" et (p. 68.): „*durch sie (die Anschwellungen der Milz) entstehen mancherlei Fehler der Brusthöhle.*" Idem Corvisart testatur, ubi ait (l. c. p. 443.): „*dans presque tous les cas de maladies du coeur le foie devient le siège d'un engorgement sanguin que j'ai souvent constaté sur les cadavres* . . ." Habet vero Corvisart affectionem istam hepatis pro *effectu* morbi cordis, asserens: „*par suite des dérangemens de la circulation et particulièrement du dégorgement difficile de la veine cave inferieure dans l'oreillette droite, le foie, dans les maladies du coeur, éprouve des altérations particulières.*" Quin et hoc fieri negaverim, fateor tamen me saepe affectionem hepatis jam tunc observasse ubi de illa cordis necdum umbra suspicionis obvenerat. Porro quid miri, si arteria hepatica et lienalis difficultatem sese deplendi experiantur, quod sanguis in arteriam coeliacam, aorta et corde accumuletur, quodque congestio haec ad inflammationem hujus visceris disponat? — Kreysig (op. c. *I. Th.* p. 363.) hepar aliunde sanum, in morbis cordis interdum *prolabi asserit*, idque ex *relaxatione diaphragmatis* fieri suspicatur.

27) Testa l. c. p. 67.

co [29]) contaminati, morbos exanthematicos infantiles haud dudum perpessi, inprimis si annua constitutio [30]) aut vitium haereditarium superaccedunt [31]).

Excitantes. 2. *Excitatur pericarditis* a violentiis externis, nempe a vulneribus [32]), a contusionibus, a lapsu [34]),

28) Quanta sit diatheseos arthriticae vis in cor et arterias ex Cap. XI. §. XLIII. N. 1. elucebit.

29) Cum diathesis scorbutica maxime musculorum et vasorum sanguiferorum vim infringat, cor autem musculus sanguinem recipiens sit, diathesin scorbuticam a morbis cordis haud fore alienam, intelligitur.

30) Trecourt l. c. carditidis epidemicae meminit; ac re quidem vera cum constitutio annua saepe caussam contineat cur pulmones, oculi, fauces intestinaque inflammentur; cur idem relate ad cor locum non haberet?

31) Utrumque fratrem W. Vilnae ex morbis cordis defunctos vidi. Alterum illorum secui (praesente! altero fratre octo annis serius ex carditide chronica mortuo) invenique cor praemagnum, ventriculis dilatatis parietibusque incrassatis.

32) Sebiz examen vulnerum partium dissitarum. P. II. §. 71. Senac l. c. Cap. 7. Triller Diss. de mirando cordis vulnere post 14. dies lethali. Vittemb. 1775. Bose Pr. de vulneribus cordis in foro absolute lethalibus. Lips. 1785. — Metzger Diss. de lethalitate vulnerum cordis. Regiom. 1799. Morgagni l. c. Epist. LIII. 4. 26. 27. Ejusdem Dissert. anat. N. 15. — Larrey *Medic. chir. Denkwürdigk. A. d. Franz. übers.* 1811. p. 620. — Buchner in *Geneeskundige Mengelingen. Derde Stuk* 1819. *Amsterdam* (Acus

lapsu[34]), ab ictu[35]), a compressione[36]), a concussione[37]), a nisu in ponderibus gestandis[38]) elevandisque[39]), in campanis pulsandis[40]), in cursu[41]),

quae ab externis partibus ad cordis substantiam penetravit in infante novem mensium).

34) Ab equo, ex curru v. Ogla in *Abhandl. der Londner med. Gesellsch.* 1. *B.* p. 71.

35) Praecipue in militibus, judaeis pauperibus, in infantibus punitionis caussae.

36) A. 1821. Lectiones Professoris historiae Universalis in Universitate Vilnensi a tanto discipulorum numero frequentabantur, ut unus illorum a sociis in angustissimum spatium compressus, in plurima pericarditidis symptomata inciderit, non sine suspicione relicti vitii cordis gravioris generis.

37) A vectione in curru incommodo super vias saxosas pericarditidis reliquias in veredariis, itineratoribus, pluries conspexi. Cfr. Casus a Corvisart enarratus. Op. c. p. 262.

38) Testa l. c. p. 90.

39) Observavi pericarditidem ex vi adhibita in amphora puteo profundo extrahenda; in curru sublevando; in eo sub veloci decursu declivis retinendo; in ponderibus portandis, in ocreis angustis induendis etc. — A. 1812. aegra in clinico Vilnens. decubuit, quae, dum anno aetatis suae decimo sexto, partem superiorem preli, quo lintea levigantur, lapidibus magnis oneratum elevasset, illico vehementem pectoris dolorem, sensumque, ac si quid in eo ruptum esset cum strepitu, percepit, subsequente lipothymia.

40) Sic in Monacho Vilnensi, sicque in duobus aegris. Testa l. c. p. 243. et p. 245.

cursu [41]), in saltatione [42]), in exercitiis gymnasticis absolvendis [43]), in retentione spiritus [44]), a laboribus rusticanis et hortulanis antrorsum flexo corpore peragendis [45]), ab animi pathematibus, maxime a moerore [46]), ab anxietate per diuti-

41) Cursores morbis cordis valde obnoxios fuisse ex Valsalva et Testa (l. c. p. 91.) intelligitur. Ex cursu in equo fugitivo prosequendo pericarditidem Kreysig (l. c. p. 149.); vidit ortam. Vidi et ego binis vicibus in hominibus exercitiis militaribus prope nimis adstantibus et, a cohortibus equestribus obviam venientibus, ad praecipitem fugam coactis.

42) Saltatores theatrales (inter quos tum in Ticino tum Vindobonae praxin sat amplam exercui) morbis cordis et vasorum majorum valde obnoxios esse rite animadvertitur in *Journal genéral de médecine françoise et étrangère. Tome LXX. IX. de la 2de Série* 1820. *Mars.* p. 342. Pulchre ait quoque Kreysig (l. c. p. 149.): „*Ich zweifle nicht, daſs schnelle Todesfälle, welche auf unmäſsiges Tanzen bei jungen Frauenzimmern nicht selten erfolgen, oftmals nicht in den Lungen, sondern in den Herzen ihren Grund haben.*" Cfr. Testa l. c. p. 91. Davis l. c. p. 81.

43) Testa l. c. p. 93. Senac l. c. T. II. p. 380. Huc sane gladiatorum syncope, de qua Galenus (Opp. edit. Charter T. VII. p. 481. de locis affectis. Lib. V. Cap. 2.) loquitur, spectat.

44) Testa l. c. p. 148. (a tractatione instrumentorum musicalium pneumaticorum cantuque).

45) Testa l. c. p. 90.

46) Kreysig l. c. p. 150. inquit: „*Von* Soemmerring *meldet mir, er habe mehrmals Herzentzündungen in den*

diutinum tempus protracta [47]), a terrore [48]), ab amore [49]), a veneris abusu [50]), a refrigeratione corpo-

Leichnamen junger Soldaten gefunden, wo sie als Folgen eines grofsen Heimwehs eingetreten sey."

47) Judaei Poloni, commercio mercium vetitarum indulgentes, dum diu de exitu negotiorum huc spectantium anxii vixerunt, mihi saepius symptomata pericarditidis chronicae exhibuerunt. Idem in hominibus chartarum lusui addictis, observavi.

48) Virgo Vilnensis vicennalis a. 1812. a pluribus militibus praedantibus exercitus Napoleontis, qui glande plumbea eam exanimare moliebantur, prosequuta erat. *Terrore* discriminis vitae ineffabili plane confecta in diuturnam incidit lipothymiam, ex qua refecta calore febrili ardente, moxque insigni cordis palpitatione, nec non respirationis difficultate magna excruciebatur. Febris post paucos dies evanuit, sed reliqua symptomata, cordis nempe palpitatio atque dyspnoea, remanserunt. (Continuatio hujus historiae tradetur Cap. XII. §. XLVIII. N. 1 (93)). Virgo octodecim annorum, urbis Minsk incola, a. 1822. post breve iter domum redux exequiis celebrantibus obviam venit, audivitque illas proprium patrem respicere. Desperabunda humum veluti exanimis cecidit, domumque deportata in dolorem sterni cum vehementi cordis motu ac angustiis incidit. Negligitur venae sextio et adhibentur antispasmodica calefacientia. Post sex menses video aegram notas dilatationis cordis exhibentem!

49) Non est sane metaphora quod cor ab amore patitur, vidique plus vice simplici ex hoc pathemate diu protracto, concurrentibus tamen aliis quoque caussis graves hujus visceris affectiones.

50) Testa l. c. p. 91.: „*Leider ist auch der Mifsbrauch*

corporis [51]), praecipue a haustu gelido aestuante corpore ingurgitato [52]), a potu liquorum fermentatorum nimio [53]); a fuga praepostera impetiginum et exanthematum, inprimis psorae [54]), herpetis [55]),

des Geschlechtstriebes eine der wichtigsten Quellen, woraus diese Uebel entstehen. Bedenkt man die gewöhnlichen Erscheinungen bei dem Beischlafe, besonders das Herzklopfen, das Keichen und die Beschleunigung des Pulses; so ist wohl nichts gewisser, als daſs, zumal in gewissen Jahren, und wenn der Körper schon vorher angegriffen war, sehr leicht dauernde Fehler des Herzens . . . . . entstehen."

51) Pericarditidum mihi visarum pars maxima refrigerio aestuante corpore suscepto ortum debebat.

52) Considera proximitatem oesophagi et pericardii et intelliges, quod potus gelidus, aestuante inprimis a motu corpore ingestus, pericarditidem producere debet.

53) Potatores strenuos pericarditidi et illius sequelis obnoxios esse, propria experientia edoctus sum. Videtur id multiplici ratione fieri, nimirum hepar obstruendo, corpus calefaciendo, animum perturbando etc. Opificia ad abusum potus vini ducentia, quammaxime morbis cordis favere Testa (l. c. p. 91.) affirmat: „*Die Fuhrleute und Führer der Saumthiere, die die Lasten des Lebens und die Beschwerden ihres Standes in Wein zu ertränken pflegen, diese machen in unsern Hospitälern die gröſste Zahl derer aus, welche an Krankheiten des Herzens leiden.*"

54) Meckel l. c. p. 81. Pressavain *Nouveau traité de vapeur* p. 81. Osiander *Denkwürdigkeiten aus der Geburtshülfe.* 2. B. 1. *Th.* p. 146.

petis [55]), erysipelatis [56]), urticariae [57]), fonticulorum [58]); a contagio pestis [59]), morbillorum [60]), scarlatinae [61]), rabiei caninae [62]), syphili-

55) Testa l. c. p. 86.

56) A. 1817. Mense aprili Vilnae ad aegrotum de vitio chronico cordis prius suspectum, nunc vero pericarditide gravi laborantem vocatus sum; postridie erysipelas ad faciem comparuit evanescentibus illico symptomatibus inflammatoriis circa cor.

57) Dyspnoea, anxietas, jactatio, lipothymiae quae interdum eruptionem Urticariae praecedunt, aut illius fugam sequuntur (P. I. Vol. II. Cap. V. §. XXIII. 5.) nexum hujus exanthematis cum corde abunde demonstrant.

58) Portal *Cours d'anatomie médicale. T. III.* p. 92.

59) Salius Diversus de febre pestil. Bonon. 1584. et Quesnay *des fièvres. T. II.* p. 448.

60) Contagium *morbillorum* pericarditidem quandoque excitare docent observationes Portalii (l. c. p. 127.) aliorumque (*Medic. Comment. von Edinbourgh. Dec. II. 2. B.* p. 14.). In epidemia morbillorum a mense Augusto usque ad Decembrem A. 1822. late per Lithuaniam grassante, pericarditides pluries mihi observare contigit. Inter alios aegros exemplum puellae undecim annorum memorabile est, utpote quae sub morbillorum eruptione in *epistaxin* librarum duarum *ex narice sinistra* incidit, concomitantibus febre magna, pulsu oppresso, anxietate, jactatione, torpore brachii sinistri, dolore sub sterno et vehementi cordis motu. Hirudines thoraci sinistro adpositae et sinapismi pedibus admoti illico morbillos ad simplicitatem reduxerunt.

61) Kreysig l. c. p. 151. A. 1819. Mense septembri ad puerum Vilnensem 13. annorum vocatus sum, *scarla-*

philidis [63]); a mercurio [64]), arsenico [65]), et maxime

tinâ laborantem. Aderant praeterea timor mortis, vomitus, qulsus irregularis, dolor ad thoracem sinistrum, tussicula et lipothymiae. Symptomata haec, pericarditidi adscribendo hirudines primum et dein vesicatorium regioni cordis amota fuere. Sic puer ex orci faucibus ereptus est.

62) Inflammationem cordis interdum *concomitari* hydrophobiam rabiosam, atque inter phaenomena hujus morbi ac pericarditidem quamdam intercedere similitudinem, debito loco demonstrabitur (P. IV. Vol. II. Caput de morsu animalium rabidorum); at vero ipsam rabiem pro effectu pericarditidis habere (Kreysig l. c. p. 151—159.) a veritate alienum est. In tribus enim, ex hydrophobia in Clinico Vilnensi demortuorum, cadaveribus cor et vasa majora diligentissime examinavi, quin unquam inflammationis vestigium detegere potuerim. Argumentum, quod pro indole inflammatoria hydrophobiae ex effectu venae sectionum hoc in morbo desumitur, nullius est ponderis. Laudes enim his venae sectionibus impertitae, solum credulos in errorem ducere possunt.

63) Ex syphilide saltem pericarditidem chronicam et illius effectus oriri posse testantur observationes Lieutaudii (Hist. anatom. med. T. II. Obs. 510—516.), Carcassoni (*Mémoires de société de méd. A.* 1778. p. 397.), Penada (*Saggio d'osservazioni medico-pratiche. Padov.* 1793. p. 3.) et Testa (l. c. p. 88.).

64) Ait Testa l. c. p. 88. „*Selbst das wichtigste Heilmittel der Lustseuche, das Quecksilber, ist nicht ohne Schuld bei Krankheiten des Herzens.*" Cfr. Penada l. c. Astbury in *the new England Journal of medecine and Surgery. Vol.* 8. 1819. — Orfila

maxime a simultanea actione plurimarum causarum [66]).

§. XXV.

Toxicologie générale. *Paris* 1818. 2. *édit.* (sublimatum).

65) Orfila l. c. „*L'arsénique agit sur le coeur dont il anéantit la contractilité et dont il enflamme souvent le tissu.*"

66) Pericarditidem nunquam ex *una* dumtaxat enumeratarum causarum ortam vidi. Caussae quae in hoc malo gignendo saepissime societatem ineunt, sunt *nisus*, *animi pathemata* et *frigus*. Ex concursu istiusmodi caussarum pericarditidis duo exempla observavi post magnum *incendium* Vilnae quod a. 1817. die 23. Septembris v. st. in domo judaei Zawel locum obtinuit. Pluries indicia pericarditidis inveni post nonnullos dies in iis hominibus, qui ob gravem et repentinum morbum affinium anxie ex longinquo auxilii gratia ad me occurrebant. Frequentissime pericarditides inter *milites* obveniunt, quod illorum constitutioni athleticae vestium angustiae, cursu veloci, violentiis externis, animi pathematibus, scorbuto, psorae, lui, mercurio, refrigerationi corporis aestuantis, adscribenda est, ut patefecit discipulus quondam meus, medicus Podoliensis, Lukomski in diss. sua de statu et conditione militum morbis cordis gignendis idonea. Vilnae 1815. — Alter discipulorum meorum Georgius Pietrow pulchram dissertationem necdum typis vulgatam a. 1821. de *carditide comitiali* scripsit. Per novemdecim enim annos, quorum curriculo praxin in Lithuania exercui, maxime de morbis huic regioni familiaribus quique ex consuetudinibus et moribus incolarum pullulant, sollicitus fui. Inter illos pericarditidem *comitiis* alligatam observavi. Comitia

§. XXV.

D i a g n o s i s.

Facilis confusio.

1. *Pericarditis* confundi potest (ne dicamus de

istiusmodi sunt duplicis generis; alia sermone vernaculo vocantur *Kontrakty* alia *Seymiki*. Illa, *pecuniam exercendi gratia*, haec pro *eligendo magistratu* utplurimum hyeme vel vere ingruente locum obtinent. Pro utrisque nobiles Sarmati, habitus haud raro athletici, adsuetique ruri vestiendi rationi climati rigido accommodatae, ad urbes proximas se transferunt. Hìc vestes elegantiores minusque ad corpus tuendum idoneas induunt ac propriis negotiis diu noctuque vacare incipiunt. Cum vero haec tum ob defectum hypothecae publicae, tum ob factiones, ab electionibus inseparabiles, saepe spem fallant; altercationes, gravibus animi pathematibus ansam porrigentes, oriuntur. Accedunt epula cum spe curas poculo profligandi. Aestuante tandem corpore domum petitur, ac frigus excipitur. Noctu en horror, calor, sitis, vomitus et dolor pectoris. Famulus judaeus (*Faktor*), medicum proponit (a quo remunerationem pro hoc officio exspectat). Accersitur is, saepe mente iisdem ac aeger negotiis obrutâ. Adscribitur morbus *erroribus in diaeta commissis*, *ac bili*, exhibiturque emeticum. Nullum ex hoc levamen, immo vespere cuncta exasperantur symptomata, accedente tussi. Declaratur nunc morbus pro febre *catarrhali*, ac regimen commendatur diapnoicum. Nox accedit antecedenti pejor ac aeger, maxime anxius, nuntium domum mittendum proponit. Irridetur vano timori, reiteraturque declaratio: morbum nil aliud esse nisi *febrem catarrhalem cum vitio gastrico*. Jamvero vesperi aegri adspectus, virium jactura et sputa cruenta, gra-

de *febribus catarrhalibus* [67]) et *affectionibus verminosis* [68])), cum *peripneumonis latus sinistrum* occupantibus [69]), cum *cynanche faucium* cumque *inflammatione aortae* [71]).

Distinctio a peripneumonia.

2. *Peripneumonia.*	*Pericarditis.*
1. Tussis, symptoma sat constans, continuo urget.	1. Tussis saepe nulla, vel per insultus evadit.
	2. Sputa

viorem morbum latere demonstrant. Oritur *peripneumoniae biliosae* suspicio; ob pulsuum vero humilem conditionem reformidatur venaesectio, sed obeso thoraci nonnullae hirudines, pinguedinem magis quam sanguinem sugientes, apponuntur. Usui interno inservit sal ammoniacum et ad sputa promovenda sulphur auratum antimonii; doctiores calomel praescribunt. Morbo autem quotidie in pejus ruente convocatur consilium medicorum per quod *carditidis* saepe jam in *hydropem purulentum pericardii* conversae praesentia statuitur. Moritur sic haud raro aeger, qui paucos ante dies domum sanissimus reliquerat, cuique quivis longaevitatem spopondisset!

67) Post febres catarrhales interdum morbos chronicos evolvi vidimus, qui clare indicant, sub illarum febrium forma pericarditidem occultam latitasse.

68) Contigit mihi detexisse inflammationem chronicam cordis in Virgine Vilnensi, quae ob nauseam, vomitum matutinum, dolorem epigastrii, tussiculam siccam, screationem frequentem, de vermibus suspecta videbatur.

69) Marcus (*Ephemeriden* falso contenderat, pericarditidem nullam habere similitudinem cum peripneumoniis. v. Dorn l. c.

71) Cap. XIV. §. LVII. N. 1.

Peripneumonia.	*Pericarditis.*
2. Sputa aegrum evidenter sublevant.	2. Sputa sine levamine conspicuo rejiciuntur [72].
3. Respiratio laboriosa.	3. Respiratio oppressa.
4. Profunda inspiratio haud concessa, dolorifica.	4. Profunda inspiratio concessa, levamen afferens [73].
5. Decubitus ob *tussim* impeditus.	5. Decubitus ob *anxietatem* impeditus.
6. Anxietas et cordis vibratio dumtaxat in morbo provecto occurrit.	6. Anxietas et cordis vibratio in morbo quamvis recente observantur.
7. Vomitus solum ope tussis accidit.	7. Vomitus sine tussi.

Illorum morborum complicatio.

3. *Complicantur* vero interdum *peripneumoniae* cum *pericarditide*, quod ex experientia tum aliorum [74] tum propria [75] comprobatum habemus.

4. Cum

72) Rondeleto jam observante l. c.

73) Kreysigio jam observante l. c.

74) Kreysig op. c. 2. *Th.* p. 229. — Davis l. c. p. 48. 53. — Smerdon in *the London medical and physical Journal published by* Fothergill. *Vol. XLVI.* 1821. *Decemb.*

75) In plurimis cadaveribus notas inflammatorias tum in pleuris et pulmonibus, tum in pericardio et corde observavi. Et sequens casus complicationem peripneumoniae cum pericarditide exhibere videtur. Vir 30.

4\. Cum *pericarditis* haud raro deglutitionis [illegible] diffi- [illegible]

Distinctio a cynanche faucium.

annorum, corpore firmo praeditus, antea sanus, die 9. Martii 1822. sub temperie humida frigidaque, grave onus portabat, quo sub opere, quamvis leviter vestitus, valdopere aestuabat. Accidit simul quod cum in viam angustam urbis Vilnae intrasset, currus, ab equis fugam tentantibus, tractus, illum a tergo prosequeretur. Vehementer terrefactus domum petiit, ubi parum post correptus est a frigore, subsequentibus calore et siti, quam aeger ope aquae frigidae incassum extinguere tentaverat. Accedebant anxietas, palpitatio cordis, sensus lipothymiae imminentis, visus obnubilatus et viridescens, dolores pectoris, respirandi difficultas et tussis cum sputis cruentis. Secunda hujus morbi die aeger ad clinicum medicum deportatur, exhibens faciem ruberrimam, tussin continuam quidem sed per accessus suffocationis periculum minitantem, anxietatem tantam ut continuo sese undique jactaret, manusque modo capiti modo pectori admoveret, pulsationem magnam cordis, regionis epigastricae et carotidum, decubitum in latus dextrum dumtaxat concessum, respirationem difficilem et plane abdominalem, loquelam intersectam, pulsum vibrantem, contractum, parvum, irregularem ad 125. ictus in sexagesima horae parte. Conquerebatur aeger de pondere sub sterno, de doloribus lateris sinistri thoracis, de cruciatibus artuum, de sensu caloris et frigoris et de mortis angore. Revera adspectus erat hominis suffocaturi. Medicus adsistens Instituti Clinici morbum pro *peripneumonia*, nonnulli autem commilitonum pro *pericarditide* declararunt; quam diagnoseos differentiam, morbum pro *carditide ac pneumonia* definiendo, conciliavi. Tres venaesectiones, copiosae

difficultatem sociam habeat, cum *cynanche* confusa fuit [76]). Inspectio faucium ab hoc errore tuetur. Atvero non reticendum et pericarditidem cum cynanche faucium *complicari* posse [77]).

Sedes pericarditidis.

5. Stabilita pericarditidis praesentia, in *sedem morbi* propius, saltem conjecturando, inquirere

cucurbitulae scarificantes et hirudines (quorum auxiliorum ope quadraginta quatuor cruoris unciae detractae fuere) nitrum, digitalis ac reliquum regimen antiphlogisticum nec non vesicatorium ad pectus, impetum fregerunt morbi, cui die septimo sudor universalis ita finem imposuit, ut aeger sanitati restitutus Clinicum jam d. 23. Martii derelinquere potuerit.

76) Narrat Portal (*Mém. de l'académie des sciences Année* 1780. p. 333.) de femina nobili, quae magna deglutitionis difficultate laborabat, vocemque habebat singulariter immutatam; nunc enim acutissima fiebat, nunc profundissima, nunc suppressa. Cum simul febre acutissima laboraret, credebatur cynanche correptam esse. Post mortem, organa deglutitionis atque vocis naturaliter erant constituta, magna vero inflammatio detecta est ad pericardium, eo in loco, ad quem numerosos ramos accipit ex nervis recurrentibus. Cfr. Testa l. c. p. 238.

77) Legi merentur: Testa (l. c. p. 237.), Kreysig op. c. 1. *Th.* p. 369.: „*ich bemerke hier nur, daſs Entzündungen des Herzens und der groſsen Gefäſse nicht selten mit einer Bräune sich verbinden.*" Cfr. Hufeland's *Journal der prakt. Heilkunde.* 31. B. 1. *St.* p. 142. — Notari meretur jam in libris Hippocratis (Epidem. VII. N. 30.) de connubio cynanches cum pericarditide mentionem fieri.

rere juvabit. Potest enim detinere inflammatio modo *pericardium*, modo *substantiam muscularem cordis*, modo illius *cavitates* (ne dicamus de *arteriis coronariis* [78])) modo *plures* vel *omnes partes simul*.

6. Conjicimus *inflammationem pericardii* (*pericarditis* proprie dicta, *pleuritis pericardii* [79])) aut saltem illam *mediastini anterioris* [80]), adesse, si morbus, sub forma pleuritidis obveniens, stipatur dolore sub sterno, inconsuetâ anxietate et jactatione, facie a statu sano valde aberrante, gena sinistra rubente [81]), pulsu vacillante, irregulari [82]), aut magno quoddam symptomate alias a pleuritide alieno. Conjecturae probabilitas augetur, si morbus febrem rheumaticam aut exanthematicam sociam agnoscat, si ille ex impetigine praepostere fugatâ [83]), vel ex ictu cordis regioni illato [84]), originem trahat sique puerperam detineat. Inflammatio pericardii.

78) Et illas inflammari posse et quidem maxime culpa arthritidis infra ex Cap. XI. §. XLI. N. 6. elucebit. Interea lege Kreysig Op. c. 2. *Th.* p. 141.

79) Sauvages Nosol. method. Cl. III. 13. 4.

80) Kreysig l. c. 2. *Th.* p. 122.

81) Corvisart l. c. p. 16.

82) „*qui caractérise principalement la pericardite aigue.*" Corvisart l. c. p. 8.

83) „*cette affection* (*la pericardite*) *ne paroit pas reconnaitre d'autres causes que celles qui donnent naissance à l'inflammation dans les membranes analogues.*" Corvisart l. c. p. 4.

84) Corvisart l. c. p. 17.

tineat. Quo magis allata urgent symptomata, eo magis ad inflammationem partis illius pericardii, quae ipsam superficiem externam cordis ambit, concludere licet.

Infl. substantiae muscularis. 7. Arguimus *inflammationem substantiae muscularis cordis* (*Phlegmasia cordis* [84])), si inflammatio pericardii, neglecta aut male curata fuerit [85]); si sub curriculo morbi, alii musculi vel et articuli affecti fuerint [86]); si symptomata febris inflammatoriae praesto sint; si morbus ex nisu in ponderibus elevandis, portandis, ac vulneribus profunde in thoracem penetrantibus ortus sit; si ipsa cordis regio doleat motusque abnormis

84) Daniel Systema aegritudinum p. 111.

85) „*Les membranes sereuses sont en général si intimement unies aux organes qu'elles recouvrent, que leurs affections intéressent presque toujours les tissus de ces organes eux-mêmes, et reciproquement. En effet, la péripneumonie ou l'inflammation de la pleure pulmonaire existe-t-elle jusqu'à sa terminaison, sans que la substance ou les différens tissus du poumon ne participent plus ou moins de l'inflammation?*" Corvisart l. l. p. 237.

86) De nexu *carditidis* cum *rheumatismo* a mea experientia omnino confirmato, Lege Baillie op. c. (praeeunte David Pitcairn), — Odier *Manuel de méd. pratique* 1803. — David Dundas *Transactions of the medical and surgical Society of London.* — *The Edinburgh medical Journal* 1806. *Octobre.* — Well's *Transactions of a Society for the improvement of medical and chirurgical Knowledge. Lond.* 1812. *Vol. III.* p. 373 — 424.

mis in parte affecta, ab aegro, aut ab aliis percipiatur; si angustiae et jactationes summopere urgeant; si sputa sint cruenta, sique pulsus irregularis, oedema faciei et lipothymiae obveniant.

8. Suspicamur *inflammationem cavitatum cordis* dum symptomata generalia pericarditidis acmen attigerunt, dum aeger antrorsum flexo corpore decumbit, aut sub summis angustiis se undique jactat, dum respirandi difficultas maxima est, dum sub cordis motu conspicuo, pulsus irregularis, formicans, intermittens observatur, dumque vomitus, suffocationis periculum et lipothymiae continuo saeviunt. Cum observationes Fantonii [87]), Harderi [88]), Severini [89]), Pissini [90]), Wichmanni [91]), Thomanni [92]), Testa [93]) et praecipue Huxhami [94]) doceant, hac sub Infl. cavitatum.

87) Observ. anatom. med. p. 22.

88) Observ. anat. practicae in Boneti Sepulchreto anat. T. I. L. 2. Sect. 7. Obs. 24. p. 789.

89) De noviss. observ. absces. Cap. 2. p. 280.

90) De cordis polypo; vide opus Pasta infra (Cap. X. §. XXXVI. N. 2 (46)).

91) *Ideen zur Diagnostik* p. 192.

92) Annales Instituti Clinici Würzburgensis. T. II. p. 92.

93) Op. c. p. 299.

94) Opera physico-medica curante Reichel. Lips. 1764. T. III. p. 50.: „Tempestate maxime sicca frigidaque mensis februarii et martii praeterlapsi, nautarum varii navicus bellicis, quibus nomen Deptford et Dun-

sub rerum positione saepe *pseudomembranas* in cavitatibus cordis exstare; KREYSIG huic morbo, nomen *carditidis polyposae* meritissime imposuit, illiusque cum *croup* similitudinem patefecit [95]). *Signa*

KIRK, ab India occidentali advecti, tussi brevi, importuno asthmatico absque ulla excretione afficiebantur. Aderat violenta et fere continua cordis palpitatio, cum perpetuo intermittente tremulo, formicante pulsu et perpetua anxietate, dolore et cordis lapsu (*sinking of the heart*) prouti appellabant. Spiritum maxima cum difficultate trahebant, et vix lectulo jacere absque suffocatione poterant. Humeris quasi innitebantur capita et facies erat pallida et tristis. — Lateris dolore affligebantur nonnulli, licet vix ulla appareret febris. — Plusquam viginti homines tali modo versus mensis martii finem brevi temporis spatio e vivis tollebantur. — Quo facto, ut bina mortuorum, quadraginta circiter annorum cadavera mox dissecarentur, imperabat D. WYATT; quorum quolibet in corde, *polypos* reperiens *monstruosos* ea directe propriam in domum reportabat. Non carneis solum columnis cordis firmiter adhaerebant, sed usque ad intercolumnia quoque vel sulcos progredientes his non minus quam ipso ventriculorum fundo fortiter inserebantur."

95) Op. c. 2. *Th.* p. 140.: „*Sehr grofs ist die Analogie der polypösen Herzentzündung mit der polypösen Bräune.*" Cfr. P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. III. §. XII. N. 9. Interim jam dudum PAYTHERUS simile quid suspicatus est, uti ex verbis Dr. PARRY (*Inquiry into the symptoms and causes of the syncope anginosa Bath* 1799. p. 136.) elucet: „Dr. JENNER *also thought so, when, in the case of* Mr. BELLAMY, *he saw a hard*

Signa inflammationis arteriarum coronariarum cordis indicare nequimus. *Suspicio* hujus morbi haberi posset, si symptomata inflammationis cavitatum cordis in arthritico cum nonnullis signis angoris pectoris [96]) obvenirent.

9. Ne nimis de facultate sedem peculiarem pericarditidis arguendi gloriemur, a periculo enim pericarditidem ipsam non dignoscendi, continuo circumdamur. Sic uno ore testantur scriptores de *pericarditide occulta* seu *larvata* [97]), saepe *chronica* et cum aliis morbis e. c. pleuropneumonia [98]), diaphragmitide [99]), hydrothorace, a quibus obfuscatur, *complicata*. **Monitum.**

10. Symptomatibus et caussis pericarditidis probe **De pericarditidis indole.**

tubular crust not unlike coagulated lymph and which Mr. Paytherus *compares to the secretion attached to the trachea in the croup, lining the cavity of coronary arteries degenerated into a sort of cartilage.*"

96) Cap. XI. §. XLVII. N. 3.

97) Kreysig Op. c. 2. *Th.* p. 127. „*Schleichende, versteckte, meist komplicirte Entzündung des Herzens.*" Corvisart l. c. p. 25. „*Des diverses complications, de l'invasion souvent insensible de cette espèce de pericardite, de sa marche cachée, dans beaucoup de cas, nait une difficulté souvent insurmontable, dans le diagnostic de cette inflammation.*"

98) Corvisart l. c. p. 7. „*L'observation prouve que la pleuropneumonie en est la complication la plus frequente.*"

99) Idem, ib.

probe inter se comparatis, inveniemus hunc morbum, pro re nata, esse indolis *traumaticae*, *inflammatoriae*, *rheumaticae*, *metastaticae* et *arthriticae*. Pullulatne ille aliarum inflammationum instar vel ex affectione *gastrica?* Inquirendum quoque foret, num pericarditis interdum non occultatur sub forma *febrium intermittentium perniciosarum*, quas *syncopticas* vocant.

Distinctio necessaria. 11. Postremo diversa est pericarditis prout illa aut in homine alias sano, aut in valetudinario, forte prius vitio cordis chronico subjecto, locum obtinuit [100]).

§. XXVI.

P r o g n o s i s.

Generatim. 1. Utrumque sit, pericarditis semper, morbum aleae plenum sistit.

Varii exitus. 2. Nisi enim *resolvatur*, dum illa vehemens est et acuta, morte praecipiti terminatur, et dum mitis est et lenta, *morbis chronicis*, ipsa morte pejoribus, nimirum *symphysi cardiacae*, *hydrocardiae*, *polypo*, *lithiasi*, *volumini aucto*, *imminuto*, *dilatationi* et *angustationi cavitatum*, ortum praebet [1]).

Resolutio. 3. Si perpendamus pleurae inflammationem sat

100) Lege de hoc argumento Kreysig op. c. 2. *Th.* p. 204. 186.

1) Horum morborum doctrina mox in tot capitibus specialibus exponetur.

sat secure profligari, graviaque vulnera ipsius cordis substantia mirifice sustineri [2]); — de *resolutione*

2) De globo sclopetario in substantia cordis latente, legatur PENADA *Osservazione medico-anatomica sopra un ulcere corrodente e profondo risconstrato nel cuore di un cadavere anatomizato l'an.* 1783. *in Saggi di Padova. Vol. III. P. II.* p. 59. v. WEIGEL's *Ital. med. Bibl.* 3. *B.* 1. *St.* p. 10. — De *cicatricibus* cordis exstat observatio in Act. Lips. A. 1705. — De *vulneribus* cordis sero lethalibus narrant BARTHOLINUS hist. Anat. Cent. I. Hist. 77. T. I. p. 127. — Miscell. Nat. Cur. Dec. III. a. 3. Append. p. 2. — in TULPIUS Observ. med. Lib. III. Cap. 18. p. 125. — BONETUS Sepulchr. anat. Lib. IV. Sect. 3. Obs. 23. — DIEMERBROECK Anat. Lib. II. Cap. 6. — LIEUTAUD hist. anat. Lib. II. Sect. II. Obs. 607—609. T. II. p. 188. — BLANCARD anat. rar. Cent. I. Obs. 26. p. 66. — MORGAGNI Epist. LIII. 3. — ZITTMANN medicina forensis. *d. c. geöffnete zur Med u. Chir. anweisende Aussprüche u. Responsen der Facultät zu Leipzig. Frankf.* 1706. *Cent. III. Cas.* 59. — AMMANN medicina critica. Stad. 1677. Cent. I. hist. 8. — *Journ. de méd. T. XLVI et XLVIII. N.* 243. — TRILLER de mirando cordis vulnere post 14. diem demum lethali. Wittemb. 1775. et SCHLEGEL Coll. disp. ad med. forens. spectant. Vol. 5. N. 36. — DANIEL *Samml. med. Beobachtungen. Leipz.* 1776. p. 297. *Anmerk.* 41. — MEYER in BALDINGER's *Neuem Magaz.* 4. *B.* 2. *St.* p. 105. — TICHNER *Beiträge zur prakt. u. gerichtl. Arzneykunde.* 1. *B. N.* 6. THOMASSEN in HUFELAND's *Annalen der Franz. A. W. I. B.* p. 301. — BOHN de renunciatione vulnerum. Lips. 1711. — FOURCROY *la médecine éclairée par les sciences de chemie etc. T.* 2. p.

lutione pericarditidis, in homine caeterum sano nidulantis atque mature riteque curatae, haud facile desperabimus. Resolutionis indicia sunt, levamen conspicuum et promptum a methodo medendi et solitae crises. Haec fieri solent inprimis per haemorrhagias conspicuas narium, ani, uteri, — per sudorem universalem, cuncta symptomata, potissimum autem pulsuum conditionem, emendantem, per restitutionem exanthematum praepostere fugatarum et per somnum reficientem.

Mors praeceps. 4. *Mors praeceps* adscribenda est, ***hydropi acuto purulento pericardii***, — *pseudomembranis orificia vasorum occludentibus* et *gangraenae.*

Hydrope acutus purulentus. 5. *Hydrops acutus purulentus pericardii* maxime expectatur ex pleuritide rheumatica pericardii, inprimis si aeger fuerit juvenis et morbus neglectus aut male curatus. Indicia ingruentis extravasati sunt, inefficientia methodi antiphlogisticae, urina pauca, oppressio pectoris a motu aucta, sensus ponderis e regione cordis ad epigastrium et diaphragma extensus, motus cordis irregularis, pulsus parvus, celer, intermittens, oedema faciei vel extremitatum inferiorum et somnolentia.

6. Mors

92. — FUGE *The Edinburgh med. and surgical Journal* 1818. *April.* et HUFELAND's *Journal.* 1819. *Jan.* p. 65. (Miles globum sclopetarium in Hispania die 16. Januariis 1809. accepit ac in Anglia die 30. ejusdem mensis obiit).

6. Mors ex *pseudomembranis* orificia vasorum occludentibus, in pericarditide, *cavitates cordis detinente* [4]), timenda est, dum lipothymiae, extremitatum frigus, facies hippocratica, summaeque angustiae obveniunt. Pseudomembranae.

7. *Sphacelus cordis*, a tot observationibus confirmatus [6]) vix permittit ut de exitu pericarditidis in *gangraenam* dubitemus [7]). Praeter generalia gangraenae signa [8]), alia, pericarditidi propria, indicare nequimus. Gangraena.

§. XXVII.

C u r a.

1. Cum pericarditis, etiamsi mitis sit et lente decurrat, vitae tamen insidias struat, hinc quoties caussae illam excitantes, praecipue violentiae externae regioni cordis infensae, nixus et animi pathemata, locum obtinuerint, evolutioni gravioris morbi sine temporis jactura occurrendum est; quod fit *venae sectione* e brachio sinistro, *hirudinibus* lateri thoracis sinistro appositis, *potione nitrata*, *clysteribus antiphlogisticis*, *decubitu* Prophylaxis.

4) §. XXV. N. 8.

6) §. XXIII. N. 2 (1).

7) Ait tamen Corvisart (l. c. p. 253.): „*J'ajoute même, que je ne conçois pas aucun fait bien avéré de la gangrène du coeur, née immediatement du carditis aigu et manifesté.*"

8) P. I. Vol. I. Append. §. LXXVIII. N. 12.

cubitu corporis *supino*, *diaeta severâ* et *quiete animi*.

C. morbi. 2. Nec alia ad ipsam pericarditidem curandam auxilia requiri solent. *Venae sectio*, quo maturius instituitur, eo certius juvat. Ne ab illa pulsuum irregularis conditio, aut virium apparens lapsus, absterreant! Nec credendum *unam* venae sectionem tantum abigere posse morbum. Interea ne quid nimis! Nisi enim vehementer fallimur, pericarditis tot phlebotomias quot peripneumoniae neutiquam perfert. Injecto hinc morbo nostro ope venae sectionum freno, illico ad *hirudines* deveniendum. Debent vero copiosae inter ipsa costarum interstitia, prope cor, applicari, ac pro re nata repeti. Aegrotantibus robustis, praeterea *cucurbitulae scarificantes* super sternum ponuntur. Usui interno solutio *nitratis* in aqua vel simplici, vel rubi idaei, cum syrupo ejusdem vel in *decocto tamarindorum*, non neglectis necessariis *clysteribus antiphlogisticis*, inservit. Vigente exacerbatione cruribus *sinapismi* admoventur. Nec *pediluvia acria*, praesertim si morbus fuerit arthriticus, hic spernuntur. *Potui*, aqua syrupo vegetabili subacidulo mixta, modicae temperaturae, parvis ac repetitis haustibus sumenda inservit. *Cibi*, excepto jusculo avenaceo, non requiruntur. Fracto sic morbi impetu (praecipue respectu affectionis cordis), febri, ad criseos opus perficiendum, temporis quid

conce-

concedendum. Praeceptum hoc, inprimis in pericarditide morbo cordis chronico juncta, magni ponderis est. Quodsi autem res in pejus rueret, viriumque realis lapsus ulteriori detractioni sanguinis obstaret, aut signa ingruentis hydropis purulenti acuti pericardii, methodo antiphlogisticae rebellis, obvenirent, *infusum foliorum digitalis purpureae* propinandum. Si vel hoc pharmacum per nychthemerum unum alterumve adhibitum effectu destitueretur, nisi aegri constitutio usum mercurii impediat, quid *calomel* [11]) valeat, tentandum. Alternatim decoctum radicum aut *lapathi acuti* aut *vincetoxici* [12]), aut, quod nobis maxime ad urinae secretionem promovendam arridet, *stipitum solani dulcamarae* exhibendum. Miraculose interdum agit *vesicatorium* amplum sterno admotum, inprimis si pericarditis fuerit rheumatica, arthritica, metastatica. Virium extremo lapsui, *moschum* [13]) seu potius *auram* sic dictam *camphoratam* a *nitro* temporatam [14]) opponimus.

CAPUT

11) Omni bihorio ad granum unum.

12) KREYSIG l. c. 2. *Th.* p. 193.

13) KREYSIG l. c. p. 195.

14) R. Camphorae rarae granum unum. Nitri puri scrupulum unum. Mucilaginis gummi arabici, syrupi altheae aa unciam unam. Misce, affunde aquae fortis uncias decem. D. S. omni hora cochleare unum majus.

Caput VIII.

De symphysi cardiaca.

§. XXVIII.

Definitio. Literatura.

Definitio. 1. Nomine *symphyseos cardiacae* illum designamus pericarditidis effectum, qui in *adhaesione pericardii cum corde* consistit morbumque constituit dyspnoeâ, oppressione pectoris, dolore et pulsatione epigastrii, pulsu frequente, parvo, irregulari et proclivitate ad hydropem insignitum.

Literatura. 2. De hoc morbo legendi sunt: Bartholinus [1], Stalpartus van der Wiel [2], Ruysch [3], Brunner [4], Vieussens [5], Senac [6], Weszpremi [7], Pfañn [8],

1) Epist. III. p. 401.

2) Observ. Chirurg. Cent. I. Obs. 36. p. 147.

3) Thesaur. Anat. VI. 36. Nota X.

4) Praes. Barbeck Diss. de corde occulto.

5) Op. c.

6) Op. c. p. 338.

7) Observationes medicae. Traj. 1756. in Halleri Coll. disput. ad historiam et curationem morborum facient. T. 6. p. 803.

PFANN [8]), HALLER [9]), MORGAGNI [10]), MECKEL [11]), LIEUTAUD [12]), HEISTER [13]), CHAMBON DE MONTAUX [14]), POHL [15]), AURIVILLIUS [16]), BANG [17]), HAEN [18]), NEBEL [19]), WALTER [20]), SANDIFORT [21]), FERRIAR [22]), WAUCH [23]), OGLE [24]), WALLS [25]), SANDER [26]) aliique [27]).

§. XXIX.

8) *Sammlung verschied. merkwürdiger Fälle aus d. gerichtl. u. prakt. Medizin.* 1750. p. 154.

9) Elem. physiol. T. I. p. 56. — de corp. humani fabrica. Lib. IV. Sect. I. §. 22.

10) Op. c. Epist. XXIII. T. 17 et 18.

11) *Mém. de l'acad. des sciences de Berlin* 1755. p. 56.

12) Hist. anat. Lib. II. Sect. III. Obs. 695. T. II. p. 217.

13) Diss. observ. med. miscell. Helmstädt 1730. — *Med. chir. Wahrnehmungen.* 2. *B.* p. 136.

14) *Merkwürdige Krankengeschichten u. Leichenöffnungen. Beob.* 191. p. 548.

15) Progr. de pericardio cordi adhaerente ejusdem motum perturbante. Lips. 1775.

16) Nova Acta Societ. Scient. Upsal. 1773. Vol. I. p. 101.

17) Act. Reg. Soc. Havniens. Vol. II. p. 77. Vol. III. p. 135.

18) Rad. med. P. II. p. 113.

19) Progr. de pericardio cum corde concreto. Giess. 1778.

20) *Mémoires de l'acad. R. de sciences de Berlin* 1785. *T. IV.* p. 57.

21) Observ. Anat. patholog. Lib. I. Cap. II. p. 43.

22) *Neue Bemerkungen* p. 77. 1. *Fall.*

23) *Edinb. Versuche u. Bemerk.* 2. *B. N.* 22.

24) *Memoirs of the med. Society of London.*

25) *Transactions of a Society for the improvement of med.*

§. XXIX.

Autopsia cadaverum. Symptomata.

Autopsia cadaverum. 1. *Universum cor* tam arcte cum pericardio concretum, ut unum inde corpus efficeretur, utque separatio sine laceratione fieri haud potuerit, cum aliis[28]) vidimus. Saepe adhaesio pericardii dumtaxat *partialis* est, e. c. ad longitudinem et latitudinem digiti transversi[29]), cum cordis ventriculo aut dextro *), aut sinistro[30]), cum

and chirurgical Knowledge. *Vol. III.* *Lond.* 1812. p. 373.

26) v. Hufeland's *Journal d. pr. Heilk.* 1820. *Novemb.* p. 19.

27) *Hist. de l'acad. R. des sciences de Paris.* 1712. p. 47. — Commerc. Lit. Norimb. 1735. p. 60. 1743. p. 39. — l'Eveillé in *rapport général des travaux de la Société philomatique à Paris.* *Vol. I.* p. 145. — Knaw in Nov. Comment. Petrop. I. p. 361. Acta N. Cur. Vol. VI. Obs. 6. 3. — Soemmerring *zu* Baillie p. 4. *Anmerk.* 8. — Voigtel *Handb. der pathol. Anatomie.* 2. *Th.* p. 210. — Corvisart Op. c. p. 30. — Testa l. c. p. 121. — Burns l. c. p. 301. — Kreysig l. c. 1. *Th.* p. 281. 2. *Th.* p. 616.

28) Brunner, Heister, Weszpremi, Senac, Pfann, Morgagni, Haen, Soemmerring, Sandifort, Corvisart etc.

29) Morgagni Epist. LVI. 12. Cfr. Epist. XXV. 15. Ep. LIII. 29. Ep. LXII. 5.

*) Misc. Nat. Cur. Dec. III. A. 5 et 6. Obs. 207.

30) *Fränkische Sammlung.* 4. B. p. 248.

cum apice cordis [31]). Nonnunquam illa per textum retiformem [32]), per fila [33]) et ligamenta [34]), interdum veluti cornea [35]) efficitur. Dum adhaesio *non* est universalis, spatia libera, aut fundus pericardii, plerumque lymphâ coagulabili repletâ sunt. Talis lympha et cavitates pleurae nonnunquam occupat [36]). Reperiebantur porro in cadaveribus symphysin cardiacam exhibentibus, venae cavae cruore turgidae et dilatatae [37]), sanguis fluidus [38]), saepissime vero cor volumine auctum [39]).

2. Aegri conquesti erant de dyspnoea [40]) (inprimis dum aut gressum instituebant, aut positionem corporis supinam cum alia commutabant [41])) de pectoris pondere, oppressione, distentione [42]) et Symptomata.

31) Haller l. c.

32) Morgagni Epist. XXXV. 12. — Cfr. Ep. XVIII. 25. Ep. LVI. 12. Ep. XXXVIII. 23. Voigtel l. c. p. 317. (Ex Museo Meckelii).

33) Miscel. N. Cur. Dec. III. A. 2. Obs. 78. Schol. Senac.

34) Valsalva apud Voigtel l. c. p. 216.

35) Senac l. c.

36) Soemmerring l. c.

37) Corvisart l. c. p. 34.

38) Idem ib.

39) Sander l. c.

40) Vera orthopnoea apud Corvisart l. c. p. 37.

41) Corvisart l. c. p. 33.

42) „*Le malade éprouve aussi un sentiment pénible de tiraillement dans la région du coeur, parceque dans l'acte*

et constrictione 43) de impotentia sermocinationi protractae indulgendi, de sensu pulsationis in thorace sinistro, modo tremulae 44), debilis 45), modo concutientis et vehementis 46), deque dolore

de la respiration le diaphragme entraine, dans son abaissement, le pericarde et tout le coeur qui lui est devenu adhérent, et s'oppose, dans ce tems de son action au mouvement particulier d'élevation propre du coeur lors de ses contractions." Corvisart l. c. p. 35.

43) Corvisart l. c. p. 37.

44) Senac l. c.

45) Corvisart l. c. p. 53.

46) *Abhandl. f. pr. Aerzte.* 20. *B.* p. 336. — Selle *Beiträge z. prakt. Arzneywissensch.* 2. *Th.* p. 26. — Meckel l. c. Testa l. c. p. 123. — Ferriar l. c. — Wauch. Apparet ex dictis symphysin cardiacam pulsatione modo debili modo vehemente stipari. Quaeritur vero nunc quo modo cor, pericardio adhaerens, contractiones alternas, quae *palpitationem* efficiunt, perficere possit. Dum adhaesio universalis est, aut cor praecipue ad basin ligamentorum ope pericardii jungitur, *palpitationem* locum habere *non* posse asserunt Morgagni (Epist. XXIII. 17. 18. 20. 21. 29.), Senac (l. c. p. 341.) et Corvisart (l. c. p. 36.) qui ait: „*Les palpitations en effet doivent étre considerées comme de mouvemens désordonnés, insolites et plus ou moins violens et tumultueux du coeur: or, comment cet organe, fixé médiatement au diaphragme par son enveloppe, pourroit il éxécuter ces mouvemens étendus, si son deplacement étoit rendu impossible par ces adhérences avec elle? Les contractions du coeur sont dans ces cas promptes et dereglées, mais sourdes et profondes, petites et obscures et comme avortées.*"

dolore ad epigastrium ab assumptis cibis aucto. Observabantur praeterea pulsus frequens *), celer, parvus, saepe irregularis [47]), contractus [48]), intermittens [49]), — pulsatio thoracis sinistri (ad carotides propagata) et regionis epigastricae [50]), — oscil-

Cum vero motus vehementes cordis in symphysi cardiaca aliquando observare contingat, KREYSIG (l. c. 1. *Th.* p. 284.) praeeunte SALIO DIVERSO difficultatem solvere conatur, palpitationem distinguendo a *pulsationibus* (*gewaltsames Schlagen in der Brust*) ortis ex conatu cordis, obstacula illud circumdantia vincendi. Arridet haec explicatio dum agitur de adhaesione *partiali* unde SENAC (l. c. p. 343.): „*mais ces attaches étoient à la partie superieure du coeur, cet organe pouvait s'approcher des côtés et s'en éloigner alternativement.*" Quod si vero Cl. Vir contendat (2. *Th.* p. 623.) motum cordis aut aortae, majori *pulsatione* stipatam, quam symphysin cardiacam *non* dari, in gravissimum errorem incidit. Inter multa enim symphyseos cardiacae exempla a me visa rarissime cordis palpitationem magnam observavi, et ubi haec animadvertebatur, latebant alii adhuc morbi illam efficientes, inprimis dilatatio cordis. Concludo hinc nec palpitationem nec pulsationem *cordis* ad essentialia symphyseos cardiacae pertinere signa; quamobrem de illis in definitione sermonem non institui.

*) SENAC (ad 130.) saepius inter 110. et 120.

47) Pulsum non semper irregularem esse cum CORVISARTIO (l. c. p. 37.) observavi.

48) SENAC l. c.

49) SENAC l. c.

50) BURNS ait: „*Der mit dem Herzen fest verwachsene Herzbeutel legt sich bei der Systole der Kammer in Fal-*

oscillatio venarum jugularium [51]), — sonus obscurus, percutiendo lege artis pectus sinistrum [52]), — sibilus sub cordis systole [53]), — excavatio hypochondrii sinistri [54]) sub ascensu diaphragmatis, — erubescentia frequens, — facies tumidula, apex nasi ruber et genae vasis varicosis notatae [55]), — fluctuatio abdominis [56]), oedema [57]) crurum

ten, und zieht dabei das Zwerchfell und somit auch die Leber nach oben. Wenn hierauf die blutleer gewordenen Kammern sich wieder ausdehnen, senkt sich auch die Leber nnd das Zwerchfell wieder herab; und diese Bewegung fühlt dann die auf der epigastrichen Gegend liegende Hand als Pulsation."

51) Lancisi v. Senac l. c. p. 340.

52) Constanter observavi. Corvisart l. c. p. 33. (*le coté gauche de la poitrine ne resonnait pas du tout*).

53) Kreysig op. c. 2. *Th.* p. 623. (Hoc symptoma non videtur immediate ad symphysin cardiacam spectare).

54) Heim apud Kreysig l. c.: „*Betrachtet man den Thorax, so sieht man, daſs derselbe nicht nur bei jeder Systole des Herzens gewaltsam erschüttert und gleichsam aufwärts geschnellt wird, sondern man bemerkt auch gleichzeitig allemal eine Vertiefung unter den Ribben der linken Seite entstehen, gleichsam ein Loch hineinfallen.*" (Fateor me hucusque ad hoc signum non attendisse).

55) *Les joues devinrent violettes et vergetées.*" Corvisart l. c. p. 37. (Conditio haec faciei omni attentione digna est).

56) Corvisart l. c. p. 33. (Pluries observavi).

57) Nullus cordis morbus majorem proclivitatem ad hydropem manifestat, quam symphysis cardiaca.

crurum et scroti [58]), sudores, — extremitates frigore marmoreo detentae [59]), lividae, suffocationis insultus [60]), lipothymiae [61]), dejectio animi [62]), et proclivitas ad suicidium [63]). Sunt praeterea qui a tussi et haemoptysi excruciantur [64]).

§. XXX.

D i a g n o s i s.

1. Signis allatis eo magis fidendum, quo magis sustinentur ab anamnesticis, a praegressa scilicet pericarditide, inprimis rheumatica [65]) et chro- Illius fontes.

L 2

58) Gangraenam scroti observavit LANCISI v. SENAC l. c. p. 340.

59) SENAC l. c.

60) SENAC l. c.

61) SENAC l. c.

62) Melancholia SENAC l. c.

63) KREYSIG l. c. p. 625. Et CORVISARTII aeger sese veneni ope interfecit. Interea prudenter ait Cl. Vir: „*j'ai fréquemment rencontré ces adhérences, dans tous les degrés possibles, chés des individus, qui de leur vivant n'avoient jamais été atteints de cette mélancholie qui porte à se détruire.*" l. c. p. 41.

64) VALSALVA l. c. MORGAGNI Epist. XXII. 4. 10. AURIVILLIUS l. c. (Saepe etiam observavi).

65) Accedo ad CORVISART (l. c. p. 31.) dicentem: „*Je suis tenté de regarder entre autres, comme cause fréquente de cette adhérence, les affections r h u m a t i s a n t e s et g o u t t e u s e s.*"

chronica [66]), in aetatem juvenilem [67]) incidente, neglecta aut male curata.

Facilis confusio.

2. Interea memores esse juvabit *facilis confusionis symphyseos cardiacae* cum *pericarditide chronica*, cum *aliis vitiis pericardii*, cum *adipe* et *tumoribus cor extrinsecus occupantibus*, *comprimentibus* et *e loco removentibus*, cum *hydrope pericardii purulento*, cumque *dilatatione cordis*. Item memores esse juvabit *complicationis* reciprocae istiusmodi morborum [68]).

Distinctio a pericarditide chronica.

3. A *pericarditide chronica*, symphysis cardiaca, vix aliter distingui potest, nisi praemisso tentamine curationis, quod nisi succedat, probabilitas adhaesionis pericardii cum corde magis magisque crescit, et vice versa.

Distinctio ab aliis vi-

4. Cum praeterea ex pericarditide et *pericardii*

66) Dum pericarditis *acute* flagrat, potius hydropem purulentum pericardii, quam symphysin, expecto, quod jam Corvisart (l. c. p. 30.) cognovit, ubi asserit pericardii cum corde adhaesionem praecipue generari „*lorsque les malades ont succombé à une péricardite dont la marche n'a pas été aussi vive ou même chronique.*"

67) Quamvis multa exempla symphyseos cardiacae in aetate provecta observatae fuerint, experientia mea tamen docet, nullum cordis morbum in aetate juvenili tam frequenter obvenire quam illum de quo agitur. Intellexit id quodammodo Corvisart dicendo (l. c. p. 41.): „*la jeunesse ne défend point de cette maladie.*"

68) Sander l. c.

cardii incrassatio, *exulceratio* et *ossificatio*, originem nanciscantur *), quaeritur quo pacto haec vitia inter se distinguenda sint? Huic quaestioni respondere nequimus. Ignoramus etiam quo pacto *adeps* 69) et *tumores* **) pericardium et cor 70) extrinsecus occupantes, comprimen-

tiis pericardii et tumoribus externis.

*) Cap. VII. §. XXIII. N. 2 (85—90).

69) BOERHAAVE l. c. p. 496. — MORGAGNI Epist. III. 20. Epist. XVI. 36. Epist. XXVII. 2. Epist. XXXV. 18. Epist. XLIII. 17. Epist. LII. 34. — Miscell. Nat. Cur. Dec. I. A. 3. Obs. 118. A. 6 et 7. Obs. 71. Dec. II. A. 2. Obs. 11. Dec. II. A. 7. Obs. 12. — Acta physica Med. a. 1780. T. II. — SCHENK Obs. med. Lib. II. Obs. 197. p. 373. — HOFFMANNI Cardianastrophe p. 2. — SCHURIG Haematologia. Dresd. 1744. p. 401. — BERGER in *Abhandl. f. pr. Aerzte.* 4. *B.* p. 449. — LIEUTAUD l. c. T. II. p. 150. Obs. 464. — WADE *Lond. med. Obs. and Inquiry. Vol.* 3. p. 69. — PORTAL in *Abh. f. pr. Aerzte.* 12. *B.* p. 11.

**) ALBERTINUS apud MORGAGNI op. c. Epist. XXIII. 23. (Tumor magnitudinis ovi, sanguine coagulato repletus pericardio insidens). — DIONIS apud LIEUTAUD op. c. Sect. 7. Obs. 840. Vol. II. p. 271. (pericardium nodis pisiformibus obsessum). — BELL *Zergliederung d. menschlichen Körpers.* 1. *B.* p. 191. (tumores albi, scirrhosi pericardii); — BONET sepulchr. Anat. Lib. I. Sect. 7. Obs. 58. Lib. II. Sect. 6. Obs. 5. Sect. 8. Obs. 21. (steatomata), BAILLIE l. c. (tumores scrophulosi), HORN (*neues Archiv f. med. Erfahr. Berlin* 1807. 6. *B.* 1. *Heft* p. 50. (steatomata pericardii degenerati).

70) WALTER Obs. anat. Berol. 1775. §. 20. (Tumor adiposus).

primentes [71]), aut e sede removentes [72]), dignosci possunt; nisi forte habitus et opificium aegri, morbi praegressi, praesentía aut absentia symptomatis cujusdam inconsueti aut consueti [73]) et examen abdominis nobis auxilientur.

§. XXXI.

Prognosis. — Cura.

Prognosis. 1. Adhaesiones pericardii cum corde haud amplae et filiformes magnum detrimentum non afferunt [74]). Secus autem (forte nonnullis concessis

71) Cfr. P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. XII. §. LIX. N. 8.

72) Boerhaave opuscula omnia quae hactenus prodierunt. Hag. Com. 1738. p. 3. (Steatoma cor in cavum thoracis dextrum premebat) et *Sämml. auserl. Abhandl.* l. c. p. 502. (ventriculus per vulnus diaphragmatis in cavum pectoris penetrans, et cor e sede sua pellens), Lancisius l. c. Meckel *Mém. de l'acad. de Berlin* 1759. p. 44. — Sennert med. pract. Vitemb. 1628. Lib. II. P. II. C. 15. — Moebius fundam. med. physiol. Cap. X. — Fabr. Hildani Obs. Cent. II. Obs. 33. — Plenciz acta et observata medica. Prag. 1783. p. 162. — Haen Rat. med. Vol. V. T. XI. C. IV. (In ascitica diaphragma adeo distentum, ut cor probe jugulum comprimeret), Senac l. c. T. II. p. 439. (Abscessus pulmonis cor dextrorsum premens).

73) e. c. conditio pulsuum, anxietas etc. Legi de his meretur Kreysig Op. c. 2. *Th.* p. 634.

74) „. . . . *quand l'adhérence n'est que partielle et formée par des filamens celluleux, plus ou moins allongés, ou même dans une adhérence immédiate, mais partielle et peu étendue, la fonction du coeur n'est pas*

cessis exceptionibus [75])) si symphysis conspicuam occupet superficiem, aut cor vehementer firmet [76]). Verisimiliter adhaesiones quae ex inflammatione primaria pericardii pullulant, minus periculosae sunt illis quae ex phlogosi ipsius cordis proficiscuntur; hic enim plerumque simul substantia hujus visceris laesa est [77]). Maxime nova inflammatio et hydrops aut illius augmentum timeri debent.

2. Suademus hinc ut cura inchoetur, aut a parva *venae sectione* (si suspicio pericarditidis chronicae adsit), aut saltem a *hirudinibus* thoraci sinistro appositis, — ut illis succedat *fonticulus* sub cordis regione, — ut alvus ope salium, quae et urinae secretionem sollicitant [78]), aperta teneatur — ut lene infusum *foliorum digitalis purpureae* Cura.

sensiblement dérangée; semblable en cela aux adhérences si fréquentes des poumons avec la pleure." Corvisart l. c. p. 32.

75) Morgagni Epist. LVI. 12. (Sub magna licet adhaesione pulsus erat normalis), Haen l. c. (Pulsus erat regularis, et respiratio solum sanae frequentior.

76) ,,. . . *je pense que l'adhérence totale du coeur au péricarde est nécessairement accompagnée d'un dérèglement tel dans les fonctions de cet organe, que la mort en est la suite inévitable.*" Corvisart l. c. p. 32.

77) Pulchre de hoc argumento scripsit Kreysig l. c. 2. *Th.* p. 618.

78) e. c. Cremor tartari cum nitro, et saccharo āā ad scrupulum unum, semel bisve de die.

pureae interpositis intervallis exhibeatur [79]), — ut pectori parvae doses *unguenti hydrargyrii* cum *unguento altheae* illiniantur, — ut in casu hydropis regulae alibi expositae pro norma inservient [81]), — utque caeterum intempestivae artis conamina ultra Garamantes relegentur. Diaeta esto facilis digestionis, modice nutriens. A cibis et potu calefacientibus abstinendum, item a motu corporis.

Caput IX.

De hydropericardia.

---

§. XXXII.

Definitio. Literatura. Divisio.

Definitio. 1. Collectio morbosa seri, sinceri, purulenti, cruenti, in cavo pericardii, manifestata signis generalibus hydrothoracis, praecipue vero sensu

79) Timui ab initio *digitalem* (quatenus narcoticum) posse motum cordis aliunde jam impeditum, adhuc magis frangere; ast experientia talem timorem vanum esse, certiorem me reddidit; exhibui etenim illam saepe cum magno aegrorum levamine.

81) Inprimis illae P. II. Vol. II. Sect. I. C. XI. §. LVII. N. 4. expositae.

sensu ponderis sub sterno, tremore cordis, praecordiorum anxietate, praeoptata thoracis in anteriora inclinatione, suffocationis periculo sub motu, pulsu debili, obscuro, inaequali et frequenti, *Hydropericardia* [82]) vocatur.

2. De hydropericardia legi merentur: GALENUS [83]), FABRICIUS HILDANUS [84]), BARTHOLINUS [85]), TULPIUS [86]), SCHENKIUS [87]), PISO [88]), HARDER [89]), DIEMERBROECKIUS [90]), FR. HOFFMANNUS [91]), MERCKER [92]), VIEUSSENS [93]), LANCISI [94]), SENAC [95]), ALBERTINI [96]), DUVERNEY [97]), BONE- Literatura.

82) *Synon.* Hydrops pericardii. GERM. *Herzbeutelwassersucht.* GALL. *Hydropéricarde.*

83) De locis affectis. Lib. V.

84) Cent. I. Obs. 43.

85) Anat. reform. Lib. II. Cap. 5. p. 252.

86) Lib. IV. Obs. 43.

87) Observ. Lib. II. N. 176.

88) De serosis morbis observationes et consilia. Lugd. Bat. 1650. Sect. III. Cap. 2. Obs. 39.

89) Aphorism. Obs. 50.

90) Anat. Lib. II. C. 5. p. 261. 372.

91) Diss. de hydrope pericardii rarissimo. Hal. 1667. v. Opp. Suppl. II. 2.

92) Diss. de hydrocardia. Ultraj. 1711.

93) Op. c. p. 6.

94) De motu cordis et aneurysmatibus opus posthumum. p. 26. 77. edit. 2da.

95) Op. c. T. 2. p. 349.

96) Comment. Bonon. T. I. p. 389.

97) *Mém. de l'acad. R. des sciences* 1703. p. 158.

Bonetus [98]), Morgagnius [99]), Klaunig [100]), Haller [1]), Barrère [2]), Lieutaud [3]), Haenius [4]), Stollius [5]), Lentin [6]), Borsieri [7]), J. P. Frank [8]), Werner [9]), Blancard [10]), van Doeveren [11]), Peyer [12]), Portal [13]), Sandifort [14]), Baillie [15]), Sidren [16]), Westring [17]), Sandessen [18]),

98) Sepulchr. Lib. II. Sect. I. Obs. 101. Sect. 2. Obs. 15. Sect. 8. 9. 10.

99) De sedibus et causis morb. Epist. I. 2. Epist. X. 2. Epist. XVII. 14. 21. 25. Epist. XVIII. 28. Epist. XX. 2. 11. 13. 30. 41. 47. 59. Epist. XXI. 2. 17. XXVI. 20. Epist. XXVIII. 12. Epist. XXXVIII. 6. 10. 12. Epist. LI. 19. Epist. LIII. 9. 18.

100) Nosoc. Charit. 16.

1) Elem. Physiol. Vol. I. p. 299.

2) Observ. anat. p. 83.

3) Histor. anat. medic. Lib. II. Obs. 611. 621. 648. 663. 683. 857.

4) Rat. med. P. IX. Cap. I. §. 6.

5) Rat. med. T. I. p. 203. et in Mohrenheim's *Beyträge*. 2. *B*. p. 336.

6) *Beyträge*. 2. *B*. p. 61.

7) Instit. med. pract. T. IV. Cap. V.

8) Epit. de cur. hom. morbis. Vol. V. p. 241.

9) Epistola observata quaedam in morbis. Lips. 1776.

10) Anat. pract. Cent. II. Obs. 8.

11) Spec. Obs. Academ. Cap. 4. p. 73.

12) Parerga p. 150.

13) *Cours d'anatomie médicale*. *T*. 3. p. 11.

14) Observ. anat. pract. Vol. I. p. 40. Vol. IV. p. 109.

15) *Anatomie des krankhaften Baues*. *N*. 1.

16) *Abhandl. Schwed. Aerzte*. 1. *B*. p. 150.

17) *Neue Schwedische Abhandlungen*. 11. *B*. p. 272. v.

sen [18]), Matani [19]), Bang [20]), Mazzi [21]), Hager [22]), Rollin [23]), Leveque [24]), Schreiber [25]), Wendelstädt [26]), Aepli [27]), Conradi [28]), Colombier [29]), Kinglake [30]), Thuessink [31]), J. Bell [32]), Schaeffer [33]), Landvoigt [34]), Heinecke [35]), Richerand [36]), Sachtleben [37]), aliique [38])

Sammlung auserles. Abhandl. f. prakt. Aerzte. 14. *B.* p. 581.

18) *Schwed. Abh.* 1790. *II. Quartal. Th.* 11. — *Samml. auserl. Abh. f. pr. Aerzte.* 14. *B.* p. 453.

19) De Aneurysmatibus praecord. p. 41.

20) Act. Soc. Reg. Havn. Vol. III. p. 129.

21) *Giornale per servire alla Storia ragionata della medicina di questo secolo. T.* 4. p. 129. v. *Samml. auserl. Abh. f. pr. Aerzte.* 15. *B.* p. 77.

22) Loder's *Journal f. die Chirurgie.* 1. *B.* p. 630.

23) *Journal de méd. T. XXXII.* v. *Samml. auserl. Abh. f. pr. Aerzte.* 1. *B.* 3. *St.* p. 80.

24) *Recueil des actes de la societé de santé de Lyon.* 1. *Vol.* p. 344.

25) Nov. Comm. Petrop. Vol. 3. p. 402.

26) Hufeland's *Journal.* 20. *B.* 3. *St.* p. 212.

27) Idem, ib. 6. *B.* p. 767.

28) Arñemann's *Magazin.* 1. *B.* p. 81. 88.

29) *Journal de méd. T. LXVI.* p. 437.

30) v. *Auserl. Abh. f. pr. Aerzte.* 13. *B.* p. 388.

31) Hufeland's *und* Himly's *Bibl.* 1812. *May.* p. 257.

32) *System of Surgery. T. II.*

33) Hufeland's *Journal d. pr. Heilk.* 1810. p. 101.

34) Diss. de hydrope pericardii dignoscendo. Halae 1798.

35) Diss. de hydrope pericardii. Erf. 1799.

que [38]) praeter scriptores recentiores de morbis cordis [39]).

Divisio. 3. *Hydropericardia* dividitur in *complicatam* et *solitariam.* Haec rarissima est [40]). Potest hydropericardia quoque dividi in *acutam* et *chronicam*, inque *serosam*, *cruentam* et *purulentam.*

§. XXXIII.

Symptomata. Autopsia cadaverum. Caussae.

Symptomata. 1. *Symptomata hydropericardiae solitariae*, admodum sunt varia [41]). Adscribuntur illis: sensus pressionis et angustiae circa partem thoracis ante-

36) *Nouv. journ. de méd. chir. et pharm.* 1818. *Mai. T. II.* p. 9.

37) *Klinik der Wassersucht* p. 527.

38) *Breslauer Sammlung* 1720. p. 217. Commerc. Lit. Norimb. 1736. p. 356. — Reimann in Act. N. Cur. Vol. I. Obs. 170. *Museum der Heilkunde.* 2. *B.* p. 81.

39) Kreysig op. c. 2. *Th.* p. 440. 636. 782. Corvisart p. 45. Testa p. 263.

40) Se hunc morbum nunquam vidisse fatentur Morgagni (Epist. XVI. 20.) et Pater meus (l. c. p. 243.). Idem fateri adigor, si de hydrope pericardii chronico seroso quaestio sit; secus autem relate ad hydropericardiam acutam purulentam.

41) Pater meus, postquam quatuor hujus mali historias in medium attulerat, ait (l. c. p. 247.): „atqui sic nec unicum quidem ex quatuor hic allatis hydropericardiae, quamvis *solitariae*, exemplis, phaenomena nobis offert aequalia?"

anteriorem [42]); dyspnoea, orthopnoea, dolor lumborum [43]); decubitus (saltem a morbi initio) in dorsum difficilior [44]); tussis sicca [45]) cordis gravi-

42) Barrère l. c. in *quinque* aegris, qui post mortem inventi sunt pericardii hydrope laborasse, symptomata sequentia adnotavit: „*Pressionis et angustiae sensum circa partem anteriorem thoracis*, quam pericardium occupat; compressionem pulmonis, hinc dyspnoeam, tussim siccam, irritantem; motum diaphragmatis difficiliorem, *palpitationes cordis;* pulsuum inaequalitatem, quandoque et syncopen, praecedente suffocationis, quasi instantis sensu. Unde hic auctor, pro signis diagnosticis hujus morbi posuit: pedum oedema, pallorem faciei, pulsum parvum celerem, respirationem impeditam, difficilem in lecto decubitum, una cum suffocationis sensu, subinde recurrente."

43) „Praeterea quandoque aqueus humor intra pericardium non sensim, sed derepente et celeriter effunditur, idque immaniter distendit, tunc mole sua ita urget deorsum diaphragma, ut ejus appendices protrusae et distractae *atrocem in lumbis dolorem* excitent." Borsieri l. c. Cap. V. §. CLXXIII.

44) Lancisius (l. c.) sequentia hydropericardiae signa posuit: „urinas paucas, rubras, crassas, citoque putrescentes, una cum cordis pondere, tremore, gravitate, difficili anhelitu, praecordiorum anxietate. Subinde corripiunt oedematosi crurum tumores aliaque signa, quae pectoris hydropem comitari consueverunt; tandem peculiare symptoma, quod cordis prolapsui commune est, inducitur; scilicet aegrotantes lecto stare nequeunt; et *cum ab initio non nisi extra lectum respirare potuerint*, ante mortem coguntur ad *decubitum;* videlicet quia pericardium, una, aut etiam

gravitas *), palpitatio [46]), vel motus, sive undu-
lato-

sesqui altera liquoris libra turgidum diaphragmatis centro vim infert, neque alium standi situm, qui sit minoris incommodi aegris, permittit, quam horizontalem, in quo pericardium, versus jugulum ascendens, diaphragma non amplius premit." Et VIEUSSENS testatur aegros commode super dorsum jacere. WESTRINGII aeger quoque poterat dorso incumbere, nunquam vero lateribus. TESTA vidit aegrum in latus sinistrum decubuisse (l. c. p. 290.). Aeger SIDERN ab initio morbi non potuerat supine jacere, ast versus finem, quod LANCISII opinionem confirmat, potius quam illam KREYSIGII, qui, decubitum ultimis vitae temporibus in dorsum concessum, a defectu sensus et incipiente paralysi derivat (l. c. 2. *Th.* p. 644.). Aegri mei (uno excepto, qui decubitum in dorsum eligebat) libentissime sedebant. Diversitates hae, respectu ad decubitum, maxime ex morbis cum hydropericardia complicatis pullulare videntur.

45) „Tussim quoque vel multam vel modicam adjunctam habet et fere siccam, sive cum sputis tantum salivalibus." ALBERTINI l. c.

*) Apud monacham ALBERTINI (l. c.) respiratio, sive staret, sive supine jaceret, sive in utrumque cubaret latus, aeque erat facilis. Pulsus neque tensi, neque duri, neque vibrati; nec ullo prorsus modo inaequales, nullus in pulmonum regione dolor, tussis nulla, nulla in thorace palpitatio, aut magna pulsatio, occurrebant. At vero, *cor sibi, tamquam saxo ei imposito, gravari*, atque sub loquela, sub motu, undique constringi, coarctari aegra referebat.

46) BARRÈRE (l. c.). — Interdum palpitationes in hydropericardia deesse, observationibus innixus ostendit

latorius inter tertiam et quintam costam [47]), sive vagus [48]); pulsuum exilitas, inaequalitas, debilitas [49]), syncope [50]), praecedente sensu suffocationis

REINMANN (l. c.) et ipse MORGAGNI (Epist. XVI. 23.). DIEMERBROECKIUS in ullo pericardii hydropico, quem dissecuit, se ullam omnino cordis palpitationem observasse. Percepi illas sed obscuras unde pulchre CORVISART (l. c. p. 48.): „*En appliquant la main sur la région du coeur, ont sent des battemens tumultueux obscurs.*"

47) Vide infra §. XXXIV. N. 4. (13) „*on diroit que l'organe ne fait sentir ses battemens qu'à travers un liquide, placé entre lui et les parois thoraciques.*" CORVISART l. c. p. 48. Dico autem cum TESTA (l. c. p. 266.): „*Ich muſs indessen gestehen, daſs ich in unzähligen Fällen, wo mir diese Krankheit vorgekommen, nie so glücklich gewesen, jene schwappende Geschwulst zu sehen oder zu fühlen.*"

48) „*à tous ces signes, enfin, j'en ajouterai un qui s'est offert deux fois à mon observation, et me paroit mériter plus de confiance que les derniers; je veux parler des battemens du coeur qui se font sentir, tantôt à droite, tantôt à gauche, ou, pour m'exprimer plus clairement, dans différens points d'un cercle assez étendu.*" CORVISART l. c. p. 50. — TESTA (l. c. p. 267.) confirmat CORVISARTII observationem, dicens: „*durch kein anders ausgezeichnetes Merkmal habe ich in manchen Fällen die Zöglinge meiner Schule zur Unterscheidung dieser Wassersammlung anführen können, und jedesmal hat sich durch die Leichenöffnung mein Urtheil bestätiget.*"

49) Varios, non semper eosdem hoc in morbo *pulsus* esse, saepius tamen parvos, debiles, frequentes obser-

tionis quasi instantis, inprimis sub motu [51]); palpebrarum, labiorum livor [52]), extremitatum frigus [53]),

vari, testatur MORGAGNI (Epist. XVI. 44.). ALBERTINUS inquit: „Pulsus itaque comparate molles, potius frequentes ac parvos (hydrocardia) sibi adjungere consuevit, ubi structura cordis, sive immodice flaccida evaserit, sive hic illic in suis fibris inceperit fracescere, sive restagnans in pericardio humor lentus, vel mere aqueus sit. Parvos vero, frequentiores adhuc, vibratos ac tensos, cum sapor ejus salinus et vellicans est. Exiles etiam, celeriores deficientesque, si tanta humoris copia in pericardio contineatur, quanta fere maxima in eo contineri potest. *At ea pulsus inaequalitate et intermittentia nunquam stipari solet, qua stipatur, dum cum eo complicantur aliqua vel plura ex antedictis vitia.*"

50) „Animi deliquium saepe (in hydrocardia) observatum fuisse; fateor scilicet ubi alterius morbi caussae non defuerant. Non vero semper illud signum subest, ita ut pro characteristico haberi posset." MORGAGNI Epist. XVI. 45.

51) „Et quamvis a mediocri quocunque locali motu ingravescat cordis motus ad tremorem accedens, et una cum eo spirandi difficultas, sive potius *apnoea*, et ad sternum oppressio, cum sensu doloris et jactatione contingat; haec tamen in aegroto, ubi moveri desiit, et quieti se tradidit, si non omnino et maxima ex parte evanescunt." ALBERTINI l. c.

52) VIEUSSENIUS (l. c.) pro signo hujus morbi proposuit *palpebrarum* labiorumque colorem ad plumbeum vergentem: sed hoc signum, inquit MORGAGNI (Epist. XVI. 46.) potest et in aliis morbis esse; nec in monacha ALBERTINI fuit.

frigus [53]), tristitia [54]), contabescentia, urina pauca rubra cum sedimento lateritio, oedema crurum [55]) et faciei [56]).

2. In femina ex hydropericardia *solitaria*, visceribus omnibus sanis, demortua, detegebatur pericardium adeo distentum, ut pulmones cooperiret, serumque ad libram unam repertum est [57]). Similes observationes alii collegerunt [58]). In Monachae cadavere praeter pericardii, a novem unciis aquae in eodem contentae, tumorem et cordis superficialem erosionem, nil morbosi repertum fuit [59]). Aperto cadavere viri (cui temo currus agitati in pectus irruerat), pericardium plenum tantae molis fuit, ut utramque thoracis cameram, ad jugulum fere usque, expleret, pulmonibus, in tanti sacci ambitu compressis, nec tamen

Autopsia cadaverum.

53) Haen (l. c.) asserit aegrum nunquam in sex postremis vitae septimanis incaluisse.

54) Vieussens l. c.

55) Haenii aeger crura habuit oedematosa ac si creparent (l. c.). Item Schaefferi (Hufeland's *Journal.* 30. *B.* 2. *St.* p. 103.) et plurimi proprii aegri.

56) „*Das ist aber merkwürdig, was ich mit Wahrheit betheuren kann, daſs ich mich kaum zweier Fälle erinnere, wo bei Wasseransammlungen in der Brusthöhle und im Herzbeutel nicht Aufgedunsenheit im Antlitz vorgekommen war.*“ Testa l. c. p. 282.

57) Sidern l. c.

58) Vieussens l. c. Valsalva apud Morgagni (Epist. XVI. 31.). Fr. Hoffmann l. c. Mazzi, Hager ll. cc.

59) Albertini l. c.

tamen duris, nec vel minimum quidem cum pleura et diaphragmate connexis. *Nullus cavitatum pleurae hydrops.* Eductae fuerunt pericardio aquae turbidae, subviridis, quadraginta et octo unciae, dein aquae rubellae unciae viginti quatuor. Nullum cordis vitium detectum fuit [60]). In nauta pulmones versus posteriora et latera compulsi, ac pleurae valde adcreti spectabantur. Supra diaphragma aliqua portio seri flavescentis fluctuabat; partes pectoris media et anteriores laterales a pericardio valde extenso et livescente replebantur, a quo aperto librae circiter quatuor aquae cruentae effluxerunt. Cordis superficies tota circumcirca villis magnis, longis latisque obducta et hirta fuit [61]). Similes casus, effluentibus e pericardio seri purulenti libris nonnullis, plus vice singula observavimus [62]). Saepius adhuc nobis hydropericardia cum hydrope cavitatum pleurae juncta obvenit. Cum aliis vidimus pericardium hic seri continuisse a libra una [63]), ad libras duas [64]), tres [65]) et quatuor [66]). Seri cruenti quinque librae in pericardio repertae sunt [67]). Peri-

60) Haen l. c.
61) Schreiber l. c.
62) Vide supra Cap. VII. §. XXIII. N. 2.
63) Lieutaud, Kinglake, Aepli.
64) Diemerbroeck, Haen, Blanckard.
65) Peyer.
66) Fabricius Hildanus, Westring, Lieutaud.
67) Lieutaud l. c.

Pericardium tali in casu tensum esset atque renitens [68]) per se patet [69]). Ex allatiis aliisque observationibus apparet, liquidum, hydro-pericarditidem efficiens, pro re nata [70]) esse limpidum [71]), spumosum [72]), ichorosum [73]), purulentum [74]), cruentum [75]), flavescens [76]), ex flavo

 viri-

68) Valsalva apud Morgagni Epist. XXXVIII. Rollin l. c.

69) Non intelligitur quo pacto Bell (*Zergliederung des menschlichen Körpers.* 1. *B.* p. 190.) hujusmodi tensionem pericardii negare potuerit.

70) In *variis morbis*, vario colore esse solet humor in pericardio collectus. Secundum Lancisium (l. c.) *flavus* est in ictericis. In homine ex pleuritide defuncto *viridescentem* observavit Lanzoni; et in femina ex variolis demortua vidit idem, ut sanguinem *rubrum*. — In serva scorbutica, ab angina enecata, plenum erat pericardium liquore *coerulescente*. In presbytero hydropico *viridis* erat. (Ex schedis Patris mei).

71) Morgagni Epist. XVI. 6. Testa l. c. p. 281. (Pericardium simile globo pellucido). Rollin, Mazzi ll. cc. Richerand (crystallinum conspexit corde translucente) l. c.

72) Morgagni Epist. XXXI. 2. (veluti aqua saponis). Huber Observ. anat. p. 32. (cum floccis mucosis innatantibus).

73) Fabr. Hildanus Obs. Cent. I. Obs. 43.

74) Morgagni Epist. XX. 57.

75) Ibid. Epist. III. 2. 26. Ep. IV. 24. 26. Ep. XXI. 3. 19. 24. 29. Ep. XXVI. 35. Ep. XXVII. 12. Ep. XXX. 10. Ep. XXXI. 2. Ep. XXXVI. 25. Ep. XLIV. 3. Ep. XLV. 23. (Saepe saepius vidi).

viridescens [77]), ex flavo-rubrum [78]), rubellum [79]), urinosum [80]), fuscum [81]), spissum [82]), lacteum [83]). Quod de illius indole acri et rodente dicitur [84]) dubiis adhuc subjectum est [85]). Quamvis nonnullae observationum supra allatarum doceant posse hydropericardiam corde omnino sano locum habere, saepius tamen contrarium contingit. Visum enim est cor simul parvum [86]), praemagnum [87]) et durum [88]), concretionibus polyposis

76) Ibid. Epist. VII. 11. Epist. VIII. 27. Epist. X. 7. Ep. XVII. 10. 21. Epist. XX. 10. Epist. XXI. 9. 30. 34. Ep. XXII. 22.

77) Bartholin l. c. p. 252. Morgagni Epist. XVI. 30. Epist. XXI. 17. Ep. XXXVIII. 30. Lieutaud l. c. Obs. 632.

78) Morgagni Epist. XXI. 33.

79) ibid. Epist. XXI. 19. Epist. XXVII. 12.

80) ibid. Epist. XXVI. 33. Epist. LXIV. 5.

81) Westring l. c.

82) Morgagni Epist. XI. 11. Epist. XVI. 17. Lieutaud l. c. Obs. 627.

83) Vieussens l. c.

84) Albertini l. c. Peyer l. c. Acta Havn. Vol. I. Obs. 89. — Sylvius Prax. med. Lib. I. Cap. XXVI. Sect. 26. — Morgagni Epist. II. 17. Ep. X. 13. Ep. XX. 53. Ep. XXI. 9. 24. 36. Ep. XXII. 24. Ep. XXIV. 34. Ep. XLII. 11. Ep. XLV. 23. — Lieutaud l. c. Obs. 612.

85) Erosiones cordis, effectus inflammationis, pro effectu seri acris pericardii habuisse videntur.

86) Testa l. c. p. 277.

87) Morgagni Epist. XX. 35. Epist. XVI. 6. Lieu-

posis refertum [89]), pseudomembranis obductum [90]), erosum [91]) visaque est aorta dilatata [92]). Testantur quoque observationes de hydropericardia cum pericardio incrassato [93]), deque collectione seri inter ipsas illius lamellas [94]). Et de corde incombustibili quaestio fuit [95]). Item de dilatatione vasorum lymphaticorum [96]).

3. Caussa communissima hydropericardiae, est pericarditis. Accedunt caussae generales hydropis [97]) et praecipue hydropis cavitatum pleurae, mediastini et pulmonum [98]); atque inter istos Caussae.

TAUD l. c. Obs. 613. 620. — TESTA l. c. p. 278 et 228.

88) WESTRING l. c.

89) MORGAGNI Epist. XX. 11. 13. — LIEUTAUD Obs. 6. 20. 631. WESTRING l. c.

90) TESTA l. c. p. 280. 281.

91) Acta Hafniensia. Vol. I. Obs. 89.

92) TESTA l. c. p. 276.

93) LIEUTAUD Obs. 612. WESTRING l. c.

94) LIEUTAUD Obs. 628.

95) PLINIUS (L. XI. C. 71.) narrat, de opinione, ac si cor morbosum, illudque hominum veneno peremptorum, comburi haud possit. Celebrata est hoc sub respectu lis inter Romanos agitata, teste TACITO (Ann. L. II. C. 72. 73.) et SUETONIO (vit. Calig. C. I.). Vide TESTA l. c. p. 263.

96) VALSALVA v. TESTA l. c. p. 269. et p. 277.

97) P. I. Vol. II. Cap. XLI. §. CLXIX.

98) Part. II. Vol. II. Sect. I. Cap. XI. §. LIV. 6. §. LV. 4. §. LVI. 5.

istos maxime graviditas 99), vitium congenitum 100), debilitas 1), scarlatina 2), variolae 3), cordis symphysis, polypi, lithiosis et dilatationes, aneurysmata aortae et morbis pulmonum 4).

§. XXXIV.

Diagnosis.

Monitum. 1. Cum in pericardio uniuscujuscunque cadaveris plus minus seri 5), verisimiliter aut ultimis vitae aut primis mortis momentis, depositi 6), inve-

99) Testa l. c. p. 288.

100) *Medic. prakt. Beiträge von* Dr. Schenk in Hufeland's *Journal* 1813. *April.* 42.

1) Ex purgante quinquagesies alvum movente, et copioso potu, monacha Albertini hydropericardiam acquisivit. Vidi eundem morbum in infantibus exhaustis.

2) Aliquoties vidi.

3) Creberrime observavi. Cfr. P. I. Vol. II. Cap. XIV. §. LXV. N. 5.

4) *Lettere del Signor* Severio Manetti, *sopra la malattia, morte e sezione di cadavere di* Ant. Cocchi. *Fir.* 1759.

5) „De tota cordis superficie et sacci id circumdantis, exsudat vapor, qui collectus aquam pericardii constituit, in foetu et jejuno homine pellucidam, decolorem et flavedine quadam tinctam. Impedit haec ne cor cum velamento concrescat, et ne ulla frictio mucronis in parietes sacci fiat." Sindern l. c. —

6) „*Fast scheint es, als könne sich selbst in den letzten Augenblicken des Lebens und selbst nach dem Tode noch Wasser in den innern Höhlen und so auch im Herz-*

inveniatur praesentia hydropericardiae non est proclamanda, nisi aut collectio seri consuetos limites excedat 7), aut serum sit purulentum cruentumve.

2. *Sym-*

beutel anhäufen; denn man findet in vielen Sections-berichten einer bedeutenden Wasseranhäufung im Herzbeutel Erwähnung gethan, wo nicht der geringste Verdacht der Gegenwart derselben während des Lebens da gewesen war." Kreysig (Op. c. 2. *Th.* p. 439.). Et Corvisart (l. c. p. 56.): „*Souvent j'ai fait remarquer dans mes leçons, que tel sujet qui, peu de jours avant la mort, ou même à l'instant de rendre le dernier soupir, avoit les extrémités gonflées et distendues par la sérosité, ne se trouvoit plus, quand on l'examinoit quinze ou vingt heures après sa mort, dans un état d'intumescence aussi marqué sur les extrémités inferieures; quelque fois même ou n'apercevoit plus qu'une légère infiltration de ces parties. Il se fait alors dans une espace de tems très court, et quoique le corps soit privé de vie, une sorte de revulsion, qui détermine, d'un côté, la disparition presque totale de l'infiltration des membres, et fait, que de l'autre part la poitrine et le péricarde se remplissent à mesure que le tissu cellulaire des extrémités se vide: on est alors très surpris, en ouvrant la poitrine, de trouver ses cavités, ainsi que celle du péricarde, plus ou moins remplies de liquide, lorsqu' on s'attendoit à les trouver tout à fait exemptes d'épanchement.*"

7) „*Si cependant l'observation prouve, que la quantité de six onces soit la plus considérable, qu'on ait trouvée dans le péricarde d'un grand nombre d'individus morts de suites de toute espèce de maladie, autre que celles que l'hydro-péricarde, ne suis-je pas en droit de con-*

Varietas symptomatum.

2. *Symptomata* hydropericardiae, maxime ob id *varia* sunt, quod, is morbus utplurimum vel cum aliis vitiis cordis, vel cum hydrope saccorum pleurae complicatus est.

Complicatio cum aliis vitiis cordis.

3. Dum *hydropericardia* cum aliis cordis vitiis *complicatur*, non solum ille hydrops, sed et haec vitia difficulter cognoscuntur: obfuscat enim unus morbus alterum [8]).

Hydropericardia solitaria et complicata.

4. Suspicamur, nisi *hydropericardiam solitariam*, saltem hydrothoracem generalem, in quo collectio liquidi morbosi in pericardio potissimam scenam ludit, dum, morbo necdum ad extremum producto, angustiae respirandi difficultatem vi superant [9]), dum pulsus cordis et arte-

clure que, lorsque cette sérosité excède six à sept onces, il excite une hydropisie de cette membrane; et même qu'une quantité moindre peut encore constituer une hydropisie consécutive?" Corvisart Op. c. p. 46.

8) Pulchre inquit Albertini (l. c.): „Hydropem pericardii ex praememoratis cordis et praecordiorum offensionibus saepe nasci dubitandum non est. Tum autem indicia illius vix ulla esse possunt, *quia confunduntur ab indiciis eorum vitiorum* modo plurium, modo paucorum, modo unius, modo alterius generis, *quibuscum copulatur.*"

9) Jam Morgagni docuit (Epist. XVI. 45.) *leviorem* in pericardii, quam in thoracis hydrope, *difficultatem* respirandi esse; quod et Fr. Hoffmann confirmavit (l. c.). Interim putarem et in hydropericardia difficultatem respirandi potius a compressione pulmonum, quam a circuitu sanguinis impedito, derivandam esse.

arteriarum jam ab initio morbi a norma deflectebat[10]), dum toto thorace percusso illius latus sinistrum dumtaxat sonum obscurum edit idque aegro stante vel decumbente supine[11]), — dum sub concussione thoracis nulla fluctuatio percipitur[12]) et aeger ipse sensum cordis in aquis natantis percipit[13]), dum cordis motus vagus [illegible] inno-

10) „ . . . *ferner stört die Brustwassersucht, von Anfang an, den Herz- und Pulsschlag nicht so wesentlich.*" Kreysig l. c. 2. *Th.* p. 639.

11) „*Quand on pratique la percussion de la poitrine soit que le malade reste à son séant soit qu'il se place horizontalement dans son lit, le son que rend cette cavité est obscur, et même nul antérieurement et à gauche dans une étendue proportionnée à la dilatation que le liquide à fait éprouver au péricarde.*" Corvisart l. c. p. 48.

12) Non recordatur Morgagni se legisse, *fluctuationem* sub concussione fuisse observatam (Epist. XVI. 46.). Caeterum praesens fluctuatio in thorace praesentiam quidem hydropis saccorum pleurae confirmaret, sed non vice versa, cum ipso in hoc malo raro talis fluctuatio percipiatur (P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. XI. §. LIV. 7.).

13) Signum, quo Senac (l. c. *livr. IV. chap.* 5. §. 356.) hydropericardiam a hydrothorace (hydrope saccorum pleurae) paulo magis posse distingui credit, est *motus undulatorius*, vel *species fluctuationis* sub *ipso cordis* motu inter tertiam, quartam et quintam costam. — Jam Galenus (De locis affectis C. V.) scripsit: „Palpitationem cordis aut per se evenire aut cum significatione quadam, *quod in humore cor ipsum moveatur.*"

innotescit [14]), dum oedema latus thoracis sinistrum exclusive occupat, dum hoc latus prominet [15]); — dumque morbi, exsudationibus in pericardio facile ansam porrigentes, praegressi aut praesentes sunt [16]).

Distinctio a symph. cardiaca.

5. Cum inter morbos hydropericardiam gignentes pericarditis praecipuum locum occupet, haecque saepe et *symphysin cardiacam* producat, quaeritur quomodo hi morbi inter se distingui possint? — Si symphysis cardiaca cum extravasato copuletur [17]), talis distinctio fieri nequit; alias symptomata generalia hydropis (familiaria quoque collectioni morbosae fluidi cujusdam in sacco pericardii), et praegressa pericarditis *acuta* (utpote

— Hercules Saxonia „cor in aquis quasi natare" edixit. — Interim Reimannus (l. c.) monuit paucos esse homines sensus tam exquisiti, ut motum undulatarium cordis indicare possint.

14) Vide supra §. XXXIII. N. 1. (47).

15) „*Dans quelques cas, le côté gauche de la poitrine est plus élevé, plus arrondi, plus bombé que le droit.*" Corvisart l. c. p. 48.

16) „*Ist eine deutlich erkannte Herzkrankheit vorhergegangen, so wird es, gegen die Behauptung der meisten Schriftsteller, gerade leichter seyn, diesen Uebergang zu erkennen, und man wird die Zufalle des organischen Herzübels leichter von denen der Herzbeutelwassersucht scheiden können, als wo letztere nicht aus jenen Fehlern entstanden ist.*" Kreysig l. c. p. 638.

17) Cap. VIII. §. XXIX. N. 1.

(utpote adhaesionibus vix tempus concedens [18])) potius *hydropericardiae* suspicionem moverent.

6. Et morborum *ductus thoracici*, symptomata hydro-pericardiae nonnunquam aemulantium [20]), memores esse juvabit. Distinct. a morb. duct. thoracici.

7. Hydropericardiae autem et *hydatides* adnumerari possunt, quae tum circa *pericardium* [21]), tum circa *cor* [22]), repertae fuere. Hydatides cordis.

§. XXXV.

18) Ibid. §. XXX. N. 1 (66).

20) „.... *eine Zerreissung der Saugadern fand vermuthlich bei dem Kranken statt, der nach heftigen und ungewohnten Leibesübungen, zuerst Beschwerden in der linken Brust und dann das Gefühl bekam, als ob etwas dort geborsten sey, und als ob eine Flüssigkeit aus dem obern Theil der Brust herab tröpfele. Dieses letztere versichert* Willis (Pharmac. ration. Par. II. Sect. I. C. 5. p. 170.) *habe man auch hören können.*" Testa l. c. p. 269. — Addit Sprengel (in nota): „*Dies scheint eine Zerreissung des Brustganges oder des Stammes der Saugadern gewesen zu seyn, wovon* Fr. Hoffmann (de succi nutrititii ex pectore stillicidio. Hal. 1710.) *und* Lentin (*Beyträge z. ausübenden Arzneywissenschaft.* 1. *B.* p. 312. 332.) *Beispiele erlebt haben.*"

21) Rolfink epitome cognoscendi corporis humani affectus. Jen. 1675. p. 16. — Bonet Sepulchr. anat. L. II. Sect. 8. Obs. 6. — Ejusdem Polyater s. Thesaurus medic. pract. T. II. L. 3. C. 24. — Bartholinus v. Bonet l. c. L. III. Sect. 37. Obs. 3. §. 12. — Cordaeus apud Bonet l. c. Sect. 21. Obs. 21. §. 14. — Heuermann *Physiologie. Kopenh.* 1751. 1. *B.* p. 202.

22) Heuermann l. c. — Bonet Op. c. L. IV. Sect.

§. XXXV.

Prognosis. Cura.

Prognosis. 1. Hydro-pericarditis *acuta* prognosin atram agnoscit. Hydropericarditis *chronica*, illam cum hydrope cavitatum pleurae ex vitiis cordis [24]) communem habet.

Cura. 2. De *cura* hydrocardiae acutae jam diximus [25]). Illa hydrocardiae chronicae, ex principiis adversus hydrothoracem in genere traditis [26]), quoad fontem therapeuticum, repetenda est. Ex fonte chirurgico *perforationem pericardii* a Riolano

12. p. 563. — Morgagni (Epist. XXV. 15. ad apicem cordis). Cfr. Epist. III. 26. XXI. 4. — Wepfer in Miscell. Nat. Cur. Dec. III. A. 10. Obs. 121. p. 314. — David Price in *Medico-chirurg. transact. published by the medical chirurgic. Society of London. T. XI. P.* 2. *A.* 1821. — Testa l. c. p. 238. (Hydatis in ipsa cordis substantia apud puerum, adspectu sanissimum, et derepente demortuum. Aderat, simul symphysis cardiaca partialis).

24) P. II. Vol. II. Sect. I. C. XI. §. LIV. uxor professoris quondam chirurgiae in universitate Vilnensi Briotet, constanter signa dilatationis cordis exhibebat, quibus repetitis vicibus illa hydropericardiae supervenere. Ter quaterve illam orci faucibus eripuimus infusione foliorum digitalis purpureae cum liquore terrae foliatae tartari et oxymelle scillae, cujus pharmaci ope urinae, prius paucissimae, ad libras plures, fluebant. Obiit tandem jam vetula a. 1812. me absente, nullaque instituta cadaveris sectione!

25) Cap. VII. §. XXVII. 2.

26) P. II. Vol. II. Sect. I. C. XI. §. XLVII. N. 4.

LANO et a SENAC [27]) propositam, a DESAULT [28]) et LARREY [29]) institutam, et a RICHERAND haud rejectam [30]), tum ob incertudinem diagnoseos, tum ob facilem complicationem cum aliis morbis, tum ob incertam nobilissimi visceris sedem, nemini commendabimus.

CAPUT

27) Op. c. T. II. p. 365.: „*On ne doit choisir, pour plonger un troiscard dans la poitrine, l'espace qui est entre la troisième et la quatrième côte du coté gauche. Il faudrait porter la pointe de cet instrument à deux pouces du sternum, le pousser obliquement vers l'origine du cartilage xyphoide et le conduire le long des côtes, c'est à dire, qu'on doit s'en éloigner le moins qu'on le pourra. En marchant par cette voie, on ne blessera ni l'artère mammaire, ni le coeur, ni le poumon.*"

28) Id est, DESAULT putabat se pericardium perforasse, sed re ipsa aperuit dumtaxat *saccum*, ex membrana quae marginem pulmonis sinistri cum pericardio jungebat, constitutum, et sero repletum. (Legitur haec memorabilis historia in operibus Chirurgicis DESAULTII et apud CORVISART l. c. p. 57.).

29) *Bulletin des sciences médicales* 1810. *T.* 6. *N.* 37. p. 255.

30) „RICHÉRAND (l. c.) *appuye sur l'heureux succès d'une opération de cancer, où il enleva à la région du coeur les côtes et la pleure, propose dans l'hydropisie du pericarde de pratiquer une ouverture au devant du coeur, qui permettroit non seulement d'évacuer l'eau dans laquelle le coeur est plongé, mais encore de guérir radicalement la maladie en déterminant l'inflammation adhésive de surfaces, par des procedés analogues à ceux dont on fait usage pour la cure du hydrocèle.*"

Caput X.

De polypo cordis.

§. XXXVI.

Definitio. Literatura.

Definitio. 1. Dicitur *polypus cordis*, corpus membranaceum, fibrosum, nunc in ventriculis, nunc in auriculis hujus visceris (utplurimum aliunde morbosi), radices agens, rarissime libere fluctuans, aegrosque tot symptomatibus, quot ex intercepto plus minusve sanguinis circulo expectari possunt, mox continuo, mox periodice, angens, haudque raro inopinate jugulans [1]).

Literatura. 2. De polypo cordis scripserunt: Bauhini [2]), Severinus [3]), Willisius [4]), Cousin [5]), Benivieni [6]), Blancard [7]), Panarolus [8]), Smetius [9]),

1) Germ. *Herzpolypen.*

2) Theatrum anatomicum. Francf. 1605. Tab. IX. fig. 1. 2.

3) Lib. de nov. obs. absc. p. 285.

4) Pathol. cereb. C. 9.

5) Nov. asthma. hist. 2.

6) De abdit. morb. et curat. caus. C. 35.

7) Anat. pract. rat. Amstel. 1688. Cent. I. Obs. 20. p. 51. Obs. 21. p. 53. Obs. 39. p. 90. Obs. 77. p. 160.

8) Iatrologism. Pentecost. I. Obs. 48.

TIUS [9]), MANGET [10]), HARDER [11]), KERKRING [12]), BERGER [13]), PECHLIN [14]), LOWER [15]), ALBINI [16]), ROSSEN [17]), STALPERTUS VAN DER WIEL [18]), BALLONIUS [19]), TULPIUS [20]), PISSINI [21]), BARTHOLINUS [22]), SCHENK [23]), RIVERIUS [24]), MALPIGHI [25]), WEPFER [26]), BLASIUS [27]), BONETUS [28]), PEYER [29]), ZOLLI-

9) Miscell. med. L. X. p. 523.
10) Biblioth. anatom. Genev. 1685. Vol. II.
11) Apiarium observat. Basil. 1687. p. 55.
12) Specil. anatomicum. Amst. 1670.
13) Diss. de cordis polypis. Vitemb. 1689.
14) Observ. physico-med. Lib. III. Hamb. 1691.
15) De corde. C. 2. p. 136. Amstel. 1669.
16) Diss. de polypis. Frcf. 1695.
17) Diss. de polypo cordis. L. B. 1693.
18) Obs. rar. Cent. I. Obs. 38. p. 151.
19) Epidem. et ephemerid. Paris 1640. Lib. II.
20) Observ. med. Lib. I. Cap. 27. p. 51. Tab. II.
21) Epistola de cordis polypo, ad cal. libri de diabete. Mediol. 1654.
22) Histor. anat. rarior. Cent. III. histor. 17. T. II. p. 40. fig. 1. 2. 3.
23) Observ. med. rarior. Lib. II.
24) Observ. Cent. I. Obs. 82.
25) De polypo cordis. Opp. Lond. 1686. T. II. et Tract. de viscerum structura. Bonon. 1666.
26) Observ. anatom. de apoplex. Amstel. 1671. p. 124.
27) Observ. med. rar. Amstel. 1676. P. 5. Obs. I. p. 73. Tab. VIII. fig. 1. 2.
28) Sepulchr. anat. Lib. I. Cap. 1. Obs. 14. Lib. IV. Cap. 8. Obs. 14. Cap. 11. Obs. 5. 6. Lib. III. Cap. 21. Obs. 3. Lib. IV. Cap. 1. Obs. 13.
29) Parerga et methodus hist. med. anat.

ZOLLICOFER [30]), SNELL [31]), CRUYSKERKEN [32]), GOHL [33]), HOMBERG [34]), BONTIUS [35]), RAMAZZINI [36]), LANCISI [37]), ALBERTI [38]), LUDOLF [39]), SCHACHER [40]), GÖTZ [41]), GRATELOUP [42]), MORAND [43]), KNIPS-MACOPPE [44]), BÖHMER [45]), ANDREAS PASTA [46]), NEGRI [47]), TEICHMAYER [48]), BOER-

30) Diss. de polypo cordis. Argent. 1685.

31) Diss. de polypo cordis. Giess. 1702.

32) Diss. de polypo cordis. L. B. 1705.

33) De cordis polypis ex neglectis haemorrhoidibus. Berol. 1710.

34) *Mem. de l'acad. de sciences des Paris.* 1704. p. 159.

35) Medicina Indorum. Obs. 8. p. 86.

36) Constit. Epid. A. 1691. §. 21. Opp. omn. Genev. 1717. p. 171.

37) Op. cit.

38) De polypo cordis. Hal. 1724.

39) De polypo cordis. Erf. 1727.

40) Programma de polypis. Lips. 1721.

41) De polyposis concretionibus variorum in pectore morborum caussis. Altd. 1726.

42) Diss. de polypis cordis. Argent. 1731.

43) *Mém. de l'acad. des sciences* 1732. p. 432.

44) De aortae polypo. Brix. 1731.

45) Obs. anat. rarior. Fasc. I. in Praefat. pag. XII. Not. Et: diss. de praecavenda polyporum generatione. Hal. 1736. in HALLERI Collect. disp. pract. Vol. II. p. 625.

46) Epistolae duae, altera de motu sanguinis post mortem, altera de cordis polypo in dubium revocato. Bergam. 1739.

47) Theses de polypis praecordiorum. Ticini 1776.

48) Instit. med. Jenae 1741. P. II. Sect. 7. Cap. I.

Boerhaave [49]), Fr. Hoffmann [50]), Langguth [51]), Senac [52]), Heister [53]), Haller [54]), Huber [55]), Vaughan [56]), Consbruch [57]), Störk [58]), Götzke [59]), Home [60]), Bader [61]), Lieutaud [62]), Morgagni [63]), Cheston [64]), Fantoni [65]), Hewson [66]), Sel-

49) Op. c. p. 540.

50) System. med. ration. T. III. Sect. I. Cap. 7. §. 44.

51) Respon. S. G. Eichler de polypo infantis rhachitici disputatio. Vitemb. 1744. in Halleri collect. disp. ad hist. morb. fac. T. VI. p. 303.

52) Op. c. *Livr.* 4. *Chap.* 10.

53) *Med. chir. und anat. Wahrnehm. Rost.* 1753. 2. *B.* p. 62. 132. 296. 460. 871.

54) Elem. physiol. Vol. II. p. 16.

55) Observ. anat. Casell. 1760. p. 33.

56) Diss. de polypo cordis. Edinb. 1761.

57) In diss. fascic. Observat. med. Stutg. 1717.

58) Annus medicus I. p. 118. II. p. 236.

59) Casus medicus practicus de polypo cordis, cum nimia palpitatione cordis, Annot. pract. et animadv. anat. Spir. 1764.

60) *Med. facts and Experim.* p. 132.

61) Observ. medicae, incisionibus cadaver. anatomicis illustratae. Friburg. 1762. Obs. I. p. 196.

62) Hist. anat. med. T. II. p. 153.

63) De sed. et causis morborum. Epist. XXIV. 25. Epist. LII. 34.

64) *Pathol. inquiries and observ. in Surgery. Gloc.* 1766. Vers. Germ. Gothae 1780. edit. *Lond. medical Journ.* 1785. p. 225. v. *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 9. *B.* p. 226.

65) Observ. anat. med.

SELLE [67]), HAEN [68]), STOLL [69]), BACH [70]), CLIFTON WINTRINGHAM [71]), JOS. PASTA [74]), MAINCOURT [75]), BORSIERI [76]), KINGLAKE [77]), RICHTER [78]), DIETRICH [79]), WICHMANN [80]), TIEDEMANN [81]), GÄRTNER [82]), WOOD [83]), THOMANN [84]), HAR-

66) *Exper. inquiries. P. II.* p. 192. v. *Samml. auserl. Abhand. f. pr. Aerzte.* 4. *B.* p. 250.

67) *Beyträge z. Arzneywissenschaft.* 2. *Th.* p. 36.

68) Rat. med. P. II. Cap. 7. P. IX. Cap. 2.

69) Rat. med. Vol. I.

70) In BALDINGER's *neues Magazin.* 12. *B.* p. 455.

71) De morbis quibusdam Commentarii. Lond. 1782. v. *Samml. auserl. Abh. f. pr. Aerzte.* 8. *B.* p. 199. §. 11.

74) De sanguine et sanguinis concretionibus per anatomen indagatis. Berg. 1786.

75) De sanguineis lymphaticisque male polypis dictis, concretionibus in corde. Par. 1789. v. HUFELAND *der Franz. A. W.* 1. *B.* p. 344.

76) Instit. med. pract. Mediol. 1789. Vol. IV. P. I.

77) *The London medical Journal* 1789. *Vol. X. P.* 4. p. 341. v. *Samml. auserl. Abh. f. pr. Aerzte.* 13. *B.* 3. *St.* p. 385.

78) *Chir. Bibliothek.* 6. *B.* p. 167.

79) In *Archiv der pr. Heilkunde für Schlesien.* 3. *B.* 2. *St.* p. 164.

80) *Ideen zur Diagnostik. Hannov.* 1797. 2. *B.* §. 81. p. 162. 188.

81) Diss. de polypis cordis. Marb. 1804.

82) Diss. de polypo cordis in specie infantum. Würceb. 1810.

83) *The med. and surgical Journal. Vol.* 10. p. 52.

84) Annales Instituti Clinici Würceburgensis. T. II. p. 99.

Harles[85]), Łukomski[86]), Nasse[87]), Rosołowski[88]), Deegen *) aliique[89]), praeter auctores recentes de morbis cordis[90]).

N 2 §. XXXVII.

85) *In den Zusätzen zu* Scarpa's *Werk über die Pulsadergeschwülste. Zürich* 1808. et: Hufeland's *Journ. d. pr. Heilkunde.* 6. *B.* p. 559.

86) De statu et conditione militum morbis cordis gignendis idonea. Vilnae 1815.

87) *Zur Kenntniſs der Herzpolypen* in Horn's *Archiv f. med. Erfahr.* 1818. *July, August* p. 116.

88) Diss. de polypo cordis. Vilnae 1818.

*) Diss. de polypo cordis. Hal. 1821.

89) In *philosophical Transactions. Lond.* 1688. Mens. Aug. N. 188. 1712. N. 335. — Miscell. Nat. Cur. Dec. I. A. I. Obs. 28. A. 2. Obs. 133. A. 4 et 5. Obs. 31. Dec. II. A. 3. Obs. 154. A. 6. Obs. 232. A. 10. Obs. 174. Dec. III. A. 1. Append. p. 118. A. 2. Obs. 16. 18. 178. 185. 189. A. 3. Obs. 24. 166. A. 9 et 10. Obs. 156. 161. — Ephem. Nat. Cur. Cent. I. Obs. 171. Cent. III et IV. Obs. 114. 142. Cent. V. Obs. 86. Cent. IX. Obs. 17. — Acta N. Cur. Vol. II. Obs. 90. Vol. IV. App. p. 113. Vol. V. Obs. 106. — Acta Helvetica Vol. II. p. 123. Acta erudit. Lips. a. 1713. p. 449. — *Breslauer Samml.* 1717. p. 307. 435. 1722. p. 389. 1723. p. 325. — *Hist. de l'acad. des sciences* 1750. — *Journal de physique* 1782. *Decembr.* — Nov. Acta N. Cur. T. I. p. 6. — Hufeland's *Journal.* 1. *B.* 2. *St.* p. 162. — *Med. Comment. by* Duncan. *Dec. II. Vol.* 4. p. 401. v. *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 13. *B.* p. 689. Horn's *Archiv f. med. Erfahrung* 1810. *Janv.* p. 28. 52. *Journal général de méd. par* Sédillot. *T.* 36. p. 288. — *Journal général de méd. par* Corvisart 1812. *Juin.* p. 172.

§. XXXVII.

Symptomata. Autopsiae cadaverum.

Symptomata.

1. Aegri, qui defuncti polypos cordis exhibebant, experiebantur, nunc continuo nunc per insultus: dolorem sub sterno [91]), et ad epigastrium [92]), dyspnoeam [93]), angustias summas [94]), pulsationem [95]) cordis, interdum cum peculiari rumore [96]), eamque ad regionem epigastricam *), quid quod ad umbilicum **) propagatam, alias nullam ***), pulsum parum frequentem [97]), modo irregularem [98]), exilem [99]), modo regularem [100]), chor-

90) Corvisart l. c. p. 658. Testa l. c. p. 299. Burns l. c. p. 220.

91) Malpighi, Cheston (initium morbi sub deambulatione, inprimis post pastum).

92) Ego (Acta mea Clinica) Testa l. c.

93) Fr. Hoffmann l. c. Kinglake, ego (Acta mea Clinica) inspiratio exspiratione longe facilior.

94) Fr. Hoffmann l. c. Deerat in aegro Nassei l. c. p. 119.

95) Fr. Hoffmann, Wichmann.

96) Cheston (ac si aqua baculo percuteretur).

*) Acta mea Clinica, Testa.

**) Bontius (Instar ictus foetus utero reclusi).

***) Cheston (nec cordis palpitatio normalis percipi poterat).

97) In sexagesima horae parte 80. ictus (Łukomski l. c.) 56. (Acta mea Clinica).

98) Wichmann, ego (sub inspiratione v. Acta mea Clinica).

chordae instar metallicae tensum [1]), saepissime variabilem [2]); vibrationem abnormem omnium arteriarum lateris sinistri [3]); jugularium dilatationem [4]) et oscillationem [5]); cephaleam [6]), anginam [7]), dyphagiam [8]), tussin saepe cum sputis cruentis [9]), decubitum dumtaxat in dorsum, supine [10]), capite elevato [11]), vel antrorsum flexo trunco [12]), prono corpore [13]) concessum; torporem

99) Fantoni l. c. Obs. 19. p. 52. Cheston — *Philosoph. Transact. N.* 481. p. 285. 1746.

100) Ego v. Diss. Lukomski.

1) Malpighi l. c.

2) Senac l. c.: „*on voit par là que de tous les effets que produisent les polypes, il n'y a que l'inégalité variable de pouls qui puisse nous faire soupçonner qu'il y a dans le coeur des concrétions polypeuses.*" Pulsus tamen plane normalis fuit, in aegro Testa l. c. p. 307. Nasse l. c. p. 119.

3) Non excepta arteria dorsali pedis.

4) Malpighi l. c.

5) Homberg.

6) Homberg (cum agrypnia), Cheston.

7) Kinglake.

8) Ego (Acta Clinica) sub paroxysmo.

9) Cheston (cum raucedine), Wichmann (cum sputo rubello) ego (v. Lukomski et act. m. Clinica) Testa, Burns (cum sputo sanguinis).

10) Acta mea Clinica.

11) Vieussens l. c. p. 107.

12) Wichmann.

13) Ego in milite Vilnae *sic* a mense Novembris A. 1813. in Nosocomio Sti Ignatii usque ad 21. Januarii

rem brachii sinistri [14]), extremitatum frigus [15]), soporem [16]) et syncopem [17]).

Autopsiae cadaverum.

2. Repertus est polypus, substantiae corneae, albae et in gyros collectae, parte superiore caput corpusque serpentis referens, inferiore vero bifida, et in plurimos postremo soboles divisa, sinistro cordis ventriculo adcretus [18]); — alter, qui radicibus suis inhaerens carneis cordis sinistri fibris, bifido trunco non minus arteriam aortam quam venosam penitus obturaverat [19]); — alter qui utrumque ventriculum et auriculam utramque occupabat, ramosque suos varie divisos in vasa pneumonica et arteriam aortam emittebat [20]); — alter utrumque ventriculum cordis, magnitudinis bovini, adimplens [21]); — alter cavum ventriculi cordis dextri replens, in medio, foramine, per quod sanguis ad arteriam pulmo-

1816. diu noctuque decumbentem. (v. ROSOŁOWSKI l. c.).

14) MALPIGHI l. c.

15) LANCISI de morte subitanea. L, II. Obs. 4. Acta mea Clinica. CHESTON (cum levi oedemate).

16) TESTA l. c. p. 310.: „*Andere, bei denen die Polypen die Höhlen des Herzens ausfüllten, starben schlummersüchtig.*“

17) MALPIGHI, SENAC, KINGLAKE.

18) SEVERINUS l. c. similis fere apud WILLISIUM videre est.

19) TULPIUS l. c.

20) BARTHOLINUS l. c.

21) COUSIN l. c.

pulmonalem transiebat, instructus [22]); — alter fibras cordis distendens [23]); — alter, ramos in quatuor vasa magna emittens, corde simul praemagno, complanato, auricula dextra varicosâ et ventriculum magnitudine aemulante [24]); — alter, ventriculum cordis dextrum, valdopere dilatatum, inhabitans, cum illius fasciculis contextus [25]); — alter, atrium cordis dextrum detinens, ventriculo sinistro maxime dilatato, veluti cartilagineo, valvulisque semilunaribus denticulatis [26]); — alter parietibus extenuatis, duplicis quam par est voluminis, adhaerens, in aortam ad longitudinem duorum pedum penetrans [27]); — alter, superius ex trabibus ventriculi dextri emergens, circiter duas tertias partes hujus cavi adimplens, in venam cavam superiorem et inferiorem atque in arteriam pulmonalem intrans, auriculâ dextrâ simul dilatatâ, tenui, notisque inflammationis insignitâ [28]); — alter, multiplex, fibrosus, adipe circumdatus, auriculae cordis dextrae et ventriculo adcretus, pericardio sero repleto, et trunco arteriae pulmonalis a concretione

22) Boerhaave l. c.

23) Boerhaave l. c. p. 541.

24) Fantoni l. c. Obs. 8.

25) Fantoni l. c. Obs. 9.

26) Vieussens l. c.

27) Homberg l. c.

28) Cheston l. c.

tione calculosa obliterato [29]); — alter, firmus, albus, orificium ventriculi sinistri occludens, in aortam penetrans, pericardio, fere cartilagineo, pulmonibusque adhaerente, corde praemagno et atrio illius dextro adeo amplo, ut secundum cor continere potuisset [30]); — alter ex flavo albescens instar ligamenti, nidulans in ventriculo dextro cordis, cujus substantia erat admodum rubra, dura, cum atrio cordis anteriore et vena cava descendente dilatatis, orificio arteriae pulmonalis indurato, angusto et aorta punctis osseis notatâ [31]); — alter steatomati similis [32]); — alter, instar polypi narium, sat conicus, in atrio dextro, dilatato, ortum ducens, et in ventriculum contiguum pendulus adeoque cum eo concretus, ut cor et magnam pulmonum partem, appensa, sustinere valeret [33]); — alter, longitudinis pollicis, in ventriculo cordis sinistro septo firmiter adhaerens, in medio suo abscessum includens, arteriis coronariis ossificatis [34]); — alter substantiae membranaceae, tenacis, longitudinis trium pollicum, unius vero pollicis latitudinis, apicem bipartitam offerens, in ventriculo cordis dextro

29) Kinglake l. c.

30) Testa l. c. p. 304.

31) Testa l. c. p. 308.

32) Riverius l. c. Cfr. Wichmann et Baillie (*Anat. des krankh. Baues* p. 13.).

33) Burns l. c. p. 226.

34) Burns l. c. p. 230.

dextro ita libere fluctuans, ut una extremitas ostio venoso, altera arterioso responderet, quin vel in corde vel circa illud, quod contra normam fuisset detectum sit[35]); — alter instar gemmae rosae evolutae, filamentis tribus ventriculo dextro (cujus superficies interna nulla inflammationis indicia exhibebat) adhaerens, tubo intestinali simul carcinomatico[36]); — tandem alter in atrio cordis sinistro, albus, valde compactus, cum basi quinque lineas lata, in duplicem ramum fissus carneis tendineisque fasciculis ipsius cordis radicitus implantatus, in coni formam assurgens, quadruplici ramo ad ostia venarum pulmonalium tendens, adeo ut longitudine duos circiter pollices, maxima latitudine novem lineas adaequaret; cavum pericardii sex circiter uncias fluidi serosi flavescentis continebat; ipsum pericardium basi cordis multiplici nexu adhaerebat; viscus hoc caeterum sanum erat[37]).

§. XXXVIII.

C a u s s a e.

1. Mares longe magis quam feminas polypo cordis Praedisponentes.

35) Ego in Act. Clin. l. c. (Arteria thyreoïdea inferior originem suam nequaquam a carotide sed ab arteria innominata trahebat. Turgebat praeterea atro sanguine vena subclavia sinistra nec non jugularis ejusdem lateris).

36) Nasse l. c. p. 124.

37) Łukomski l. c. (in aegro de quo supra N. 1 (97)).

cordis (interdum veluti epidemico [38])) subjiciuntur [39]). Nulli aetati ille addictus est. Nexum habere videtur cum psora [40]), epilepsiâ [41]), maniâ tum feroci [42]), tum fatua [43]), tum melancholica [44]), cum vitiis pulmonum [45]), hydrope [46]), [illegible] calculo

38) Ait PISSINI: „Per autumni praesentiam anni 1648. constitutionem adeo frequenter polypi isti in corde inventi sunt, ut ex *quindecim*, qui ex maligna febre interierunt, diligentissime hucusque dissectis, *duodecim* cordis polypo laborasse deprehensi sint."

39) Inter septemdecim hujus morbi exempla numeravi duodecim mares et quinque feminas.

40) FANTONI l. c. Obs. 8.

41) VIEUSSENS l. c. p. 107. — GREDING *Sämmtliche Schriften*. 1. *B*. p. 350. (in octo epilepticis polypos adiposos in utraque auricula cordis detexit).

42) GREDING l. c. (in duodecim maniacorum furiose delirantium cadaveribus).

43) GREDING l. c. (in novem fatuis polypos in auricula dextra).

44) SILBERMANN praes. MECKEL Diss. de promovendis anatomiae pathologicae administrationibus. Hal. 1790. p. 8.

45) HOMBERG l. c.

46) BAUHINI (apud G. HORSTIUM Opp. T. I. p. 141) monet: „si dabitur hydropici vel phthisici, diligenter cordis ventriculos inspicias, aliquoties enim excrescentiam ramosam reperi per vasa in pulmones delatam." Idem observare licuit WEPFERO, qui feminam ascite et anasarca diu aegrotantem, tandemque fatis concedentem, aperuit invenitque cordis sinistrum ventriculum et aortam a contentis polypis in insignem

calculo bilioso [47]), diarrhoea [48]), haemorrhoidibus [49]), et suppuratione mammae [50]). Cavitas cordis dextra prae sinistra polyporum evolutioni favere videtur [51]).

2. Secuta est *evolutio* polypi cordis: ictum super pectus [52]), lapsum in latus sinistrum [53]), graves labores [54]), cursum ac potum liquorum fermentatorum [55]) et aquae frigidae aestuante corpore [56]), nec non animi pathemata [57]). Addunt lipothymias [58]), forte magis effectum quam caussam polypi. Excitantes.

3. Generatio polyporum cordis derivata est: ex coagulo cruoris [59]), ex crusta phlogistica sanguinis [60]), Proxima.

magnitudinem extensos (Diss. de apoplexia p. 200.). Et Senac l. c. p. 464.

47) Cheston l. c.

48) Testá l. c. p. 310.

49) Acta mea Clinica l. c. Gohl l. c.

50) Kinglake l. c.

51) Haller de corp. humani fabr. T. III. p. 41. Nasse l. c. p. 132.

52) Kinglake l. c.

53) Testa l. c. p. 304.

54) Ego v. Łukomski diss.

55) Acta mea Clinica l. c.

56) Nasse l. c.

57) Senac l. c. p. 461. Testa l. c. p. 307.

58) Salius Diversus de Syncope cardiaca. Senac l. c. p. 464.

59) Veteres fere omnes. Adhuc Busserio caussa proxima polypi visa est esse *motus sanguinis imminutio-*

guinis [60]), ex succis lymphaticis et globulis sanguineis [61]), ex depositione substantiae organicae ad parietes cavitatum cordis aliunde aegrotantis [62]), et ex lympha coagulabili vi inflammationis

nem sive *quietem.* (Inst. Med. T. IV.): „lipothymia, inquit et multo magis syncope, inter primas caussas remotas (polyporum) spectant.“ In iis animalibus, quae ob venenatum viperarum morsum interierunt, congelationes sanguineas esse inventas, testatur Redi (*Osservazioni intorno alle vipere.* 1664. p. 59.).

60) Malpighi l. c. p. 66—74. (Credit crustam inflammatoriam esse matrem polyporum).

61) „. . . . *Nous pouvons determiner qu'elle est la matière des polypes. Ceux qui sont blancs sont composés des sucs lymphatiques et des autres sucs blanchâtres qui se sont épaissis, ou plutôt qui se sont condensés, en se séparant des molécules rouges. Mais les polypes rouges sont un tissu ou un composé surtout de deux matières, sçavoir de la lymphe et des globules du sang.*“ Senac l. c. p. 447.

62) Burns l. c. p. 221. „*Im gesunden Zustande verweilet das Blut weder in dem Herzen noch in den Gefässen; es ist in beständiger Bewegung und kreist nach dem Zustande seiner Behälter mehr oder minder schnell. Niemals bleibt es im normalen Zustande mit den Wänden des Herzens so lange in Berührung, daſs es durch die Einwirkung derselben verändert werden könnte. Wenn aber bei Krankheiten des Herzens eine Störung seiner Verrichtungen entsteht, so wird das Blut in den Höhlen dieses Organes länger, als sonst und als es sollte, zurückgehalten, und es erleidet dann durch seine Einwirkung auf das Herz und durch die Reaction des letzteren eine Veränderung, welcher zufolge sich aus ihm*

nis exsudata ac in pseudomembranam conversa [63]), quam ultimam opinionem et nos, analogiae inflammationum cavitatum narium, tracheae, intestinorum uteri, vesicae urinariae (quatenus etiam productiones polyposas largiri solent) innixi, amplectimur.

§. XXXIX.

D i a g n o s i s.

1. Debet vero iste *legitimus polypus cordis*, Distinctio. probe a simplici coagulo fibrillae sanguinis (*polypus spurius*) distingui. Ille in vivo homine, nisi ut caussa primaria morbi, saltem ut memorabilis ejus effectus exsistit; hic dumtaxat aut ultimae vitae momentis, aut brevi post mortem efformatur. Conciliatur sic famosissima lis circa quaestionem *utrum polypus cordis in homine vivente locum habeat, aut mortis sit productum.* Primam opinionem defenderunt MALPIGHI, MANGET, PECHLIN, PEYER, BOERHAAVE, HALLER, LANCISI, CHESTON, KINGLAKE, HAEN, SELLE,

ein neu organisirter Stoff an die Wände der Herzhöhle, worin diese Veränderung vorgeht, absetzt."

63) CHESTON *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 11. *B.* p. 241. KREYSIG op. c. 2. *Th.* p. 396. TESTA l. c. p. 306.: „*Der Zusammenhang der ächten Polypen mit den Entzündungen, aus denen sie entstehen, wird desto deutlicher, je mehr wir an die Aehnlichkeit derselben mit den widernatürlichen Häuten, sehr gewöhnlichen Folgen der Entzündung, erinnert werden.*"

Selle, Wichmann, Maincourt, Thomann, aliique; alteram sustinerunt Kerkring, Lieutaud, Andreas et Josephus Pasta, Baillie et Bichat. Sicuti vero distinctio polypi legitimi a spurio in theoria facilis est, ita difficilis in praxi. Neque id mirum; re enim ipsa pseudomembranae (polypi legitimi) ex fibrina sanguinis (origine polyporum spuriorum) generantur [64]. Praeterea in cadaveribus praesentia unius illam alterius non excludit. Nihilominus vix errabimus praesentiam *polypi legitimi* admittendo: 1° dum corpus polypiforme cordis auriculis aut ventriculis firmiter adhaeret ac in iis radices agit; aut 2° dum illud corpus, a basi sua revulsum, libere fluctuat, quin caeterum morbosi quid, ex quo de aegroti angustiis aliter ratio reddi posset, in cadavere invenitur [65]; 3° dum corpus polypiforme adspectum organicum, colorem album seu flavum habet, firmum, cellulosum, adiposum, carnosum est, a parte rubra sanguinis non circumdatur, sed potius propriis vasis sanguiferis instruitur [66]; 4° dum morbus sub rerum posi-

64) Pulchre ait Voigtel (*Handbuch der pathologischen Anatomie.* 1. B. p. 410.): „*Die Entstehung beiderlei Arten der Polypen des Herzens und der Arterien und beider Stoff, ist gewifs einerley. Es ist gerinnbare Lymphe des Blutes.*"

65) §. XXXVII. N. 2 (35).

66) Haec vasa a Malpighio animadversa, a Valsalva et a Morgagnio negata, ipse non vidi. Ait vero

positionibus, alias evolutioni polypi cordis faventibus, exortus est [67]); et 5° dum oppressio dolorifica sub sterno, motus abnormis cordis, suffocationis periculum sub determinata corporis positione, accessus dyspnoeae et angoris periodici, atque lipothymiae observantur.

2. Scias vero inter istiusmodi symptomata non solum nullum dari quod *pathognomonicum* dici posset, sed nequidem ea inveniri, quae simul sumta diagnosin polypi cordis, certam redderent. Omnes enim cordis et vasorum majorum morbi, qui sanguinis circulum intercipere ac hujus musculi motum impedire queunt, symptomata, illis polypi similia, gignere valent [68]). Nec satis! etiamsi signa polypi cordis plus minus certa darentur, illa, a symptomatibus aliorum morborum, cum quibus polypus ille utplurimum societatem inire solet [69]), necessario obfuscari deberent. Symptomatum incertitudo.

3. Quodsi

(Testa l. c. p. 301.): „*was mich betrifft, so bin ich vom Daseyn dieser Gefäſse überzeugt, weil ich sie nicht allein in den widernatürlichen Häuten, die auch eine Folge der Entzündung sind, sondern auch in der Speckhaut des Blutes bemerkt habe.*"

67) §. XXXVIII. N. 1. 2.

68) „*Il ne sera donc pas facile de connaitre les polypes dans le corps vivant, parceque leurs effets sont les mémes que ceux des obstacles qui s'opposent au cours du sang dans le coeur.*" Senac l. c. p. 470.

69) Ad illos morbos potissimum dilatationem ventriculorum cordis spectare ex tradita autopsia cadaverum

De sede polypi.

3. Quodsi medicus suspicionem de praesentia polypi cordis patefaciat, nil impedit, quominus, praeeunte SENAC [70]), conjecturam ad *ipsam peculiarem sedem polypi indicandam* extendat. Nisi enim in loco indicato polypus inveniatur, saltem alterius generis obstaculum ibi expectandum erit. Denunciant tale quid in *auricula aut ventriculo cordis lateris dextri* — signa indicantia difficultatem depletionis *venae cavae*, hinc, quoad *descendentem* illam, oscillatio jugularium dilatatarum, livor faciei, vertigo, — quoad *adscendentem*, tumor hypochondrii dextri, dolor abdominis, diarrhoea; et in genere absentia signorum congestionem circa pulmones indicantium. E contrario si obstaculum in *auricula* aut *ventriculo cordis lateris sinistri* haereat, expectanda sunt signa quae impedimentum depletionis *venarum pulmonalium* indicant, inter quae praeprimis dyspnoea, tussis, cum sputis cruentis. Debet quoque ex pauca in aortam perducto sanguine, pulsus esse exilis, nullus, unde lipothymiae expectandae sunt.

Vermes cordis.

4. *Vermes* sic dicti *cordis*, formae teredinum [72]),

apparet. Confirmatur praeterea a STEWART in *the Edinburgh medical and surgical Journal* 1817. *N.* 50. *April.* (Aeger dolorem hypochondrii sinistri ac si morbus lienis adesset, et dolorem scapulae lateris quoque sinistri experiebatur. Improviso mortuus est).

70) l. c. p. 472.

num [72]), cimicum [73]), ascaridum [74]), et serpentum [75]) procul dubio nil aliud nisi polypi fuerunt. Ad hos quoque spectant *excrescentiae* nunc *verrucosae* ad superficiem internam ventriculi dextri cordis, — nunc *condylomaticae* et *spongiosae* ad superficiem cordis externam; nunc *sarcomatosae* ad orificium aortae [76]). Reperiuntur praesertim in syphiliticis. Cum adeo parvae sint ut circulum sanguinis vix aut ne vix quidem impedire possint, peculiaria symptomata inde non expectamus.

§. XL.

72) Boneti sepulchr. Anat. Lib. I. Sect. 18. Obs. 6. Lib. II. Sect. 11. Obs. 3. §. 1 et 2. Lib. IV. Sect. 1. Obs. 62. — Schenk Observ. Med. Lib. II. p. 193. — Below Diss. de vermibus intestinalibus. Lugd. Bat. 1691. — Miscell. Nat. Cur. Cent. VIII. Obs. 1. — Boerhaave l. c. p. 497. — Lieutaud l. c. Lib. II. Sect. 2. Obs. 572—574. T. II. p. 176.

73) Zacutus Lusitanus Prax. mirab. Lib. I. Cap. 139.

74) Andr. Spigelius de Lumbrico lato. Pat. 1618. Cap. 5. — Bonet l. c. Lib. II. Cap. 7. Obs. 163. *Histoire de l'académie des sciences. A.* 1700. *Obs.* 10. — Palfin *Anat. du corps humain. Par.* 1753. *T. II. Chap.* 3. — Le Clerc hist. natur. et med. latorum lumbric. Cap. 13.

75) Zacutus Lusitanus l. c. L. I. C. 140. — Marc. Aurel. Severinus de recond. abscessuum natura. Neapol. 1632. p. 281. — Bonet l. c. Lib. II. Sect. 4. Obs. 6. §. 1. — Riolani Enchirid. anat. patholog. Paris. 1648. Lib. III. Cap. 8. — Acta Natur. Cur. T. VII. Obs. 14.

76) Testa l. c. p. 314.

§. XL.

Prognosis. Cura.

Prognosis. 1. Polypus cordis tum per se, tum ob morbos socios, artis nostrae imperium superat. Prognosis eo cautior instituenda, cum haud raro aegri morte improvisa mulctentur [77]). Verum et lenti interitus haud desiderantur exempla [78]).

2. Ad

77) „. . . . *les exemples de ces morts inopinées se présentent dans une infinité d'ouvrages.* Segerus *dit que les polypes entrainent après eux des catarrhes suffocatifs.* Hippolite Bosius *a observé qu'une femme qui mourut subitement avait dans le ventricule gauche du coeur une concrétion graisseuse. Un homme sélon le rapport de* Rumlerus *mourut dans un instant: les ventricules étaient remplis d'une matière blanche et ténace.* Tulpius *trouva dans le ventricule gauche d'un homme une concrétion pituiteuse attachée aux fibres du coeur, prolongée dans l'aorte et dans les artères du poulmon, elle étoit enveloppée d'une membrane.* Bartholin *nous a laissé des exemples semblables; l'un est appuyé du témoignage de* Simon Pauli, *l'autre est rapporté d'après l'observation d'un chirurgien. Enfin* Porthus *raconte qu'un Duc de Ferrare qui fut enlevé par une mort subite avait dans la cavité gauche du coeur une masse de graisse aussi grosse qu'une chandelle.*" Senac l. c. p. 476.

78) „. . . . . *Mais il y en a qui périssent insensiblement.* Manageta *raconte qu'un homme mourut d'une mort lente; que la respiration fut interceptée peu a peu, sans aucune cause apparente; qu'on trouva dans les ventricules du coeur des polypes qui étoicnt placés près des*

2. Ad praecavendam formationem polypi methodus antiphlogistica, et inprimis venae sectiones inserviunt. At vero polypo jam formato, quid prodesse posset, incassum quaesivimus. Ad illum solvendum proposita fuere plantae marinae interque eas *corallium*, et *muscus marinus lapideus*, sive *corallina* [79]), — item *aqua calcis* et *sapo* [80]). Vana conamina! Porro non agitur solum de solvendo polypo, sed quoque de abigendis morbis cum illo complicatis. Satis hinc habemus, aliquod afferre levamen [81]). Cura.

valvules." SENAC l. c. p. 477. Aegri mei morte lenta periere.

79) BERGEN l. c. §. 18. p. 36.

80) SENAC l. c. p. 480.

81) Scopum istum assequimur, methodo infra indicanda. Cap. XI. §. XLV.

Caput XI.

De lithiasi pericardiaca atque de angore pectoris.

§. XLI.

De sede speciali lithiasis pericardiacae.

L. pericardii.

1. Detectum est *pericardium* osseum circa venam cavam superiorem [1]). Exhibuit illud quoque lamellas osseas [2]). Alias notatum fuit punctis osseis tribus in locis [3]).

L. universae substantiae cordis.

2. Visa est *substantia cordis* maxima ex parte ossea [4]). *Cordis* medium circumdabat concremen-

1) Walter Observat. Anat. p. 63. *Anat. Museum.* 1. *B.* p. 149 et 297.

2) Aurivillius in novis actis scientiarum Upsaliens. 1773. Vol. I. p. 101 (aderat simul symphysis).

3) Walter *Anat. Museum.* 1. *B.* p. 148. N. 296. Cfr. Senac l. c. p. 68. Haller addenda ad Elem. Physiol. p. 128. — *Mémoires de* Sully *Liv. IX.* p. 120.

4) *Histoire de l'acad. de Paris. Année* 1726. p. 24. — Michaelis *prakt. Bibl.* 1. *B.* p. 116. — Mohrenheim *Wienerische Beyträge.* 2. *B.* p. 112. — Cfr. Ephem. N. Cur. Dec. II. A. I. p. 326. — Acta Nat. Cur. Vol. IX. Obs. 85. p. 357. — Horst Observ. med. T. II. Lib. IV. Obs. 47. — Kerkring Spicileg. Anat. Obs. 78. — Zacutus Lusitanus Prax. med.

crementum osseum circulare [5]). Observabantur concrementa ossea ad cordis basin [6]), apicem [7]), superficiem [8]), nec non in illius substantia [9]). Haec erat materie terrea referta [10]) cumque lapide magnitudinis primae phalangis digiti minimi [11]).

Facies

admirandae Lib. I. Cap. 161. — VAN DOEVEREN Spec. Observ. Anat. p. 71. — CRÜWELL Diss. de cordis et vasorum osteogenesi in viro quadragenario observata. Hal. 1775. — J. VAN HEEKEREN de osteogenesi praeternaturali. Lugd. Bat. 1797. — HALLER Prael. ad BOERHAAVE Inst. Vol. 3. p. 501. Elem. Physiol. Vol. VIII. P. II. p. 78. De corporis humani fabrica Lib. IV. Sect. 3. p. 128. — Gemma Cyclognom. Lib. II. p. 75. — SCHENK Obs. med. Obs. 188. p. 357. — RIEDLIN lineae med. 1696. mens. Septemb. Obs. 28. p. 520. — LIEUTAUD Hist. Anat. med. Lib. II. Sect. 2. Obs. 556—563. T. II. p. 173.

5) HALLER de corporis humani fabrica Lib. IV. Sect. 3. §. I. p. 128.

6) SOEMMERRING *zu* BAILLIE p. 26. *Anmerk.* 49.

7) *Abhandlungen der chirurg. medic. militair. Akademie in Wien.* 1. *B. Tab. VII.* p. 287. Cfr. BARTHOLINUS hist. anat. Cent. I. hist. 50. T. I. p. 77. BLANCARD anat. pract. rat. Cent. II. Obs. 43. p. 260. Obs. 56. p. 272.

8) MORGAGNI de sed. et caus. morb. Epist. XXVII. 16. BAILLIE *Engravings. Fasc. I. Tab.* 5.

9) CHESELDEN Osteograph. Tab. I. fig. 5.

10) BONET Sepulchr. Anat. T. I. p. 820. 825.

11) BLASIUS Obs. med. rar. Part. VI. Obs. 13. p. 81. Cfr. Part. VI. Obs. 5. p. 77. Similia exempla describunt SCHURIG Lithologia Cap. II. §. 22. p. 123. Cap. V. §. 10. p. 332. SALZMANN Diss. de ossificatione

Facies externa cordis globulis parvis lapideis notabatur [12]).

L. septi ventriculorum.

3. Erat *septum ventriculorum cordis* omnino osseum [13]), a basi usque ad apicem lamina ossea denticulata insignitum [14]), cumque osse complanato pollicum quatuor et dimidio in medio substantiae suae [15]).

L. ventriculorum et auricularum.

4. Reperiebantur *ventriculi cordis* a concremento osseo latitudinis duorum pollicum obducti [16]), cum trabibus unius ventriculi osseis [17]),

praeternaturali. Argent. 1720. — Ephem. Nat. Cur. Dec. I. An. I. Obs. 44. Dec. II. A. I. Obs. 133. A. 5. Obs. 33. Dec. III. A. I. App. p. 103. A. 9 et 10. Obs. 89. — Horst Opp. T. II. p. 208. — Kerkring Spec. anat. Obs. 78. — Schenk Obs. Lib. II. Obs. 197. — *Philosoph. Transact.* 1665. *Jul.* p. 65. Meibom Diss. de calculo renum. Helmst. 1679. §. 2. — Meekren Obs. med. chir. Cap. 35. — *The Lond. med. Journal* 1789. *Vol.* 10. p. 341. *Samml. auserl. Abh. f. pr. Aerzte.* 13. *B.* Swieten Comment. in Boerhavii Aphorism. T. V. p. 218. — Meckel *sur les maladies du coeur* l. c. — Lieutaud l. c. T. II. p. 174. Haller de corporis humani fabrica. Lib. IV. Sect. 3. §. I. p. 128. Ejusd. opusc. pathol. p. 134.

12) Morgagni Epist. LXVIII. 12.

13) Boerhaave Prael. in instit. proprias. §. 478. — Columbier de re anatom. Lib. XV. p. 489.

14) Watson *medical communications. Lond.* 1774. *Vol. I.* p. 228. Blumenbach's *med. Biblioth.* 2. *B.* p. 328.

15) *Hist. de l'acad. des sciences* l. c.

16) Bordenave in *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 1. *B.* 2. *St.* p. 64.

seis [17]), cum tribus lapidibus coloris aeruginosi [18]), ponderis unciarum duarum [19]). Observatus est *ventriculus cordis sinister* veluti massa calcarea obductus [20]), cum osse [21]) in parte sua carnosa superiore [22]), cum lapide longitudinis pollicis [23]), auriculaque corpore partim osseo partim lapideo [24]) insignita. Exhibebant *auricula* et *ventriculus cordis lateris* dextri lamellas osseas [25]); hicque ad partem inferiorem saxeam duritiem [26]).

5. Com-

17) Acta N. Cur. T. I. Obs. 170. Riolanus Anthropologia. L. III. C. 12. (in corde Reginae Matris Mariae Medicis).

18) Carmutii excussio brevis praecipui morbi, nempe palpitationis cordis Maximiliani secundi. — Crato de Kraftheim consilia. Vol. III. p. 76—82. Vol. V. p. 56. — Mercurialis responsa et consultat. med. T. III. p. 270. Venet. 1620. — Wierus de praestigiis daemonum. Libr. IV. C. 16. — Potini Consilium pro Maximiliano Caesare palpitationibus laborante. Brixiae 1573.

19) Burnet Thesaur. Medicinae.

20) Renauldin *Journal de méd. continué par* Corvisart. *Vol. IX.* p. 255.

21) Bartholin l. c. Cent. II. hist. 45. T. I. p. 243. (historia Summi Pontificis Urbani VIII.).

22) Haen rat. med. III. Vol. P. VI. Cap. 4.

23) Kulmus Acta Erud. Lips. A. 1727.

24) Chambon de Montaux *Merkwürdige Krankengeschichten und Leichenöffnungen. Leipz.* 1791. p. 340.

25) Crüwell l. c.

26) Haller opusc. pathol. p. 135.

L. valvularum.

5. Communissima est *ossescentia valvularum* [27]), tum illarum, quae spectant ad ostia venosa [28]), tum illarum, quae ostiis arteriosis appositae sunt [29]).

6. Nec

27) Ait Allan Burns (l. c. p. 187.): „*Die Klappen der Vorhöfe leiden seltner, als die Arterienklappen, und die der rechten Herzhälfte seltener, wie die der linken.*"

28) Baillie (*Ueber d. krankhaften Bau* l. c. p. 21.) docet valvulas ad venas spectantes rarius osseas reddi; at vero contrarium docent observationes Vieussens (l. c. p. 201.), Bang (diarium Nosocomii Hafniensis 1785. Jul.) et meae.

29) Reiger in Eph. N. Cur. Dec. I. A. 3. Obs. 282. p. 478. — Littre in *Mém. de l'acad. des sciences* 1713. — Acta Lipsiensia 1730. — *Abhandl. d. Schwed. Akad.* 27. *B.* p. 307. *B.* 29. p. 175. — Med. Transact. Vol. III. p. 12. — Lieutaud Lib. II. Sect. II. Obs. 577. T. II. p. 177. Lancisius de motu cordis. Opp. T. II. p. 250. — Peyer Method. hist. anat. pathol. p. 100. — Cowper Myotomia. Tab. XI. fig. 4. 6. — Baader Observ. med. incision. Cadav. illustrata. Obs. XL. p. 190. — Morgagni Epist. VIII. 4. Epist. X. 19. Ep. XVII. 12. Ep. XXI. 15. Ep. XXIII. 8. Ep. XIX. 49. Ep. XXXVII. 30. Ep. XL. 23. Ep. XLVIII. Ep. XLII. 4. — Senac op. c. T. II. p. 333. — Ruysch Observ. anat. chir. Obs. XXI. Vieussens op. c. p. 107. — Themeln *Obererzgebürgisches Journal. Freib.* 1748. 2. *St.* p. 75. — Haen Rat. med. Vol. 3. P. VII. Cap. 2. — Haller Elem. physiol. T. I. p. 333. — Stoll Rat. med. Vol. I. — Meckel *sur les maladies du coeur* l. c. — Sandifort Observ. anat. pathol. Lib. I. Cap. 1. p. 30. Cap. 2. p. 48. — Mala-

6. Nec rara admodum sunt *arteriae coronariae osseae redditae* exempla [30]). Adhaerebat illis etiam lapillus [31]). **L. arter. coronariarum.**

7. Lithiasis cordis interdum *socia* habet ossificationes arteriarum [32]), venae cavae [33]), muscu- **Observatio.**

CARNE *Discorso sulla litiasi delle valvule del cuore. Torino* 1787. item *Giornale per servire di storia raggionata della medicina di questo secolo. T. VI.* p. 154. Vers. hab. in KÜHN *und* WEIGEL's *Ital. med. chir. Bibl.* 1794. 2. *B.* 1. *St.* p. 182. SCHLEGEL *neue med. Literatur.* 1. *B.* 1. *St.* p. 133. — LULLIER v. *Bibl. Britannique* 1807. *Mai.* et *Abhandl. f. pr. Aerzte.* 24. *B.* 3. *St.* p. 477. (caries valvularum mitralium ossificatarum). CH. LUCAE Progr. de depositionibus cretaceis intra cordis valvularum arteriarumque substantiam. Marb. 1815. K. A. HERING diss. de osteogenesi valvularum cordis praeternaturali. Lips. 1819. c. tabb. aen.

30) DRELINCOURT in BONETI sepulchr. anat. Lib. I. §. 12. Add. Obs. 8. — THEBESIUS disput. de circulo sanguinis in corde. §. 4. BIANCHI Epist. de Monstris. — DEIDIER SENAC Op. c. *L. VI. Chap. VIII.* §. 10. MORGAGNI Ep. XXIV. 17. — CRELL resp. REINHOLD de arteria coronaria instar ossis indurata. Vitemb. 1740. in HALLERI Coll. disp. ad morbor. hist. fac. Vol. II. N. 66. LIEUTAUD l. c. Lib. II. Sect. 2. Obs. 564. T. II. p. 174. aliique infra. §. XLIV. N. 2 (19). citandi.

31) BELLINI de morbis pectoris. Opp. Venet. 1708. p. 618.

32) Cfr. Cap. XV.

33) CHÜWELL l. c.

musculorum pectoralium [34]), cartilaginum costarum [35]), calculos renum [36]), ne dicamus de aliis vitiis pericardii et cordis.

§. XLII.

S y m p t o m a t a.

Generatim. 1. Aegri, in quorum cadaveribus osteogenesis pericardii et cordis detecta est, interdum nil, quod talis vitii suscipionem moveret, patefecerunt [37]).

34) Idem ibid.

35) Crüwell l. c. saepissime vidi.

36) A. 1810. in consilium vocatus sum pro Comite Tyszkiewicz, viro sexagenario, podagrae modo ad extremitates evolutae, modo pectori infensae, calculo renum obnoxio, nunc oedemate crurum insigni et hydrothorace detento. Eo parum post demortuo, cadaver dissectum fuit. Quamvis haec dissectio duodecima post mortem hora susciperetur, corpus tamen jam vehementer foetebat. Epidermis a scroto et cruribus per simplicem attactum decidebat. Tegumenta pectoris adipis insigni copia referta erant. Costae tres inter se per musculos ossificatos intercostales cohaerebant. Cavitas dextra pleurae libram seri continebat. Pulmones erant concretionibus saxeis referti. Dexter diaphragmati adhaerebat. Cor ossificationes valvularum mitralium exhibebat. Arteriae coronariae osseae erant et ad diametrum trium pollicum dilatatae. Conspiciebatur aorta usque ad diaphragma dumtaxat ad partem posticam sana, sub diaphragmate vero omnino ossea. Arteriae iliacae itidem punctis osseis erant notatae. *Ren* uterque praesertim dexter *calculis repletus*. Substantia illorum friabilis.

runt [37]. Maxima illorum pars laborabat cruciatibus veluti rheumaticis, artuum plantarumque pedum [38], cephalaeâ, dolore epigastrii [39], scapulae, sterni, inprimis regionis cordis (ab attactu thoracis sinistri) aucto [40]; tussi, oppressione pectoris, dyspnoeâ, sensu suffocationis, decubitu in latera impedito, vomitu, regurgitatione ciborum [*], aphoniâ [41], agrypniâ et lipothymiis. Cor quidem saepissime, at non semper [42], vehementer, crebro et irregulariter palpitabat. Pulsus erat modo vix perceptibilis, inprimis in carpo sinistro [43], modo parvus intermittens [44], modo regularis et plenus [46], saepe motui cordis haud respondens. Maxima aegrotorum pars praevio hydrope ascite, et oedemate pedum lente periit; nonnulli improvise mortui sunt [47].

2. *Valvulis tricuspidalibus osseis* redditis observari solebat venarum jugularium et regionis epigastricae oscillatio, hypochondrii dextri tensio, cutis S. l. valvularum.

37) *Abhandl. d. K. K. Joseph. chir. Akad.* 1. *B.* p. 289.

38) Renauldin l. c.

39) Crüwell l. c.

40) Renauldin l. c.

*) Crüwell l. c.

41) Idem, ib.

42) Burns l. c. p. 148. (nulla aderat palpitatio cordis).

43) Michaelis l. c.

44) Talem fere semper inveni.

46) Renauldin l. c.

47) Crüwell l. c.

cutis color ex rubro coeruleus pulsus haud multum irregularis, respiratio quiescente corpore vix laboriosa, cum proclivitate ad lipothymias [48]). — *Valvulis semilunalibus arteriae pulmonalis osseis factis*, plerumque occurrunt summa palpitatio cordis, sensus suffocationis alternatim cum lipothymiis [49]), plurima morbi coerulei symptomata [50]), et macilentia [51]). *Valvulis mitralibus lithiasi correptis* *), animadvertuntur, respiratio summopere difficilis; palpitatio cordis (inprimis post motum); pulsus irregularis, frequentissimus, parvus [52]), durus [53]); decubitus nonnisi antrorsum flexo corpore concessus [54]); dolor lateris thoracis sinistri [55]), epistaxis et diarrhoea cruenta [56]); [illegible] haemo-

48) Sic et CORVISART l. c. p. 202. — et BURNS l. c. p. 33. — et KREYSIG l. c. 2. *Th.* p. 600. aliique (HORNS *Archiv f. med. Erfahr.* 4. *B.* 1808. p. 296.) docent.

49) KINGLAKE in *London medical Journal.* 1789. *Vol. IX. P.* 4. p. 341. v. *Abhandl. f. pr. Aerzte.* 13. *B.* 3. *St.* p. 385. — KREYSIG l. c. p. 603.

50) Cap. VI. §. XVIII. N. 1.

51) BURNS l. c. p. 188.

*) Idem l. c. p. 30.

52) CORVISART l. c. p. 198.

53) WARREN *New England medical Journal. Boston.* 1812. *N.* 3.

54) HEBERDEN l. c. p. 56.

55) BANG *Auszüge aus dem Tagebuche des Friedrichs-Hospitals in Kopenhagen*, *übers. v.* JUGLER p. 84.

56) ABERNETHY *Abhandl. der med. chir. Gesellschaft zu London. Uebers. v.* OSANN p. 33.

haemoptoe [57]) et tussis [58]). — *Valvulis semilunalibus aortae ossescentibus* obveniunt dyspnoea, suffocationis periculum cum pulsu vix perceptibili [59]), intermittente, forti, pleno, duro in carpo dextro; parvo, molli et vix perceptibili in sinistro [60]), cum motu cordis non cohaerente [61]); palpitatio cordis [62]), crebrae lipothymiae [63]), pneumonorrhagia [66]), hydrops. Scias vero, oportet, haec symptomata non speciatim ad lithiasin valvularum spectare, sed generatim ex omnibus caussis proficisci, quae, ostia cordis angustando, ingressui sanguinis obstant [67]).

3. Aegri, quorum cadavera *lithiasin arteriarum coronariarum* exhibuerunt quorumque historias potissimum sedulitati HEBERDENII [68]), FO- S. l. arteriarum coronariarum.

THER-

57) FILTING in HUFELAND's *Journal.* 16. *B.* 1. *Heft.* p. 154. HORN *Archiv f. med. Erfahr.* 1. *B.* 1812. p. 575.

58) LULLIER l. c.

59) BOERHAAVE l. c. p. 506.

60) CORVISART l. c. p. 213. (Angustata simul erat arteria subclavia sinistra).

61) BURNS l. c. p. 188.

62) SENAC l. c. p. 405.

63) KREYSIG l. c. p. 598 (ex PASTA).

66) CORVISART l. c.

67) Cfr. Cap. XII. §. LII.

68) *Medical Transactions published by the college of physicians in Lond.* 1778. *Vol. II.* p. 59. et *Vol. III.* p. 3. — Commentarii de morborum historia et curatione. Edit. cura SOEMMERRING Fr. ad Viadr. 1804.

THERGILLII [69]), PARRYI [70]), WALLII [71]), PERCIVALI [72]), RINGII [73]), BLACKII [74]), SLUISII [75]), KREYSIGII [76]), aliorumque [77]) debemus, symptomatibus *anginae* seu *angoris pectoris* [78]) excruciaban-

69) *London medical Observ. and inquiries. Vol. V.*

70) *An inquiry into the symptoms and causes of the Syncope anginosa commonly called angina pectoris illustrated by dissections. Bath.* 1799.

71) *Arzneykundige Abhandl. von London.* 3. *B.* p. 10.

72) *Auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 10. *B.* p. 708.

73) *Medical and physical Journal of Edinburgh.* 1807. *N.* 95.

74) *Memoirs of the medical Society of London. Vol. IV. Art.* 20.

75) Diss. de sternodynia syncopali. Groeningae 1802.

76) in HORN's *Archiv f. med. Erfahrung.* 3. *B.* 1. *Heft. N.* 4. et Op. c. 2. *Th.* p. 512.

77) Vide infra §. XLIV. N. 2 (19).

78) A verbo *angere.* Hoc vocabulum igitur nil commune habet cum eo *anginae*, sub quo faucium inflammatio vulgo intelligitur. Germani hoc sub respectu in errorem inciderunt, *angorem pectoris*, quem *Herzklemme* seu *Herzbeklemmung* vocare debuissent, nomine omnino incongruo, *Brustbräune* insigniendo. Eundem versionis modum Rossi secuti sunt, quibus angor pectoris Грудная Жаба nominatur. *Synon.* Cardiogmus cordis sinistri (SAUVAGESII) asthma convulsivum (ELSNER), *diaphragmatic gout* (BUTTER) et asthma arthriticum (SCHMIDT), Syncope anginosa (PARRY), asthma dolorificum (DARWIN), asthma spasmotico-arthriticum inconstans (STOELLER), Sternalgia (BAUMES), stenocardia (BRERA).

ciabantur. En hujus morbi, nobis pluries visi, curriculum! Aegroti qui, exceptis passionibus arthriticis, paululum ante secunda adhuc fruebantur valetudine, sub deambulatione aut sub ascensu scalarum, inprimis post abusum vini aut post lautum pastum, derepente a sensu angoris sub sterno, suffocationem minitante, eosque ut gradum sistant, tergumque vento vertant, cogente, corripiuntur. Quae scena horae momentulum unum alterumve perdurat et a quiete corporis fugatur, relictâ quadam imbecillitate mortisque impressione. Redit nihilominus, sub congruo regimine diaetetico, pristina valetudo, donec elapso curriculo modo mensis, modo anni, sub rerum positionibus iis, quae primum paroxysmum excitaverant, similibus, eoque facilius si forte ira superaccedat [79]), alter morbi insultus in conspectum venit, utplurimum longior, fortior ac dolore sub sterno [80]), praevio ardore in ea parte [81]) stipatus. Paroxysmus jam bis terve repetitus, sensim sensimque crebro et minima data occasione e. c. venando, equitando, curru vehendo, gressus in proprio cubiculo instituendo, corpo-

79) Aeger cujus historiam descripsi (*Pamiętników Towarzystwa Imperatorskiego Lekarskiego Wilenskiego. T. 2. Wilno* 1821. p. 65.) in secundum paroxysmum incidit, dum famuli sui caussa irasceretur.

80) Modo in medio modo ad latera (Butter l. citando).

81) Butter. Nunquam observavi.

corporis positionem mutando, tussiendo, manducando, bibendo, alvum seu urinam deponendo [82]), sermonem instituendo, bilem sibi commovendo, dormiendo, redire solet, idque aucta progrediendo vi et duratione, neque a corporis quiete compescendus. Annuntiatur paroxysmus interdum ab inquietudine vix verbis designanda, a pandiculationibus, ab oculorum obnubilatione et vertigine. Alias derepente is ingruit utroque in casu sequentibus insignitus symptomatibus, nempe: *livore faciei* et *brachiorum*, sudore frigido coopertarum, — *pulsu* utplurimum parum frequente [83]), irregulari [84]), nunc exili [85]), tremulo, nunc vibrante, illi morientium simili [87]), aliquando normali [88]); — *pulsatione cordis* modo fortio-

82) In binis aegrotantibus vidi.

83) Circiter decem pulsationibus frequentior quam extra paroxysmum Jurine l. c. p. 60. 61.

84) Fothergill l. c. Schmidt (l. c. p. 8.): „Pulsus valde turbatus, saepe contractus, parvus atque inaequalis nec raro intermittens tangitur, et aeger palpitationibus cordis angitur."

85) Wall l. c.

87) Sic in tribus aegrotis observavi.

88) Heberden l. c. Suspicor cum Parry (l. c. p. 58.) egregium illum medicum Londinensem sub ipso paroxysmo tangendi pulsum non habuisse opportunitatem, qua solum medici minorum urbium frui solent, utpote qui uno saltu ad aegrum in paroxysmum incidentem accersiri possint.

fortiore [89]), modo vix perceptibili; — *vibratione* carotidum, collo, veluti in parturientibus inflato; — *respiratione* interdum libera [90]), alias crebra [91]), difficili [92]), oppressa [93]); — *dolore*, primum

89) BUTTER l. c. Quomodo Cl. KREYSIG (l. c. p. 519.) scribere potuerit: „*niemals Herzklopfen*," mehercle non intelligo. Jam SENAC narrat (l. c.): „*un Recollet étoit sujet à des palpitations. Les artères coronaires ossifiées formoient des rameaux semblables à des branches de corail.*" Quodsi et PARRY (l. c. p. 68.) palpitationem cordis inter symptomata angoris pectoris non adnumerat, nonne forte hypothesis sua, quod hic morbus ad syncopen pertineat, atque in Syncope juxta CULLENIUM „motus cordis *imminutus*, vel aliquamdiu quiescens" sit, sibi partem vindicat?

90) HEBERDEN, KREYSIG et PARRY l. c. p. 62. ubi inquit: „*The two patients mentioned to me by* Dr. FALCONER, *as well as the greater number of those whom I have attended, were so far from being affected with any difficulty of inspiration* (*or of expiration as mentioned by* Dr. BUTTER), *that they frequently made deep inspirations, and retained their breath, not with reluctance, but with much pleasure.*"

91) Triginta octo vices, spatio sexagesimae horae partis. JURINE l. c. p. 61.

92) Ut verbo aegri cujusdam mei utar: „ac si respiratio per follem fabri ferrarii absolveretur." et Dr. WALL ait: „*a violent dyspnoea, or rather a sense of suffocation.*" Ipse PARRY inquit: „*That some exemples of angina pectoris may be accompainied with dyspnoea, I do not deny.*" Quod praeterea demonstrat dyspnoeam anginae pectoris interdum esse sociam, est

primum obtuso dein lancinante, ab inferiore parte sterni, vel a regione epigastrica orto, sese per mammam sinistram (raro per dextram [94])), ad brachium ejusdem lateris (praecipue eo in loco ubi musculus biceps inseritur [95])), nonnunquam ad cubitum, antibrachium, palmas manuum, digitorum apices, scapulas, crura [96]), aut per latera colli ad aurem alterutram vel utramque extendente; — *decubitu* dumtaxat antrorsum flexo thorace

magnitudo abnormis musculorum ad opus respirationis concurrentium, quam in cadavere hominis macilenti ex angore pectoris defuncti inveni. (*Pamiętników* l. c.)

93) Videtur Home (*Life of* Hunter p. 51.) id designare ubi ait: „*feel of oppression in breathing, although the action of breathing was attended with no real difficulty.*" Item Cullen (Synopsis nosologiae methodicae T. II. p. 223.) spirandi difficultas perpetua sine angustia (?) et potius *cum repletionis et infarctus in pectore sensu.*"

94) Non convenio cum Wall (l. c. p. 13.) ubi ait: „*that in most, if not all the persons whom he had attended in this disease, the pain under the sternum constantly extended itself on each side across the breast in the direction of the pectoral muscle, and affected one, or commonly both arms in the place where the muscle is inserted into the os sterni.*"

95) Interdum observante Heberden l. c. Vol. III. p. 3. „*a pretty full pain in the left arm a little above the elbow, which perhaps in half a minute spreads across the left breast and produces a little faintness.*"

96) Butter l. citando.

thorace admotisque regioni epigastricae manibus, aut supine extenso corpore, concesso vel ita denegato, ut aeger statuae instar sedere aut stare debeat; — *deglutitione* deleta sensuque contractionis et suffocationis ad oesophagum; — et *animi deliquiis*. Perdurat talis paroxysmus interdum per nonnulla tantum momenta, saepissime a dimidia ad integram horam, nonnunquam ad plures dies 97). Finem illi imponere solent explosio flatuum, tussis cum sputis mucosis, relictis plerumque tempore libero, dolore circa cor, pulsu irregulari 98), quoad frequentiam tamen normali, formicatione digitorum, debilitate, impetiginibus 99), donec tandem aegroti, post annorum curriculum, sub summis angustiis, fatum, jam diu optatum, subeant.

§. XLIII.

C a u s s a e.

1. Lithiasin cardiacam, pro *effectu inflammationis arthriticae*, phosphatem calcis largientis, habemus 100). Accedit *vitium rhachiticum*, L. pericardiacae generalis.

P 2 alio

97) Heberden l. c. §. 2.

98) Fothergill l. c. et ego confirmatum habeo.

99) Velut herpetem ad abdomen (Horst in Hufeland's *Journal*. 1815. 10. *St.* p. 99.) numquam vidi.

100) Eandem opinionem fovet P. Rayer in tractatu suo de ossificatione morbosa. v. *archives générales de médecine. Mois Avril.* et *Magazin d. ausländischen Literatur d. gesammt. Heilkunde*. 1823. p. 138. Et *patho-*

alio forte modo similem effectum praestans [1]). Errant hinc, qui lithiasin cardiacam in aetate dumtaxat provecta locum habere autumant [2]).

2. Ex-

logia comparata ortum ossescentiae cordis post inflammationem, a cursu et terrore excitatum, confirmat. „Insigne hujus rei documentum est in osse de corde cervi, sive principio osseo magnae arteriae, quod in hoc animalium genere, et longaevissimo, et mobilissimo, post *diuturnam fugam* occiso, perpetuo reperitur. Fuerunt medici, qui in cervis hoc os quaesiverunt captivis, quos principes in vivariis suis aluerant; sed frustra fuerunt. Unice enim in iis animalibus reperitur, quae frequenti cursu corpus exercent.“ BOERHAAVE Praelect. in Instit. med. CCCCLXXVIII.

1) „*Wenn ferner meine Vermuthung über den Einflufs der rhachitischen Anlage auf die Krankheiten des Herzens gegründet sind: so mufs auch die gröfsere Thätigkeit des Saugadersystems bei den Rhachitischen nicht übersehen werden, wovon die Weichheit, Dünne und Ungleichheit der Knochen entsteht. — Auch giebt es in den Häuten der grofsen Gefäfsstämme und selbst an der Oberfläche des Herzens eine Menge Saugadern, die also um so eher in die Häute der Gefäfse viel phosphorsauern Kalk absetzen, je eher sich durch die Entzündung dieser Häute eine Neigung zur Trennung der Bestandtheile des Bluts und zum Hervorstechen der gerinnbaren Lymphe erzeugt, welche reich an phosphorsäurem Kalk ist.*“ TESTA l. c. p. 317. 319.

2) „*Es sind übrigens die Fehler des Herzens, die sich mit Verknöcherung verbinden, bei weitem nicht immer an das hohe Alter gebunden; oft sind es jüngere*

2. Excipi interea meretur *lithiasis arteriarum coronariam cordis*, cujus exempla nonnisi in hominibus annum quadragesimum et quinquagesimum aetatis excedentibus, obesis, collo brevi instructis et maxime quidem in maribus [3]), atque in arthriticis [4]), praeviis violentiis pectori illa- L. arter. coronar.

Personen." Testa l. c. p. 317. Cfr. Kreysig Op. c. 2. *Th.* p. 598. Rayer l. c.

3) Heberden l. c. Parry l. c. p. 41. „*The disease generally attacks persons of the male sex; and of them, those who are inclined to corpulency.*" Vidi tamen virum plane macilentum, legitimo angore pectoris laborantem.

4) Elsner (l. c.) potissimum *arthritidem* ut caussam angoris pectoris designavit. Illius opinionem amplexi sunt Schaeffer, Macqueen, Hasse, Kreysig, Schmidt, qui vere ait: „Saepissime morbum magnus numerus variorum symptomatum antecedit, quibus evanescentibus morbus ipse ingruit; quae haud luculenter causam suam saepe produnt, et maximam partem ab *arthritide anomala deduci possunt.* Inter praecipua horum symptomatum numerari possunt varia ventriculi incommoda, vitia virium et partium digestioni inservientium, opasmi varii generis, convulsiones, dolores colici et cardialgici, dolores in artibus vagi et ipsi insultus podagrici. Omnia ista symptomata plerumque, ingruente anginae pectoris insultu, vel plane evanescunt, vel magna tamen ex parte, tum numero, tum vehementia minuuntur." — Wichmann (l. c.) negat arthritidem sibi partem in angore pectoris vindicare, asserens, quod mirum foret, suos aegros tali morbo laborantes *non* fuisse arthriticos.

illatis [5]), abusu potus liquorum fermentatorum [6]) et animi pathematibus [7]), inveniri solent. Quae caussae cum pericarditidem excitare valeant [8]) verisimile est et lithiasin arteriarum coronariarum praevio processui inflammatorio ortum debere [9]).

§. XLIV.

Diagnosis. Prognosis.

D. generatim. 1. Cum lithiasis cardiacae symptomata dumtaxat obstaculum sanguinis circuitui oppositum, neutiquam vero istiusmodi obstaculi naturam designent *); praesentia illius solummodo arguenda est, dum revera caussae ossescentiae cordis faventes **) praegressae sunt.

D. angor. pectoris. 2. Certior quodammodo est ea diagnoseos pars, quae *ossescentiam arteriarum coronariarum cordis*

5) Crüwell l. c. Blackall l. citando.

6) Aurivillius l. c.

7) Corvisart et meae observationes.

8) Cap. VII. §. XXIV. N. 2.

9) Haecque est simul opinio Cl. Parry ubi ait (l. c. p. 136.) „— *one can have little doubt that the same operation, which changed the state of the arterial coats* (lympha coagulabilis ut in croup extravasata), *produced the extravasation incrusting their sides.*" Nec aliter sentiunt Kreysig l. c. 2. *Th.* p. 55. Testa Op. c. p. 340.

*) §. XLII. N. 2.

**) §. XLIII.

cordis respicit. Detexit nempe Parry [10]), praeeunte E. Jennero [11]), quod morbus (forte a Seneca [12]), Caelio Aureliano [13]), Mézeray [14]), certissime vero a Morgagnio [15]), Friderico Hoffmanno [16]), Rougnon [17]) observatus atque a Heberdenio sub nomine *angoris pectoris* descriptus) qui componitur ex *paroxysmis* et *liberis*

10) l. c.

11) „*And it was suggested by* Dr. Jenner, *that the* *angina pectoris arose from some morbid change in the structure of the heart, which change was probably ossification, or some similar disease, of the coronary arteries.*" Parry l. c. p. 3.

12) Opp. Lips. 1605. p. 474. Epist. LIV. (Loqui potius videtur de asthmate quo ipse laborabat, quam de angina pectoris. Hujus tamen morbi praesentia arguitur a Zecchinelli: *sopra una malattia di* Seneca *il filosofo.* V. *Nuovi Saggi della Cesareo-Regia Academia di scienze lettere ed arti di Padova. T. I.* 1817.

13) Chronic. Lib. II. Cap. I. p. 36.: „*Erasistrates* memorat paralyseos genus et paradoxon appellat, quo ambulantes repente sistuntur, ut ambulare non possint, tum rursum ambulare sinuntur."

14) *Abrégé chronologique de l'histoire de France. Année* 1599.

15) De sed. et caussis morb. Lib. II. Epist. XXIV. 31.

16) Opp. T. III. „Homines animi corporisque viribus deficiunt absque convulsionibus aut tremoris apparentia, immobiles jacent, respiratio et pulsus intercipitur, artus refrigescunt et collabuntur, facies est hippocratica; et copiosus sudor ad tactum frigidus circa tempora erumpere deprehenditur."

17) *Lettre adressée à Mr.* Lorry *Besançon* 1768.

ris intervallis, quorum *illi*, dolore sub sterno, saepe ad brachium sinistrum extenso, anxietate praecordiorum summa, pulsuque irregulari, *haec* vero impotentiâ motus, inprimis adversus ventum, insigniuntur, — ex *lithiasi arteriarum coronariarum cordis* vel saltem ex *illarum conditione cartilaginosa* proficiscitur. Quodsi, praeter allatos[18]), non omnes, qui de angore pectoris scripserunt auctores[19]), hac in re conveniant, pluri-

18) §. XLII. N. 3 (68—77).

19) Smyth *medicinische Commentarien v. Edinburgh* — Hamilton ib. — Hill v. Kühn *phys. med. Journ.* 1801. p. 784. — Malcolm Macqueen in *London med. Journal. Vol. V.* p. 162. et *Abhandl. f. pr. Aerzte.* 10. *B.* p. 145. — Houper *Memoirs of the medic. Society of London. Vol. V. N.* 18. — Haygarth *med. transactions. Vol. III. N.* 3. — Macbride *Medical Observations and inquiry. Vol. VI.* — Elsner *Abh. über d. Brustbräune. Königsb.* 1778. — Grüner Specilegium de angina pectoris. Hal. 1800. Hesse specimen de angina pectoris. Hal. 1800. — Berger in *Abhandl. d. Schwedisch. Akad. der Wissenschaft.* 1. *B.* p. 64. — Tode de inflammationibus chronicis pectoris. Havniae 1788. — Hartmann Diss. de angina pectoris. Fr. 1791. — Butter *a treatise on the disease commonly called angina pectoris. Lond.* 1791. — Schmidt Diss. de angina pectoris 1793. — Crawford Diss. de angina pect. Edinb. 1795. — Wichmann *Ideen zur Diagnostik. Hannov.* 1797. 2. *Th.* p. 131. — Schaeffer Diss. de angina pectoris vulgo sic dicta. Goett. 1781. — Duncan *Annals of Medecine.* 1796. *Vol. I.* p. 199. — Clarke Diss. de syn-

plurimique morbum ex caussis longe aliis repetant, culpa istiusmodi opinionum discrepantiae in erroribus diagnoseos quaerenda est.

3. Posset enim *angor pectoris* confundi cum *incubo*, *asthmate*, *polypo cordis*, *dilatatione cavitatum cordis*, *angustatione ostiorum cordis*, *morbis*

Facilis confusio.

cope angente. Edinb. 1802. — STÖLLER in HUFELAND's *Journal.* 17. *B.* 2. *St.* p. 115. — WOLFF ib. 18. *B.* 1. *St.* p. 15. — RITTER ib. 20. *B.* 3. *St.* p. 117. — SCHENK ib. p. 103. — JAHN ib. 23. *B.* 3. *St.* p. 137. — JÓZEF FRANK v. *Dziennik Wileński* 1805. *N.* 5. et loco citato. — DESPORTES *Traité de l'angine de poitrine, qu'on a presque toujours confondue avec l'asthme et les maladies du coeur.* — BRERA *della Stenocardia malattia volgarmente conosciuta sotto il nome di angina pectoris. Verona* 1810. — CHRZCZONOWICZ Diss. de angore pectoris. Vilnae 1812. — MILLOT *sur l'angine de la poitrine. Paris* 1812. — WARREN in *the New England Journal of medecine and Surgery. Vol. I.* 1812. — BLACKALL *Observations on the nature and cure of dropsies; to which is added an appendix containing several cases of angina pectoris, with dissections. Lond.* 1813. — ZECCHINELLI *sulla angina dell petto, e sulle morti repentine. Padova* 1814. *Vol. I.* — JURINE *Mémoire sur l'angine de poitrine, qui a remporté le prix au concours ouvert sur ce sujet par la société de méd. de Paris.* 1815. — JOS. LAUFFER Diss. de asthmate convulsivo ejusque ab angina pectoris differentia. Vratisl. 1816. — ANT. FR. OLLENROTH Diss. de angina pectoris. Berol. 1822. — K. GL. SCHRAMM Diss. de angina pectoris. Lips. 1822. c. tab. aen.

morbis hepatis et *lienis* aliisque *affectionibus cordis spasmodicis*, *aneurysmate arcus aortae* et *animi deliquio*.

D. ab incubo.

4. Angunt quidem *incubus* et *angor pectoris*, at vero:

Incubus.	*Angor pectoris.*
a. Dormientem hominem adgreditur.	a. Vigilantem hominem adgreditur.
b. Aeger visiones terrificas patitur.	b. Aeger nullam hallucinationem patitur.
c. Decubitus undique concessus.	c. Decubitus non undique concessus.
d. Dolor nullibi.	d. Dolor sub sterno.

D. ab asthmate.

5. *Asthma* et *angor pectoris* periodice recurrunt atque thoracis angustia stipantur, at vero:

Asthma.	*Angor pectoris.*
a. Noctu utplurimum invadit.	a. Morbus, saltem incipiens, plerumque interdiu invadit.
b. Aeger potestatem habet surgendi aëremque liberum quaerendi.	b. Aeger coactus est stare, et afflatum aëris evitare.
c. Respiratio cum sibilo strepente absolvitur.	c. Respiratio interdum dumtaxat gemebunda.
d. Dolor nullibi.	d. Dolor constans.
e. Subjicitur atmosphaerae imperio.	e. Non subjicitur atmosphaerae imperio [20]).

6. *Poly-*

20) Parry (l. c. p. 45.) inquit: „*They have been by*

6. *Polypus cordis*, quidquid dicat WICHMANN [21]), vix aut ne vix quidem ab *angore pectoris* distingui potest. Sequens hinc tabula dumtaxat pro calculo probabilitatis usu veniet. Distinctio a polypo cordis.

Polypus cordis.	*Angor pectoris.*
a. Nulli aetati parcet.	a. Circa annum 40. invadere solet.
b. Aegrotum ab ipso morbi initio *continuo* detinere potest.	b. Morbus ab initio constanter est *periodicus.*
c. Pulmonem vehementer in consensum trahit [22]).	c. Pulmonis laesio minus evidens.
d. Dolores vagi.	d. Dolores ad determinatos locos obveniunt.

7. Cum vero lithiasis praeter arterias coronarias cordis haud raro et alias hujus visceris partes Frequentes complicationes.

some thought to occur most frequently in the extremes of hot and cold weather; but in many instances there has been no perceptible difference in this respect."

21) l. c. (Vix WICHMANNO condonare possum, quod me relate ad istos morbos plus vice simplici in errorem duxerit).

22) Ait sat vere WICHMANN (l. c. p. 214.): „*In der Brustbräune ist selten die Angst oder Suffocation so heftig, daſs man im Respiriren eine groſse Veränderung bemerkte, die vom natürlichen Zustande abwiche.*"

partes detineat [23]) cumque hae ossescentiae saepe cum aliis cordis vitiis societatem ineant [24]), facile intelligitur, cur lithiasis arteriarum coronariarum detegi possit (quod et nos observavimus [25])), quin

23) §. XLI. N. 7. Et casus a WALLIO narratus l. c.

24) Cum *dilatatione cordis* (MORGAGNI Epist. XXVI. 31. WALL *med. trans. Vol. III.* p. 17. — BLACK *med. mem. Vol. IV.* p. 268. — PARRY l. c. p. 23. 31. et Ego v. *Pamiętników* l. c.) — cum *corde minimo* (HOME's *Life of* HUNTER p. 63.) — cum *flacciditate et pallore cordis* (HOME l. c. — JOHNSTONE *Med. mem. Vol. I.* p. 380. — BLACK l. c. p. 269.) — cum *nimia adipis circa cor collectione* (WALL l. c. p. 16. 17. — FOTHERGILL *med. Obs. and inqu. Vol. V.* p. 239. — PARRY l. c. p. 12. 23. 31.) — cum *pericardio incrassato* (HOME l. c. p. 62.) — cum *valvulis osseis* (WALL l. c. p. 17. — HOME l. c. p. 63. — PARRY l. c. p. 32.); cum *arcus aortae dilatatione aut lithiasi* (MORGAGNI Epist. XXVI. 31. — WALL l. c. p. 18. — HOME l. c. p. 63. — BLACK l. c. p. 269. — PARRY p. 23. 32.) — cum *hydrothorace* (WALL l. c. p. 16. — FOTHERGILL l. c. p. 239. — PARRY l. c. p. 11.) — cum *hydrocardia* (WALL l. c. p. 17.), cum *paralysi* (JURINE l. c.) cum *dilatatione auriculae dextrae cordis* (JURINE).

25) §. XLII. N. 1 (36). Et morbi historia viri, de Austria summopere bene meriti, confirmat genuina angoris pectoris symptomata non oriri ubi, praeter ossificationem arteriarum, aliae partes cordis et aortae lithiasi laborant. „Vidi egregium Consiliarium aulicum BIRKENSTOCK (annos 73. natum) in ultimo ejus morbo, jam a quinque mensibus durante. Quondam multum a doloribus arthriticis vexabatur, ac ante

quin symptomata, quae simplici angori pectoris propria sunt, praegraessa fuerint[26]).

8. Angoris enim pectoris *legitima symptomata* tunc solum expectamus, dum cor, ob lithia- Origo angoris pectoris.

plurimos annos gravem pectoris morbum perpessus erat. Ab eo tempore tussis cum sputis suspectis relicta est. En dolores arthritici inopinate disparuerunt, accedente simul dyspnoea, urina paucâ, turbidâ redditâ. Saepe insultus suffocationis, praesertim noctu, experiebatur, antequam adhuc pedes tumuerint. Accessit tumor erysipelatosus brachii sinistri, valde dolens, qui tandem per suppurationem terminabatur, quin aeger inde levamen accepisset. Pulsus erat sano vix frequentior, non intermittens, plenus extra suffocationis insultum, sub illo, parvus contractusque. Caput liberum, memoria excellens. Digitalis et squilla sine omni successu exhibita fuere. Aeger serius et diurno tempore suffocationi semper proximus, mortem haud reformidabat. Obiit die 30. 8bris 1809. placide praevio dormiendi desiderio. Sectio cadaveris, a Dr. Staudenheim instituta, exhibuit, ossificationem cartilaginum costarum, seri plures libras in cavitatibus pleurae, pulmones passim cum membrana illa concretos, tuberculis osseis refertos, totam arteriam coronariam osseam, aortam ab origine usque ad exitum e cavo pectoris ad superficiem suam internam materia calcarea obductam, extus punctis osseis notatam. Et cordis valvulae lithiasi correptae erant" (Ex schedis Patris mei).

26) Hewson in *Abhandl. f. pr. Aerzte.* 4. *B.* — Erdmann in Horn's *Archiv f. med. Erfahrung.* 9. *B.* 1. *Heft.* 1806. p. 95. — Lentin *Beiträge zur pr. Heilkunde.* 3. *B.* p. 113. — Kreysig l. c. p. 540.

lithiasin arteriarum coronariarum (aut conditionem illorum analogam) necessariam sanguinis copiam accipere nequit ideoque, ut quivis musculus nutrimento debito orbatus, languet [27], veluti paresi laborat [28], atque ad officium suum absolvendum (inprimis si superveniant caussae majorem energiam exposcentes, quales sunt corporis motus, animi pathemata, repletio ventriculi) impar evadit. *Est igitur nobis angor pectoris effectus congestionis cruoris circa cor* [29], *ex labefactatione hujus visceris, orta a defectu nutritionis, ob arteriarum coronariarum, per praeviam inflammationem aut metastasin arthriticam* [30], *ossescentiam.* Congestione cruoris circa cor contingente, mirum non est quod etiam nervi cardiaci et phrenici [31] in consensum trahuntur [32].

27) Memoratu digna sunt verba Fr. Hoffmanni (l. c.). „Est itaque syncope motus cordis ad tempus sufflaminatio — ab impedito vel minus sufficiente liquidi spirituosi per nervos et *sanguinis* probe temperati per *vasa coronaria in musculosam cordis substantiam influxu dependens.*"

28) Jahn l. c.

29) Congestio cruoris circa cor et per *compressionem carotidum* excitari potest, non sine sensu anxietatis gradui compressionis respondente. Parry l. c. p. 123. 124.

30) Hi sunt limites inter quos arthritidem in producendo angore pectoris scenam ludere existimo.

31) Butter anginam pectoris ex caussa arthritica *directe* ad diaphragma conjecta repetiit indeque nomen *dia-*

huntur [32]). Sic opinio illorum, qui angorem pectoris vel ex spasmo [33]), vel ex affectione nervorum pulmonalium et cardiacorum [34]) explicarunt, quodammodo cum illa, quam amplexi sumus, conciliatur. Porro, cum torpor cordis atque illius effectus (congestio scilicet sanguinis circa hoc viscus, et angustiae inde productae), praeter lithiasin arteriarum coronariarum ex aliis quoque caussis, e. c. adipe [35]), ex vitio haemor-rhoidali,

phragmatic gout proposuit. Diaphragma in angore pectoris magnam scenam ludere et Darwin (Zoonomia. T. IV. p. 42.) autumat.

32) Pulchre Desportes (l. c.) de consensu nervorum nostro in morbo rationem reddit.

33) Heberden l. c. p. 64. Macbride *Introduction méthodique à la théorie et à la pratique de la médecine. T. 2. p. 432.*

34) Jurine l. c. p. 74. „.... *En allant ainsi par voie d'exclusion à la recherche du siège de cette douleur: il ne nous reste plus pour le placer que les plexus nerveux de la poitrine, et c'est là en effet qu'il existe, je pense, véritablement: la manière dont se manifeste, se propage et se terminé cette sensation angoissante, ses longs intervalles, l'influence qu'ont sur elle les passions de l'ame et le sommeil, ses effets sympathiques sur les extrémités supérieures, la mâchoire etc., tout concourt à mettre dans la plus grande évidence sa nature essentiellement nerveuse, et à prouver qu'elle est purement spasmodique.*"

35) Fothergill (l. c. p. 246.) *adipem* in pericardio, mediastino et omento collectum, pro caussa proxima angoris pectoris habebat. Cfr. Black in *medico-chi-*

rhoidali, ex affectione nervorum cardiacorum (ob morbum aut cerebri, aut medullae spinalis, aut plexus coeliaci), ex obstructione lienis et hepatis expectari debeant; libenter concedimus ex sola atque transitoria apparitione symptomatum angoris pectoris, ad lithiasin arteriarum coronariarum tuto concludi haud posse. Enimvero talis diagnosis institui haud debet, nisi paroxysmi angoris pectoris *stabiliter* obveniant, nisique aliae caussae palpabiles, ex quibus morbum repetere liceret, desiderantur. Ad quod si attendisset egregius Brera [36]), *stenocardiam* suam, neque ab invalescente cordis pressione per hepar plus justo auctum durumque, atque in pectoris cavum elatum, derivasset, neque declarasset veram anginae pectoris caussam penitus alienam esse a substantia fabricationeque cordis.

Prognosis. 9. Lithiasis pericardiaca utplurimum hydropi cavitatum pleurae [37]) et pericardii [38]) ansam porri-

rurg. transact. published by the med. and chirurg. Soc. of Lond. Vol. 7. P. I. 1816.

36) l. c. „.... *e che se questo viscere essenzialissimo perde a poco a poco della normale sua energia, ed esterna i fenomeni tutti dell' angina pectoris, ciò solo avviene, in quanto che angustiato ne' suoi movimenti per effetto d'un vizio organico innerente ai visceri vicini, e in particolare al fegato, cade in fine in uno stato di vera paralisi, allorchè affatto sopra di esso si effetui una straordinaria, grave e permanente pressione.*"

37) P. II. Vol. II. Sect. I. C. XI. §. LIV. N. 6.

38) Cap. IX. §. XXXIII. N. 3.

porrigit; qui hydrops, quamvis reiteratis vicibus debellari plerumque possit [39]), attamen ocyus serius vitae tristissime finem imponit. Lithiasis arteriarum coronariarum prae omni alia, mortis improvisae est caussa [40]). Caeterum ea longaevitati non semper obstat [41]) et nonnunquam aliis morbis *), aut casui fortuito [43]) tempus, aegrum e medio auferendi, concedit. Praeterea in prognosi angoris pectoris instituenda, semper *incertitudinis diagnoseos* memores esse juvabit. Ob hanc

39) P. II. Vol. II. Sect. I. C. XI. §. LIV. N. 8.

40) Heberden l. c.

41) Heberden l. c. (Viginti annos durasse observavit). Dux militum, Rossicus, Comes a Bennigsen A. 1804. sexaginta et ultra annos numerans, jam tunc mihi potissima signa angoris pectoris obtulit. Attamen cum morbi paroxysmi raro obvenerint, cum indicia arthritidis defuerint, cumque crisis per epistaxin contingeret, morbum potius pro effectu vitii haemorrhoidalis habere, ac prognosin haud omnino atro carbone notare, malui. Ac re quidem vera, vir mihi in aeternum colendus et hodiedum adhuc vivit.

*) Parry l. c. p. 46. „*At length, after the disease has recurred more or less frequently, sometismes during a space of many years, which admit of the patient's death from a variety of other causes; a more violent attack, puts a sudden period to his existence.*"

43) e. c. lapsu. v. Miles Marty in *the London medical and physic. Journal by* Fothergill *Vol.* 46. 1821. *Novembr.*

hanc solam caussam nonnunquam curam non sine aliqua successus spe, inchoare licet.

§. XLV.

C u r a.

Generatim.

1. Indicationes in *cura lithiasis pericardiacae* et speciatim *angoris pectoris* sunt: 1° congestionem cruoris circa cor impediendi debellandique, 2° energiam cordis nervorum et ventriculi excitandi et 3° periculum hydropis avertendi. Studemus satisfacere indicationi primae — per *regimen diaeteticum*, per *evacuationes sanguinis*, per *eccoprotica* et *carminativa* perque *derivantia;* secundae — per sic dicta *cardiaca*, *nervina* et *stomachica;* et tertiae per *diuretica.*

Regimen diaeteticum.

2. *Victus* simplex esto ex vegetabilibus haud flatulentis et ex carnibus albis, uterque facilis digestionis, mixtus[44]). Aeger quavis vice parum et saepius, e. c. ter de die[45]), at non ingruente nocte comedat. Optimus *potus* aqua. Si consuetudo id absolute exposcat, cyathus vini non recusan-

44) Fothergill et Parry (l. c. p. 150.) generatim diaetam vegetabilem suadent; ast vidi homines esui carnium adsuetos male inde habuisse. Quare sapienter Jurine l. c. p. 140.: „*Le régime devroit consister en une nourriture fort simple, mais autant animale que végétale, afin de ne pas trop affaiblir les forces; . . . .*“

45) Jurine l. c.

recusandus [46]). Cerevisia nocet [47]). Fugiatur ascensus scalarum et eligatur habitatio plana, dummodo non humida. Aër rusticanus omni alio anteponendus. Morbo adhuc recente, motus passivus, leniter equitando, curru vehendo, commendandus. Contra quivis motus activus et nisus evitandus [48]), quod potissimum de brachii sinistri motu valet [49]). Cum sedendo aorta incurvetur et arteriae femorales comprimantur indeque sanguis circa cor accumuletur, corporis

Q 2 ista

46) Jurine indistincte vinum pro prandio concedit, quod ex sua de morbo hypothesi pullulare videtur.

47) „. . . *it may be prudent for the patient to abstain from liquors abounding with carbonic acid, such as bottled beer, cyder, perry* etc. — Parry l. c. p. 151.

48) „*on all occasions, walking up hill, up stairs, or against the wind, quick or long continued walking, even on plain ground, loud talking, violent laughter and every strong effort, should as much as possible be avoided.*" Parry l. c. p. 156.

49) Non tantum in angore pectoris, sed et in aliis morbis chronicis cordis et vasorum sanguiferorum hoc praeceptum valet. Vidi enim ex nimio brachii sinistri motu aegrotos magnum detrimentum accepisse. Libenter hinc ad opinionem accederem, *brachium dextrum potius quam sinistrum in usum deduci*, ne cordi et vasis sanguiferis majoribus molestia inferatur; quae est hypothesis jactata a Zecchinelli (*discorso sull' uso della mano destra a preferenza della sinistra. Padova* 1815.). Cfr. *Bibliothèque universelle. T. II. Juillet* 1816. p. 213. et Odier in *Journ. de Génève* 1796. 5. *décembre. Lettres sur les gauchers.*

ista positio non nimis diu protrahenda. Ob eandem rationem vestes et fasciae arctae evitandae sunt. Ne vero aeger frigus suscipiat curandum. Praesertim extremitates inferiores ab illo humido tueri debet. Verum et calor nimius, detrimentum affert. Magnum periculum ira [50]) et venus [51]) portendunt. Consolatio in lectione librorum [52]), et maxime in religione [53]) quaerenda. Aliunde aegri, quovis in paroxysmo cum mortis angustiis familiaritatem contrahendo, malorum terminum potius exoptant quam timent.

Evacuationes sanguinis.

3. *Venae sectiones* parvae [54]), aegro supine decumbente, ex jugulari [55]), mediana, saphena [56])

50) „Dr. Fothergill's *last patient, opened afterwards by Mr.* Hunter, *died in a „violent transport of anger"* *Med. Observ. and inquiry. Vol. V.* p. 254. *And the last paroxysm Mr.* Hunter *himself was owing to the same cause.*"

51) Cfr. Cap. XIII. §. LIV. N. 2. (68).

52) Jurine l. c. p. 139. Nota. „*Un de mes malades a remarqué, que la lecture d'un ouvrage, qui captivoit son attention, lui permettoit, de marcher beaucoup plus longtemps sans éprouver de malaise, que lorsqu'il étoit livré à ses propres réflexions.*"

53) „. . . . *the patient must minister to himself; and in this country in which we have reason to thank Providence that there is still some genuine religion, it may be hoped that the sufferer will not be at a loss for sources from which to derive forbearance and consolation.*" Parry l. c. p. 158.

54) Ad uncias tres, quatuor (Parry l. c. p. 154.).

55) Burns l. c. p. 108.

na[56]) institutae, levamen, inprimis vigente paroxysmo, eo certius afferunt[57]), quo recentior morbus, quo floridior habitus. Sola pulsuum humilis conditio illas non contraindicat[58]). Quodsi venae sectiones a virium reali defectu contraindicerentur, *hirudines* circa cordis regionem, aut *cucurbitulae scarificantes*, supplent. Aegro haemorrhoidario *hirudines* ad anum. Simul *nitrum* cum reliquo regimine antiphlogistico[59]). Si aeger sub paroxysmo deglutire possit, *haustus aquae frigidae* seu *glacialis saccharatae*, levamen affert.

Eccoprotica et carminativa.

4. Ne saburrae et flatus, intestina distendendo, congestionem cruoris circa cor excitent, alvus libera tenenda. Si aegrotus *electuarium lenitivum*, *oleum ricini* et *salia media* ob ventriculi imbecillitatem perferre nequeat, ad drastica in minima dosi, ad *aloen*[61]) scilicet, *colocynthidem*, *scammonium*, tempore a paroxysmo

56) Si suspicio vitii haemorrhoidalis lateret.

57) Dr. Wall asserit „*that his patient was always better for a day or two after of bleeding.*"

58) „*The extreme weakness of the pulse, and coldness of the skin certainly do not contraindicate bleeding.*" Parry l. c. p. 162.

59) Odier methodum antiphlogisticum eousque commendat, quousque vires non deficiunt. (*Bibliothèque Britannique Vol.* 23. p. 50.).

61) Parry (l. c. p. 151.) jam laudat.

xysmo libero adhibenda [62]), confugere solemus. *Carminativis* sub ipso paroxysmo locus est. Mitissima eligimus, e. c. (praeter *clysteres* ex seminibus *cumini*) *infusum florum chamomillae, herbae menthae crispae, seminum anethi foeniculi, anisi;* alii *aquam menthae piperitae* cum *oleo essentiali anisi* [63]), *vinum*, *aetherem*, *ammoniam*, *camphoram* etc. [64]) propinant, de quorum pharmacorum usu infra [65]).

Derivantia. 5. Ut sub paroxysmo sanguis magis ac magis a corde revellatur atque ad extremitates inferiores determinetur, illis *cucurbitulas siccas*, *sinapismos* applicamus, non neglectis *pediluviis acrioribus* et *frictionibus cum pannis laneis.* Ad arcendas ulteriores arthritidis circa cor strages, *fonticuli* ad superficiem interiorem crurum [66]), brachiorum, vel potius inter costas prope cor ipsum [67]), inserviunt. Placet aliis irritamentum sterno ope lotionum [68]) inferre; anteponendum tamen

62) Cap. XVII. §. LXXII. N. 5. (51).

63) Ad cochlear majus cum guttis duabus. THOMAS *modern practice of physic.* 3. *edit.* *London* 1809.

64) HEBERDEN, FOTHERGILL, BLACK.

65) N. 6.

66) WICHMANN l. c. p. 162. SMITH l. c. p. 99.

67) Sic conspicuum levamen unus aegrorum meorum obtinuit.

68) GODWIN in *Annales de littérature médic. étrangère par* KUISKENS. *Vol. IV.* p. 286. R. Tartari emetici drachm. unam. Spiritus vini camphorati unciam se-

tamen foret *emplastrum ex tartaro emetico* [69]). Caeterum cavendum ne tali pacto majorem ad partem affectam sanguinis affluxum promoveamus, quod et a *vesicatorio* [70]) pectori apposito timendum foret. Ulcerum artificialium virtus antiarthritica, ope *guajaci* [71]) et *antimonii* [72]), de quo infra [73]), sustineri posset. Ipsae *aquae thermales* adhibitae fuere [74]), tutius sane quam balneum frigidum [75]).

6. Quamvis pharmaca sic dicta ***cardiaca*** et *nervina* in angore pectoris multum detrimenti attulerint [76]), et certe non indiscriminatim adhiberi [illegible] hiberi Cardiaca et nervina.

mis. Aquae fervidae libram unam. Misce. D. S. pro frictione sterni pluries de die reiteranda.

69) Kriegelstein in Hufeland's *Journal.* 19. *B.* 4. *St.* p. 131. R. Tartari emetici drachm. semis. Opii drachm. unam. f. pulvis et cum saliva unguentum. Infricetur locus maxime dolens ter de die ad magnitudinem duorum pisorum, donec pustulae oriantur.

70) Blackall l. c. (Auctoritate Dr. Parry).

71) Bergius in *Abhandl. f. pr. Aerzte.* 10. *B.* p. 708. — Elsner l. c. p. 83. (Sine fructu usurpavi).

72) Wichmann l. c. p. 162. (Tinctura antimonialis Thedeni).

73) N. 7.

74) e. c. Bath v. Fothergill l. c. p. 243. Parry l. c. p. 159.

75) Butter l. c. p. 28.

76) e. c. in ipso Huntero v. Home l. c. et Burns l. c. p. 171.

hiberi possint [77]); attamen ab illis plus vice simplici vigente paroxysmo conspicuum levamen, saltem pro tempore, observavimus. Spectant huc *asa foetida* [78]), *Moschus* [79]), *camphora* [80]), *radix valerianae officinalis* [81]) et inprimis *aether sulphuricus*, *tinctura castorei*, et *opium* [82]), quo ultimo, hora somni porrecto, multae laudes, sed non ab omnibus [83]), tribuuntur [84]). Securior sane usus *pulveris Doveri* est [85]) opium enim qualicunque demum corrigente indigere videtur connubio [86]); quod etiam de aliis *narcoticis*, hic commendatis, de extracto *hyoscyami* [87]) videlicet, *lactu-*

77) Parry l. c. p. 163. 164. Burns l. c. Kreysig l. c. p. 776. 777.

78) Johnstone l. c. p. 580. Elfer in Hufeland's *Journal* 1813. *Nov.* et *Decemb.* p. 137. Sub paroxysmo simul exhibebatur. R. Liquoris ammoniae anisati drachm. tres. Laudani liquidi Sydenhami drachm. unam et semis. M. D. S. guttas duodecim omni dimidio horae cum infuso menthae piperitae.

79) Elsner l. c. p. 83. Schaeffer l. c.

80) Schaeffer l. c.

81) Jurine l. c. p. 142. (Carissimum hoc illi pharmacum ter quaterve de die ad drachmam porrigit).

82) Acta mea Clinica. A. 4. 5, 6. p. 77.

83) Home *life of* Hunter.

84) Heberden, Schaeffer.

85) Jurine l. c.

86) Opii quartam grani partem cum grano uno *sulphatis zinci* et pulvere aromatico exhibet. Lee Perkins v. *Mém. de la soc. de méd. de Londres.* 3. *Vol.* p. 580.

87) Elsner l. c. Burns l. c. p. 174.

lactucae virosae[88]) valet. *Aqua laurocerasi* aut *amygdalarum amararum*, sola exhiberi potest[89]).

7. Quammaxime enim studendum, ne ventriculi vires dejiciantur; quod malum si urgeret, *amara*, inprimis *decoctum* aut *extractum gentianae luteae*, *menyanthes trifoliatae*, *quassiae amarae*, *columbo*[90]) praescribenda forent. Ipsa *emetica* proposita fuere[91]), nimis audacter sane, nisi in minimis dosibus[92]). Si nimiae sensibilitatis ventriculi suspicio haberetur, *oxyda metallica*, e. c. *zinzi*[93]) aut *cuprum ammoniacale*[94]), *cinnabarum*[95]), tentari possent; nunquam autem *arsenicum*[96]). Stomachica.

8. Pe-

88) Acta mea Clinica l. c.

89) *Journal général de méd. de chirurg. et pharmacie. T.* 43. *Janv.* 1812. p. 31. Levamen saltem ab initio afferre solent, ac prudenter adhibitae neque ventriculo neque aliis partibus detrimentum afferunt.

90) Burns l. c. p. 174.

91) Percival *medical comment. Vol.* 3. p. 181.

92) Stimulus specificus ventriculo illatus non solum pulmonum sed et cordis energiam attollit. Cujus phaenomeni facile ratio, per par vagum nervorum, redditur. Utut sit, suspicor ipsam virtutem *antimonii*, in angore pectoris, potius illius in stomachum actioni, quam vi antiarthriticae tribuendam esse.

93) Jurine l. c. p. 142.

94) Jurine l. c.

95) Fothergill l. c. p. 343.

96) Alexander in *Edinburgh medic. Comment.* 1790. Pharmacopoea castrensis Ruthena p. 6.

Diuretica. 8. Periculum hydropis avertimus continuam sollicitudinem secretionis urinae habendo, illamque, quo primum languet, auxiliis alibi indicatis [97]) excitandi. Hic et foliis *digitalis purpureae* locus est, alias, ob timorem posse inde vires cordis adhuc magis frangi, in morbo, de quo agitur, vix praescribendis.

Acidum phosphoricum, aqua calcis, gaz oxygenium. 9. *Acidum phosphoricum* scopo lithiasin arteriarum coronariarum et cartilaginum intercostalium destruendi et formationi ulteriori ossescentiae occurrendi, propositum fuit [98]). Tentavimus cum aliis [99]) incassum, attamen sine damno. Cur *aqua calcis* commendata fuerit [100]) non intelligimus. Saltem hypothesi de natura angoris pectoris jactatae magis consona est propositio *aërem gaz oxygenio excellentem* [1]), vel purum hoc gaz sub paroxysmo [2]) inspirandi.

Monitum. 10. Aegro jam mortis imaginem referente, de possibili asphyxia cogitandum. Valerent tunc prae-

97) P. II. Vol. II. Sect. I. C. XI. §. LVII. 4.

98) Baumes in *Annal. de la société de méd. pratique de Montpellier. T.* 12. (Praescribit a drachmis duabus ad unciam cum syrupo et aqua nychthemeri spatio).

99) Jurine l. c. p. 143.

100) Smith l. c. p. 99. (Adhibebat simul cum spiritu juniperi et vino antimoniato Huxhami!).

1) Jurine l. c. p. 143.

2) Levamen attulisse refert Reid in *Transact. of the association of Physicians in Ireland. Dublin* 1817. *Vol. I.*

praecepta alibi tradenda [3]); speciatim illa, corpori positionem erectam conciliandi [4]), frontem aqua frigida lavandi [5]), ammoniam causticam naribus

3) Cap. XXI. §. XCIII. N. 2.

4) Kreysio op. c. 2. *Th.* p. 779.

5) Burns l. c. p. 169. Comes Bennigsen, dum prodroma paroxysmi sui persentiebat, illico corpus aqua frigida irrorabat, sicque illius evolutionem saepe impedire potuerat. — Inter schedas Patris mei sequentem historiam inveni. — Auctor epistolae verisimiliter medicus, mihi non est notus. „P. S. — Itineris usque in crastinam diem dilatione utor, ut unicam practicam observationem Tibi forte non ingratam litteris meis addere possim. Angina pectoris per viginti jam annos laborans, quae vix unquam ante prandium me invadebat, sed vespertino tempore et semper in hyeme ambulantem detinebat, ut post 5. aut 6. minuta gressum sistere deberem; ante hunc tandem post superatam febrem perniciosam, arthritici effectus sequebantur et me per octo menses ambulandi incapacem in lecto detinebant, per quod tempus antiqua mea pectoris affectio adeo increvit, ut ad animi deliquium usque perveniret; plerumque noctu hora undecima cum calore me paroxysmus invadebat per dimidiam circiter horam durans, in hoc molestissimo statu unicum et nunquam fallax auxilium mihi fuit *aqua frigida* externe capiti applicata, quanquam solorum linteorum hac imbutorum ope dissiparetur paroxysmus, longe citius tamen hic evanescebat, quando manus sinistrae tunc dolentis vola et explicatis digitis a vertice capitis manus sinistra madefacta per frontem, oculos et tempora deorsum versus ducebatur, et identidem aquae frigidae immergebatur, quae negativa

naribus admovendi [6]), aërem in pulmones introducendi ictumque *electricum* per pectus dirigendi [7]).

Caput XII.

De cordis volumine et capacitate auctis et imminutis.

§. XLVI.

De volumine cordis aucto, speciatim per incrassationem substantiae muscularis.

Exempla. 1. Exempla *cordis volumine aucti* (saepe sub nomine *aneurysmatis*) descripta inveniuntur apud Pacchioni [1]), Bartholini [2]), Fantoni [3]), Blan-

sive calmans per magnetismum methodus est, ante cujus inventionem ad agonis conditionem appropinquabam."

6) Idem ib.

7) Idem ib. — Reeder *a practical treatise on the inflammatory, organic and sympathic diseases of the heart. Lond.* 1821.

1) Opp. p. 211. 214.

2) Hist. anat. med. Cent. I. hist. 45. T. I. p. 72. Cent. II. hist. 66. T. I. p. 291.

3) Observationes anatomicae med. 7. 19. 22. 29. 34.

Blancard [4]), Haller [5]), Morgagni [6]), Haen [7]), Baader [8]), Heisinger [9]), Stoerk [10]), Vieussens [11]), Michaelis [12]), Sandifort [13]), Lieutaud [14]), Lancisi [15]), Matani [16]), Lauth [17]), Wildberg [18]), Ferriar [19]), aliosque [20]) infra recensendos.

2. Vo-

4) Anatomia practica rationalis. Cent. I. Obs. 7. p. 13. Obs. 8. p. 16.

5) Opp. anat. minor. p. 299.

6) De sed. et caus. morb. Epist. XVII. 8. 10. 23. 25. Ep. XVIII. 14. Ep. XXI. 34. Ep. XXIII. 6. Ep. XXV. 2. Ep. XXVII. 12. Ep. XXXVIII. 12. Ep. XLII. 34. Ep. XLV. 23. Ep. XLIV. 19. Ep. LIII. 9. Ep. LVI. 7. 17. Ep. LXX. 10.

7) Rat. med. 2. Vol. 4. Par. C. 2—5. C. 6.

8) Obs. med. p. 21.

9) Diss. sistens historiam hydropis pectoris cum aneurysmate cordis. Vien. 1770.

10) Annus medicus II. p. 158 et 171.

11) *Traité sur la structure du coeur.* p. 103. 109.

12) Diss. aneurysmatum cordis disqu. anat. med. observatione illustrata. Halae 1785.

13) Obs. anat. pathol. Lib. I. Cap. I. p. 27.

14) Hist. anat. med. Lib. II. Sect. Obs. 405—447. Obs. 601—606. T. II. p. 129. 186.

15) De motu cordis et aneurysmatibus. P. II. Cap. 5. p. 281.

16) De aneurysmaticis praecordiorum morbis. Francof. 1766.

17) Scriptorum latinorum de aneurysmatibus collectio. cum XV. iconibus. Arg. 1785.

18) In *Abhandl. der physik. mediz. Societät zu Erlangen.* 1. *B. N.* 16.

Distinctio. 2. Volumen cordis auctum non semper sociam agnoscit *cavitatum capacitatem auctam*. Immo visa sunt corda magna cum capacitate cavitatum imminuta [21]). Ex quo intelligitur cordis *volumen auctum* [22]), quatenus respicit incrassationem substantiae muscularis, a *capacitate aucta*, quatenus respicit diametrum ventriculorum et auricularum, distinguendum esse.

Symptomata incrassationis substantiae cordis. 3. Morbi, post quos *simplex incrassatio substantiae cordis* detecta est, exhibuerunt: pulsum debilem, interdum tremulum, vix perceptibilem, alias frequentem et tensum, motum cordis irregularem, animi deliquia, angustias summas et dyspnoeam [22]).

4. An-

19) *Von der Dilatation des Herzens, in seinen neuen Bemerkungen über Wassersucht, Wahnsinn. A. d. Engl. Leipz.* 1793. 8. *Kap.* p. 74.

20) Miscell. Nat. Cur. Dec. I. A. I. Obs. 7. — Dec. I. A. 4. Obs. 41. — Dec. II. A. 5. Obs. 64. in Act. N. Cur. Vol. VIII. Obs. 3. — *Mém. de l'acad. des scienc. de Paris* 1713. p. 158. — *Journal de méd. T. XII. T. XLII.* p. 410. — *Philosoph. Transact. Vol. LII.* p. 344.

21) Burns l. c. p. 45.: „*Zuweilen erscheint das Herz dem äuſsern Ansehen nach sehr groſs, aber seine Höhlen sind sehr klein.*" — „*Ich habe ein Herz gesehen, das mehrere Pfunde wog, dessen Höhlen aber nicht gröſser waren wie gewöhnlich.*" Cfr. J. Bell in *Abh. f. pr. Aerzte.* 17. *B.* p. 517.

22) Hypertrophia cordis. Laennecii l. c. p. 258.

22) J. Bell l. c. Burns l. c. p. 46.: „*Die Vergröſse-*

4. Antecesserunt illos morbos crapula [23]), potus liquorum fermentatorum [24]) et animi pathemata [25]). Caussae incrassationis substantiae cordis.

5. Caussae isthaec, inflammationem cordis, cum exsudatione lymphae coagulabilis inter fibras illius musculares gignunt. Talis status ad *induratione m* [26]) spectat; debetque ab incrassatione ipsius substantia cordis (quatenus illa pullulat ex primitivâ formâ, ex vitae genere *) ex congestione Diagnosis incrassationis substantiae cordis.

rung des Herzens durch Vermehrung der Substanz verursacht eine traurige Krankheit, bei der nur wenig Erleichterung möglich ist, welche die Kraft des Körpers erschöpft, und die des Geistes niederbeugt, die jede Freude in ihrer Quelle stört und den Kranken mit dem unaufhörlichen Gefühl seines augenblicklichen Todes ängstiget."

23) Matani l. c.

24) Lancisius *von den verschiedenen plötzlichen Todesarten.* 2. *B.* p. 130. — Boerhaave l. c. (*Abhandl. f. pr. Aerzte.* 9. *B.* p. 498.).

25) In proprio aegroto.

26) P. I. Vol. I. Appendix. §. LXXVIII. N. 4.

*) Voigtel *Handb. d. pathol. Anatomie.* 1. *Th.* p. 392. „*Die widernatürliche Gröſse des Herzens ist entweder ein Fehler der ersten Bildung, oder Folge der Lebensart, und die Personen, bei welchen man diese fand, waren übrigens gesund, ohne hervorstechende Zeichen einer solchen Widernatürlichkeit.*" Corvisart l. c. p. 63.: „*Nous avons bien, que son volume du coeur, varie selon l'age, le sexe, le tempérament, le genre de vie etc.*"

stione sanguinis in vasis coronariis [27])), probe distingui. Ibi enim cordis torpor [28]) (ut allata symptomata docent) expectandus, hic vero illius vigor. Ut in definienda incrassatione cordis norma habeatur ponderis normalis hujus visceris memores esse juvabit **). Incrassatio morbosa substantiae cordis nunc *in toto viscere*, nunc in *una tantum ejus parte*, locum obtinet, quod in aegro ope stethoscopii sui dignoscere se posse contendit LAENNEC [29]).

6. In-

27) PORTAL l. c. infra citando.

28) KREISIG l. c. 2. *Th.* p. 324.: „*Aus allem diesen folgt, daſs die Herzsubstanz scheinbar eine Vermehrung in normaler Substanz gewonnen haben könne; indeſs eigentlich ein Zustand von Metamorphose gegenwärtig ist, der jede Idee von vermehrter Energie ausschliefst.*“ Egregius Vir sic CORVISARTI l. c. p. 64. opinionem aggreditur, utpote qui docuit, volumen substantiae cordis auctum, quoque vim auctam gignere. Cujus opinionis falsitatem demonstrant quoque PORTAL (*Mémoires sur la nature et le traitement des plusieures maladies. Vol.* 4. *Paris* 1819.).

**) HALLER opuscula physiologica. T. II. p. 130. (Decem unciarum).

29) l. c. p. 260.: „*La contraction du ventricule gauche, explorée entre les cartilages des cinquième et sixième côtes sternales, donne une impulsion très forte et un bruit plus sourd que dans l'état naturel; elle est d'autant plus prolongée que l'hypertrophie est plus considerable. La contraction de l'oreillette est très breve, peu sonore, et par là même à peine sensible dans les cas extrêmes. Les battemens du coeur ne s'entendent*

6. Incrassationi legitimae fibrarum cordis, auxilia, quae adversus nimiam cordis energiam commendaturi sumus [30]), opponenda sunt. Quid contra *indurationem substantiae cordis* ex inflammatione agendum sit, ignoramus. Commendantur *) verno tempore succi herbarum resolventium, aestate serum lactis, autumno esus uvarum, ac, nisi peculiares obstent contraindicationes, usus aquae Carolinensis, Selteranae, non neglectis diaeta simplici, fonticulis et emplastris resolventibus circa cordis regionem. Cura incrassationis substantiae cordis.

§. XLVII.

De volumine cordis imminuto, speciatim ab extenuatione substantiae muscularis.

1. Exempla *cordis voluminis imminuti* leguntur apud Kerkring [31]), Riolanum [32]), van der Wiel [33]), Bonet [34]), Morgagni [35]), Lieutaud [36]), Exempla.

que dans une petite étendue." p. 263.: „*Dans l'hypertrophie du ventricule droit le coeur donne une impulsion plus forte sous la partie inférieure du sternum qu'entre les cartilages des cinquièmes et septièmes côtes et le contraire a lieu, comme nous l'avons vu dans les affections du gauche.*"

30) §. LI. N. 2.

*) Kreysig l. c. 2. *Th.* p. 735—740.

31) Specil. anat. p. 43. (cor magnitudinis recens nati in puero novem annorum).

32) Anthropographia L. III. C. 12.

33) Cent. I. Obs. 37.

34) Sepulchr. Lib. IV. Sect. 12. Obs. 7.

TAUD [36]), STOERK [37]), CHAVASSE [38]), BLANCARD [39]), BRERA [40]), TESTA [41]), ALLAN BURNS [42]), PORTAL [43]), HODGSON [44]), LAENNEC [45]) aliosque [46]).

Distinctio. 2. Et cordis volumen imminutum non semper capacitatem cavitatum imminutam sociam habeat. Saepissime enim illud originem debet *extenuationi substantiae muscularis.* GALENUS jam dixerat, quod in tabe cor exsiccatur et colliquescit [47]), quam observationem confirmarunt SALIUS DIVERSUS [48]), ZACUTUS LUSITANUS [49]), SPIE-

35) Epist. LXX. 5. Cfr. Ep. XVII. 12. Ep. XXX. 10. — Ep. L. 4.

36) Hist. anat. med. Lib. II. Obs. 448. 449. 453.

37) Ann. med. II. p. 231. (cor magnitudinis ovi gallinacei in femina).

38) *London medical Journal* 1786. p. 409. v. *Samml. auserles. Abh. f. pr. Aerzte.* 11. *B.* p. 695. (In viro sexaginta quatuor annorum cor minus quam in recens nato).

39) Collect. med. phys. Cent. I. N. 33.

40) Rapporto degl' anni 1809—1810.

41) Op. c. p. 385.

42) Op. c. p. 125.

43) *Cours d'anatomie médicale. Tom. V.* p. 88.

44) Op. c. p. 61.

45) Op. c. p. 291.

46) *Mém. de l'académie des sciences de Paris.* 1712. — Miscell. Nat. Cur. Dec. III. A. 4.

47) De marasmo p. 376. Cfr. de locis adfectis Lib. V. p. 296.

48) De curat. partic. Cap. 7.

Spielenberg [50]), Vesti [51]), et propria experientia [52]).

3. *Symptomata* extenuationis substantiae cordis sunt, interdum macies [53]), saepe vomitus [54]), dolores lancinantes pectoris [55]), palpitatio cordis [56]), vertigo [57]), lipothymiae pulsus parvus, durus, frequens [58]) cum reliquis symptomatibus febrilibus [59]). Inter haec, in senibus, inprimis *sitin* inexplebilem et *linguae ariditatem* illiusque, si dicere liceat, extenuationem (veram conditionis cordis imaginem) observavimus [60]). Sympt. extenuationis substantiae cordis.

R 2 4. Prae-

49) Praxis admiranda. Lib. II. Obs. 137.

50) Bonet Sepulchr. Lib. II. p. 740.

51) Dissert. qua hectica cardiaca publico examini submittitur. Erf. 1697.

52) Vide infra. N. 4 (60).

53) Salius Diversus l. c.

54) Morgagni Epist. XXX. 10. Testa l. c.

55) Morgagni l. c.

56) Chavasse l. c. Hodgson l. c.

57) Hodgson l. c.

58) Kerkring l. c.

59) Zacutus Lusitanus l. c.

60) Nosocomium generale Vindobonense, quamvis *civicum* sit, nihilominus milites quoque veteranos, custodiae Aulae Imperatoriae addictos, in peculiaria cubicula, *Hispanica* dicta, accipit. Hujusmodi cubiculorum inter alia medicus primarius fueram. Peculiari propter id opportunitate, *morbos senum* observandi fruebar. Inter hos haud raro obveniebat summus languor, cum pulsu parvo, duritie non destituto, proclivitate ad lipothymias, sensu angustiae circa cor,

Autopsiae cadaverum.

4. Praeter extenuationem substantiae, corda, de quibus agitur, exhibebant flacciditatem [61]), conditionem friabilem [62]), venas coronarias varicosas [63]) et concrementum osseum magnitudinis amygdalae [64]). Reperiebatur praeterea ossescentia in centro diaphragmatis [65]). Sunt qui de corde a calore febrili consumto narrant [66]).

5. Cor-

siti inexplebili et lingua ita arida, ut radulae similis evaderet, ac loquelam, antequam os non humectaretur, plane impediret. Urina erat pauca, cum pellicula iridis colores referente, foetidaque. Cutis siccissima. Interdum tussicula cum nonnullis striis sanguineis accedebat. Circa tertiam morbi hebdomadem pulsu intermittente diffluenteque reddito, sopor superveniebat, interitum, ut crediderim, ex *marasmo senili*, annuntians. Sectis nonnullis cadaveribus, nil inveni praeterquam quod cor parvum, veluti corrugatum et pericardium ferme sine liquore consueto. Tanto morbo leve saepe refrigerium occasionem dederat.

61) Testa l. c.

62) Hunter in casu a Johnston (*Memoirs of the medical Society of London. Vol. I.* p. 380.) pro angore pectoris habito, *cor adeo friabile* invenit, ut minima adhibita vi id digito perforaret. Akenside (Leske *auserlesene Abhandl. aus d. philosoph. Transact.* 5. *Th. N.* 60.) locum cordis veluti in gelatinam conversum detexit. Cfr. Cap. XIII. §. LIV. N. 2 (74).

63) Morgagni l. c. (in bajulo).

64) Spielenberger l. c.

65) Morgagni Ep. LXX. 5. Cfr. Hörnigk in Halleri dissert. pract. T. VI. p. 344.

66) Telesius de rer. natur. L. V. C. 28. Apud Schenk

5. Cordis extenuationem producere videntur jejunium [67]), animi pathemata [68]), motus nimius [69]), frigus [70]); num *carditidem* excitando? Sic verisimile est [71]). Interea et deletus influxus nervosus aut ob affectiones graves cerebri, aut ob tumores nervos vagos comprimentes [72]), praetervideri haud debet. Ex illa saltem caussa conversio substantiae cordis in materiem lardaceam, cerebriformem observata fuit [73]). Caussae.

6. Cae-

Obs. Lib. II. p. 272. Verisimiliter casus hic illi quem ipse observavi atque descripsi (v. supra Cap. VII. §. XXIII. N. 2 (82)), similis est.

67) J. Anton van der Linden Select. med. IX. p. 261. (Aeger ob ulcera oesophagi nutrimenta sumere haud potuit; cor erat exsiccatum).

68) Vulgus Romae jam animi pathemata vehementia pro caussa exsiccationis cordis habuisse, ex Plauto (Mercat. Act. I. Scena 2. v. 200.) elucet.

69) Morgagni Epist. LX. 8. (cordis apex dextrorsum vergebat).

70) v. supra.

71) Testa l. c. p. 387.: „*Ich glaube nicht mit Unrecht zur Erklärung des Schwindens des Herzens eine langwierige Entzündung annehmen zu können.*

72) Cap. XIII. §. LIV. N. 2 (82).

73) Cfr. Corvisart l. c. p. 182. (*sur la dégéneration graisseuse du tissu musculaire du coeur*) ac antecessores illius Haller et Vicq-d'Azyr (*Oeuvres T.* 5. *édit. de Mr.* Moreau). Praeprimis vero observationes Duncanii (*The Edinburgh medical and surgical Journal* 1816.) et Cheynei (*The Dublin hospital reports and communications in medecine and surgery Vol.* 2.

Diagnosis. 6. Caeterum, cur et sine inflammatione cor, aliorum musculorum instar, in *marasmum* incidere non posset, haud intelligimus. Ne vero cor sanguine vacuum, ut in plurimis aut repentine 74), aut phthisi pulmonali 75) peremptis, detegitur, pro extenuato habeatur, ad volumen cordis imminutum concludere vix licet, nisi simul pericardium 76) et vasa majora id vitii genus cum corde participent. Tandem, non ignorandum posse cordis volumen, a caussis illud extrinsece comprimentibus, e. c. a sero in pericardio incluso, et a tumoribus, imminui.

7. In

1818.) memorabiles sunt quatenus de degeneratione substantiae muscularis cordis in adipem post apoplexias testantur. Cfr. K. F. E. Bartiky diss. observ. singularis in fungi medullaris in corde. Praef. est K. H. Dzondi. Hal, 1821. c. tab. lithogr.

74) Burns l. c.: „*In den Leichen solcher Personen, die der Tod in ihrer vollen Kraft überrascht hat, finden wir das Herz, seinem äußeren Ansehen nach, oft sehr zusammengezogen; diese Erscheinung rührt jedoch in der Regel blos von dem blutleeren Zustande seiner Höhlen her.*“

75) Portal l. c.

76) Burns l. c. p. 126.: „*Wo das Herz klein gefunden wird, da untersuche man die Beschaffenheit des Herzbeutels sorgfältig, denn wenn dieser gegen das in ihm enthaltene Herz größer als gewöhnlich ist, so dürfen wir ohne Bedenken annehmen, das Herz erscheine blos deshalb kleiner, weil seine Höhlen blutleer und seine Fasern zusammengezogen sind.*“

7. In illa dumtaxat extenuationis substantiae cordis specie, quae a statu inflammatorio ortum trahit, morbo nature cognito, sanitatis spei scintilla apparet. Prognosis.

8. Atque hic methodus antiphlogistica, calefacientibus remediis, quae saepe ab aetate provecta aegrorum nec non a virium jactura indicari videntur anteponenda foret. Pharmaca enim cardiaca, in illa tantum atrophiae cordis specie, quae inflammationis ideam excludit, locum habere possunt, nisi jam nutrientia lenia, e. c. lac, juscula carnea et viperarum, aquae chalybeatae, aër rusticanus, motus passivus, ad metam conducant. Cura.

§. XLVIII.

De capacitate cavitatum cordis aucta cum incrassatione substantiae.

1. *Singularum cavitatum cordis aucta capacitas, cum incrassatione substantiae muscularis,* raro observatur. Vidimus [78]) illam videruntque Marchetti [79]), Laurentius [80]), Lancisius [81]), Mor- Visceris universi.

78) Riel Diss. de dilatatione cordis. Vilnae 1819. (Volumen quadruplum. Longitudo a basi ad apicem pollices 7. — latitudo 6, — crassities parietum 3½. Sex libras materiei pro injectione inservientes capiebat. Mirum hoc praeparatum conservatur in Musaeo pathol. C. Univ. Vilnensis.

79) Observat. chirurg. Obs. 49. (Triplo cor magnitudinem normalem excedebat).

MORGAGNI [82]), FORTANI [83]), OGLE [84]), CORVISART [85]), TESTA [86]), PORTAL [87]) et KREYSIG [88]). Aegroti patiebantur pectoris oppressionem et anxietatem [89]); respirationem difficilem, inprimis sub corporis motu et post pastum [90]); tussin et sputum cruentum [91]); livorem et oedema faciei; cordis

80) Hist. anat. Lib. IX. Quaest, 18. (Cor totum fere cavum pectoris occupabat. Quivis ventriculus circa quatuor libras cruoris continebat. Ostium aortae circumferentiam brachii adaequabat).

81) LIEUTAUD l. c. Obs. 414. p. 136. (Cor triplo majus, ponderis sesquitertiae librae).

82) Epist. LXIV. 5.

83) Rariores observationes medico-pract. Dec. I. p. 75. Sen. 1769.

84) *Memoirs of the medical Society of London. Vol. I.*

85) l. c. p. 70. Obs. 12. (Volumen cordis duplex).

86) l. c. p. 364. (cum symphysi cardiaca et hydrope cruento pericardii) p. 366. (maximum cor quod unquam viderat).

87) *Abhandlung über die Aneurysmen des Herzens, bei denen die Wände dieses Organes statt dünner geworden zu seyn, ihre natürliche Dicke behalten haben, oder noch dicker geworden sind. A. d. Fr. übersetzt.* v. HUFELAND's *Journal d. pr. Heilkunde* 1819. *Octob.* p. 52. Habetur et versio Italica auctore PLACIDO PORTAL Napoli 1819.

88) l. c. 3. *Th.* p. 84—89. (circumferentia baseos pollicum rhenanorum 13.½ — longitudo pollicum 6.).

89) RIEL l. c.

90) Idem, ib.

91) FORTANI, CORVISART, RIEL l. c.

cordis vehementem palpitationem [92]), auditu percipiendam, tactuique ita obviam ut manum cordis regioni imponendo, contractio alternans, prius atriorum, dein vero ventriculorum distingui potuerit [93]); pulsationem epigastrii et hypochondrii dextri *); pulsum fortem, plenum, regularem et frequentem [94]), alias parvum, debilem, irregularem, creberrimum et vix numerandum [95]), decubitum supinum impeditum [96]), atque lipothymias [97]). Cordis regio lege artis percussa sonum obscurum edebat [98]). Praegressi erant, nisus [99]), terror [100]), morbi cutanei **) (psora,

92) Corvisart l. c.

93) Riel l. c. p. 9. Initium historiae morbi quo haec aegra laborat, supra descriptum est. Cap. VII. §. XXIV. N. 2 (48).

*) Riel l. c.

94) Corvisart l. c.

95) Riel l. c.

96) Riel l. c.

97) Morgagni Lib. II. Epist. XVII. 21. Epist. XVIII. 2. Epist. XXIV. 13. Ep. XXV. 2. Senac T. II. p. 396. 434. 452. 470. 501.

98) Corvisart, Riel.

99) Corvisart l. c. p. 70.

100) Cap. VII. §. XXIV. N. 2 (48). Simile quodammodo exemplum in viro vidi in flumine sancto (*święta rzeczka*) prope *Wiłkomierz* mense Januario a. 1814. submerso ac salvato quidem, verum relictis singulis dilatationis cordis symptomatibus.

**) Morgagni, Senac, Corvisart, Testa, Kreysig l. c. 2. *Th.* p. 353.

(psora, herpes), syphilis et abusus mercurii [1]), scrophulae et rhachitis [2]), scorbutus et chlorosis [3]), nec non arthritis [4]). Caussae istiusmodi cum sint eae ipsae quae pericarditidem gignant [5]), capacitatem cavitatum cordis auctam cum incrassatione substantiae muscularis a praegressa inflammatione repetimus.

Ventriculi sinistri.

2. Haud rara est *capacitas aucta ventriculi sinistri cordis cum incrassatione substantiae muscularis.* Exempla narrantur a SWIETEN [6]), WALTER [7]), BAILLIE [8]), VOIGTEL [9]), et CORVISART [10]) colligimusque propria. Simul reperiebantur valvulae mitrales ossificatae [11]), condylomatibus notatae [12]) et orificium aortae angustatum [13]).

1) ALBERTINI, KREYSIG l. c.

2) TESTA l. c.

3) FERRIAR, PORTAL, KREYSIG l. c.

4) „*eben so endlich die Gicht, deren grofsen Einflufs auf Erweiterungen des Herzens schon* PITCAIRNE *aus Erfahrung kannte.*" KREYSIG l. c. p. 353.

5) Cap. VII. §. XXIV.

6) Comment. in BOERHAAVII Aphor. T. I. p. 292. (Volumen triplum illo ventriculi dextri).

7) In *Mém. de l'acad. R. de Berlin* 1785. *Tab. IV. fig. I.*

8) *Engraving. Fasc. I. Tab.* 3.

9) *Handbuch der patholog. Anatomie.* 1. *B.* p. 387. (Volumen duplex illo ventriculi dextri).

10) l. c. p. 74.

11) VOIGTEL l. c.

12) CORVISART l. c.

tum[13]). Aegri vero exhibebant tussin habitualem, pulsationem cordis, àngustiam, lipothymias, pulsusquè sat fortes, frequentes, motui cordis respondentes [14]). Praegressae erant febres intermittentes, animi pathemata ingrata, vigiliae, labores immodici [15]).

3. *Capacitas aucta ventriculi cordis dextri cum incrassatione substantiae muscularis* rarior est [16]). Describitur casus a CORVISARTIO [17]). Aegrotus triginta octo annorum erat robustus, plethoricus, irascibilis, ac sub irae accessu, ad suicidium pronus. Laborabat palpitatione cordis sub minimo motu excitata. Facies erat tumidula, rubra; respiratio valde difficilis, pulsus fortis, plenus, frequens, vibrans et irregularis. **Ventriculi dextri.**

4. *Dilatationum auricularum*, cordis volumen aemulantium, descripsit BALLONIUS [18]) plurimaque exempla propria suppeditat observatio. CORVISART de eodem malo cum *incrassatione substantiae auricularum* et angustatione aperturae, communicationem auriculam inter et ventriculum cordis sinistri efficientis, rationem reddit. Praegressa erat difficultas spirandi, cum sensu suffocationis **Auricularum.**

13) Ego.

14) Excepto eo casu ubi orificium ventriculi aut venosum aut arteriosum angustatum est.

15) CORVISART l. c. p. 74.

16) Idem l. c. p. 82.

17) l. c.

18) Epid. Et Ephemer. L. 6. p. 145.

cationis et pulsatione cordis sub gressu velociore, decubitus impeditus in latus sinistrum, pulsus inprimis in brachio dextro, contractus, parvus, frequens, debilis. Regio cordis nihilominus pulsationes fortes exhibebat, ac lege artis percussa, minime sonum edebat. Hydrops vitae finem imposuit. Gravissima animi pathemata [19]) morbo ansam dederunt.

§. XLIX.

De capacitate cavitatum cordis aucta cum extenuatione substantiae.

Visceris universi. 1. *Capacitas cavitatum cordis aucta cum extenuatione substantiae universi visceris* communissima est; inprimis juncta vitiis aortae illius scilicet angustationi [20]), dilatationi [21]) et lithiasi [22]). Cor, instar vesicae urinariae retentione lotii laborantis, mechanice hic dilatari videtur [23]). Ac re quidem vera, semper id cruore obrutum

19) „*des violens chagrins causés (dans le commencement de la revolution) par le massacre d'une partie de sa famille, et par la perte de sa fortune.*“ Corvisart l. c. p. 85.

20) Morgagni Epist. XVIII. 6. Corvisart l. c. p. 96. 100.

21) Morgagni Epist. XVII. 10. 23. 25. Ep. XVIII. 28.

22) Morgagni Epist. XVIII. 2. Verdries Miscell. N. Cur. Cent. VI. Obs. 51. Zwinger Act. Nat. Cur. Vol. I. Obs. 18.

23) Ex capite XVI. §. LXV. N. 1. intelligitur, talem

obrutum invenitur. Aegri qui sic patiuntur, pulsationem cordis late extensam, respirationem brevem sonoram, tussin frequentem, cum sputis cruentis, loquelam difficilem, pulsum debilem, parvum, frequentem et irregularem, vibrationem carotidum crurumque oedema habent.

2. *Dilatatio ventriculi sinistri cordis cum extenuatione substantiae* describitur a CORVISARTIO 24). Cordis volumen enorme erat, consistentia flaccida, color fibrarum pallidus, parietes ventriculi sinistri, qui reliquas cavitates amplitudine superabat, extenuati, orificium aortae punctis osseis notatum. Aeger post gravia animi pathemata in stuporem, tussin, palpitationem cordis et vesaniae paroxysmum inciderat. Genae illi erant lividae, respiratio sonora, brevis, intersecta, motus cordis debilis, extensus, frequens, et pulsus intermittens. Ventriculi sinistri.

3. *Dilatatio ventriculi dextri cordis cum exte-* Ventriculus dexter.

cordis dilatationem *aneurysma cordis verum* nuncupari posse. *Aneurysma cordis spurium* illud foret, si lacerata aut erosa quodam in loco membrana interna et substantia musculari hujus visceris, membrana illius externa a sanguine in illum irruente, promineret, saccumque cum ventriculo alterutro cordis communicantem constitueret. Talis casus describitur a CORVISARTIO (l. c. p. 272. Obs. 42.) et PUGRARIO (Observ. select. additae thesauro med. pract. BURNETI L. III. Sect. 68. p. 345.). Cfr. KREYSIG l. c. 2. *Th.* p. 379.

24) l. c. p. 103. Obs. 20.

extenuatione substantiae, ut rara, binis observationibus describitur [25]). Aegrorum unus senex, tussi chronica laborabat, supervenientibus, post gestationem gravis ponderis, dyspnoea, dolore acuto thoracis sinistri, decubitu supino denegato, pulsu frequente, molli, passim irregulari, venis cutaneis cruore turgidis, pulsatione cordis et somniis terrificis. Praeter affectionem ventriculi cordis dextri lithiasis arteriarum coronariarum et angustatio ostii aortae reperiebantur. Aeger alter, senex quoque, post peripneumoniam retinuit sensum suffocationis cum decubitu supino denegato. Labia illi erant livida, pulsus parvus, frequens, profundus et irregularis. Sub tussi rejiciebat sputa viscosa sanguine atro tincta. Loco palpitationis sensum tumultus circa cor experiebatur. Cordis abnormis magnitudo unice dilatationi ventriculi dextri debebatur. Pulmones erant duri.

Auricula dextra.

4. Communissima omnium est *dilatatio auriculae cordis dextrae simul cum extenuatione substantiae* [26]). Ne illam praepostere pro peculiari morbo habeamus! in omni enim moriente potest esse effectus difficultatis, quam sanguis, per venas cavas adductus, in circulo suo per pulmo-

25) Corvisart l. c. p. 105. Obs. 21. 22.

26) Kerkring Specil. Anat. Obs. 16. p. 39. — Chemin in *Journal de méd.* 1760. *Avril. T.* 12. — Lieutaud op. c. Lib. II. Sect. II. Obs. 405. a. 415. 601. 603. 605. 605. p. 131. 137. 186.

pulmones experitur. Gignere quoque possunt dilatationem de qua agitur, angustatio arteriae pulmonalis, infarctus pulmonum, vitia auriculae et ventriculi sinistri cordis, et maxime aneurysmata aortae. Dilatationem auriculae dextrae cordis cum extenuatione substantiae, comitabatur, in femina, livor labiorum, dolor thoracis sinistri, tumultus et palpitatio circa cor, respiratio difficilis, decubitus in latus sinistrum denegatus, et hydrops [27].

5. *Dilatatio auriculae sinistrae cordis cum extenuatione substantiae* haud frequens est [28]. Auricula sinistra. Aeger hoc morbo laborans (praegressis obnubilatione, palpitatione cordis et dyspnoea), faciem lividam, pulsumque mollem frequentem et irregularem exhibuit. Ultimis vitae momentis, miser, manus cordis regioni admovebat, illamque unguibus lacerabat [29].

§. L.

27) Corvisart l. c. p. 112. Obs. 23.

28) Corvisart l. c. p. 119. Exemplum legitur apud Lieutaud l. c. Obs. 606. p. 188. et Obs. 407. p. 133.

29) Hoc symptoma nuper in puella quatuor annorum, sub curriculo scarlatinae, observavi. Aderant praeterea: summa inquietudo, pulsatio cordis, pulsus frequentissimus et durus, flatusque involuntarius, quae symptomata constanter hora sexta vespertina ingruebant, horamque unam alteramve saeviebant. Infans ante nonnullos menses a puero socio, qui ludendo ursum simulabat, vehementer terrefactus fuit. Hirudines regioni cordi admotae et emulsio ex seminibus hyoscyami, tam grave malum miraculi instar debella-

§. L.

Monita circa diagnosin dilatationis cordis.

Generatim. 1. Ex observationibus collectis 30) elucet, capacitatem auctam cavitatum cordis, sociis tum incrassatione, tum extenuatione substantiae, eadem prorsus symptomata agnoscere et ab iisdem plane noxis excitari. Conatus hinc, illa vitia cordis ad lectos aegrorum a se invicem distinguendi, vanus est. Signa etenim quae alias *incrassationem* et *extenuationem* substantiae cordis quodammodo indicare valent 31), praesente simul illius visceris dilatatione, diluuntur. Nec facultas concessa est, dilatationes *cordis sinistri* a dilatationibus *cordis dextri* secure distinguendi. Asserunt 32) quidem morbos *cordis dextri* magis *respirationis negotium*, et, illas *cordis sinistri* magis *circuitum sanguinis*, perturbare, — atque ibi plus *systema venosum* (inprimis venas jugulares), hic vero plus *systema arteriosum* (maxime arterias carotides) pati; — at vero assertiones hujusmodi neutiquam ab experientia confirmantur: neque id mirum, dum perpendimus nexum intimum inter cor dextrum et sinistrum, et com-

plica-

runt; scarlatina dein curriculum suum placide absolvente.

30) §. XLVIII. XLIX.

31) §. XLVI. XLVII.

32) Senac l. c. *Livr. IV. Chap.* 8. 9. — Corvisart l. c. p. 145. — Kreysig l. c. 2. *Th.* p. 65.

plicationes vitiorum quibus subjiciuntur[33]). Quae cum ita sint, satius erit praesentiam dilatationis cordis *generatim* statuere [34]).

2. Sunt autem *signa generalia dilatationis* varia pro vario morbi stadio. *Morbo incipiente* observantur facies praeter consuetudinem rubens calensque, animus irritabilis, cita defatigatio [35]), obnubilatio, motus cordis inconsuetus, pulsus durus,

S. generalis dilatationis cordis.

33) Eaedem sane caussae (e. c. inflammatio) quae in una cordis parte incrassationem aut dilatationem producere possunt, in altera extenuationem et angustiam gignere valent. Immo, angustata una cordis parte, altera, quae illi cruorem transmittere deberet, utpote ab hoc fluido (in fluxu suo impedito), distensa, necessario dilatari oportet. Combinationes, quae ex complicatione variorum vitiorum cordis oriri possunt, instar illarum literarum alphabeti, in infinitum multiplicare licet. Plurimas describere conatus est Cl. Kreysig (l. c. 2. *Th.* p. 349—359.); num cum scientiae lucro? Certe cum lectoris taedio.

34) Dico cum Testa (l. c. p. 382.): „*Man sieht aus allem diesem, daſs ich zwar im Stande zu seyn glaube, die Krankheiten des Herzens im Allgemeinen, aus bestimmten Merkmalen zu erkennen; aber daſs ich mir nicht anmaſse, die besondere Natur und den Ausgang dieser Fehler in jedem vorkommenden Falle zu beurtheilen.*" Similia jam dudum Albertini fassus est. Vide supra Cap. IV. §. XII. N. 2 (98).

35) Ait Testa (l. c. p. 374.): „*Auch glaube ich bemerkt zu haben, daſs das unvermuthete Schwinden der Kräfte vielmehr zu den Fehlern der hintern als der vordern Herzhöhlen gehört.*"

durus, vibrans [36]) aut debilis et irregularis, respiratio sub minimo motu anhelosa, tussis habitualis cum sputis veluti per vomendi suffocativos conatus rejectis [37]), saepe cruentis, ciborum desiderium auctum, ructusque. Aegri saepe de doloribus veluti rheumaticis membrorum conqueruntur [38]). *Morbus provectus* exhibet genarum et labiorum livorem, anxietatem, corporis emaciationem, somnum expergefactionibus repentinis perturbatum, cordis pulsationem in ampliori superficie, non solum tactui, visui sed interdum et auditui obviam, carotidum vibrationem, jugularium turgorem [39]), narium, pulmonum, ani [illegible] haemor-

36) Pulsum magnum *non intermittentem* pro indicio dilatationis cordis habebat ALBERTINI (l. c.). Vidit autem manus sinistrae pulsum valde intermittentem TESTA (l. c. p. 374.).

37) Huic symptomati in morbis chronicis cordis detegendis multum tribuo. Tussis haec cum vomitu matutinis potissimum horis comparet, aegros per quartam horae partem et ultra detinet, lachrymasque illis elicit.

38) Cfr. HUFELAND's *Journal.* 32. *B.* 4. *St.* p. 95. — VILLESAVOYE in *Fränkisch. Samml.* 2. *B.* 11. *St.* p. 310. — TESTA l. c. p. 382. — Pater meus quondam Viennae pro comite K . . . . g in consilium vocatus fuit. Magni artuum cruciatus ex nulla evidenti caussa orti, illi suspicionem latentis dilatationis cordis excitarunt, quam propius aegri examen et sectio cadaveris confirmarunt.

39) *Pulsationem jugularium* GALENO jam in capitis do-

haemorrhagias [40]), decubitum supinum denegatum, suffocationis insultus inprimis sub motu et post pastum, lipothymias [41]), urinam rubram, paucam, sedimento roseo instructam. Aegri saepe de faucium constrictione conqueruntur. *Morbus ultimum stadium* attingens, praeter augmentum signorum allatorum (excepta pulsatione cordis interdum evanescente) oedema, hydrocardiam et hydrothoracem exhibet.

3. Visae sunt dilatationes cordis, in hominibus *adspectu sanis* [42]). Porro dilatatio cordis confusa Facilis error.

S 2

lore observatam (comment. in libr. prorrhet. III. p. 200.) ad signa dilatationis cordis revocarunt Lancisius aliique. Quin immo de *pulsatione venarum* brachii ut signo ejusdem morbi loquuntur Hombero (*Mémoires de l'acad. de Paris* a. 1704. p. 159.) et Zuliani (Testa l. c. p. 371.). Talem pulsationem venarum non admittit Testa (l. c. p. 373.) illamque a tremore aut subsultibus musculorum propinquorum (p. 374.) derivat.

40) Forlani (l. c. p. 77.) nexum haemorrhagiae cum dilatatione cordis pulchre patefecit. Cfr. Kreysig l. c. 1. *Th.* p. 380.

41) Lower et Albertini lipothymias potissimum in dilatatione cordis dextri observarunt. Rite observat Testa (l. c. p. 374.) quoque in dilatatione cordis sinistri lipothymias obvenire, ac interdum in illa cordis dextri deesse.

42) Exempla dilatationum enormium cordis in hominibus adspectu sanis et fortuito mortuis narrantur a Vesalio (de corporis humani fabrica Lib. I. Cap. 5.) a Harveyo (exercit. de circulo sanguinis ad Riolan.)

confusa fuit, cum *symphysi cardiaca* [43]), cum *angore pectoris* [44]), cum *aneurysmate aortae* et cum *morbis vitia organica cordis et arteriarum simulantibus* [45]). Ad quos errores evitandos refert maxime *caussarum morbi* rationem habere. Constat etenim *dilatationes cordis* potissimum obvenire in hominibus ex familiis morbis cordis obnoxiis descendentibus, athleticis, annosis, arthriticis, post violentias pectori illatas nisusque magnos, post graves curas et fortia animi pathemata.

§. LI.

a LANCISIO (de aneurysm. prop. 53. p. 82.) a FANTONIO (resp. et cur. p. 59.) a DETHARDINGO (Eph. Nat. Cur. Dec. III. A. 5. 6. Obs. 71. p. 149.) a TESTA (l. c. p. 28 et 368.).

43) Dilatationis cordis omnia signa aderant in aegroto LOWERI (De corde Cap. 2. p. 106.) attamen nonnisi symphysis cardiaca detecta est. Hanc saepe cum dilatatione cordis simul excitare monui. Cap. VIII. §. XXIX. N. 1. (39).

44) Fatetur TESTA (l. c. p. 371.): „*Die Leiche eines unsrer Kranken, der in diesen Tagen starb, nachdem er an allen Zufällen der Brustbräune gelitten und bei dem ich gewiſs Verknöcherungen im Herzen vermuthete, zeigte statt jener Verknöcherungen eine ungeheure Ausdehnnng des rechten Herzohrs.*“ Puto confusionem istiusmodi morborum *incipientium*, haud facile locum habere posse, propterea quod insultus periodici angoris pectoris in dilatatione cordis desiderantur.

45) Cap. XVII. §. LXXI.

§. LI.

Monita circa prognosin et curam dilatationis cordis.

1. Dilatatio cordis longaevitati non semper obstat [46]). Multi hydrope pereunt. Mors improvisa debetur aut cordis paralysi [47]), aut illius rupturae *). Maxime vero timenda est pericarditis accessoria [48]), quae nisi cognita riteque curata, aegrum, morborum acutorum more, e medio tollit [49]). Prognosis.

2. Quod periculum ope regiminis diaetetici congrui [50]), setacei [51]), fonticuli [52]) antevertendi, prima Cura.

46) Senac l. c. *Livr. IV. Chap.* 8. p. 11. inquit: „*on peut vivre longtems, quoique le volume du coeur soit fort grossie. St. Philippe de Neri n'est mort qu'à* 80. *ans.* Cfr. Albertini et Testa (l. c. p. 383.). A. 1806. judaeum octodecim annorum curavi qui omnia signa dilatationis cordis summae exhibuit. Dereliquit Vilnam a. 1807. de illius propinqua morte non dubitaveram. Rediit vero cum iisdem symptomatibus, magis tamen macilentus a. 1815. iterum abiturus.

47) Kreysig l. c. 2. *Th.* p. 288.

*) Cap. XIII. §. LIV.

48) Cap. IX. §. XXXIII. N. 3.

49) Ferriar l. c. Kreysig l. c. 1. *Th.* p. 191.

50) Cap. XI. §. XLV. N. 2.

51) Prosequitur Burns (l. c. p. 66.): „*Ich kenne kein Mittel, dafs diesen Zweck (die Abwendung der Herzentzündung) besser erreichte, als ein auf die Stelle, wo das Herz liegt, gelegtes Haarseil.*“

52) Mulcrum lucri inde obtinui.

prima est indicatio [53]. Apparentibus signis congestionis ad cor, illico ad parvam *venae sectionem* [54], aegro supine decumbente [55], ad *hirudines* circa partem affectam aut ad anum, nec non ad *eccoprotica* aliaque *derivantia* recurrendum. *Cucurbitulas scarificantes* ob impetuosam nimis revulsionem, quam operantur, nunquam adhibere ausi sumus. *Hydropis* periculum, *diureticis* [56], inprimis, *foliis digitalis purpureae* praepeditur, quod pharmacum etiam tumultum cordis et systematis arteriosi temperare valet. Eundem effectum *nitras potassae*, et, nisi tussis obstet, haustus *aquae frigidae*, quin immo ipsa *glacies condita* et *embrocatio* super pectus, praestant. Interdum symptomata per exhibitionem prudentem *sacchari saturni* leniuntur. *Narcoticorum* usum lipothymiae contraindicant [57].

Alias

53) Pulchre ait Burns (l. c. p. 65.): „*Wegen der grofsen Neigung der Herzerweiterung zum Uebergang in chronische Entzündung mufs der Arzt alles Mögliche thun, um den Eintritt dieses neuen Uebels zu verhüten, das mit seltenen Ausnahmen den Kranken in sehr wenigen Tagen den Tod bringt.*"

54) Senac (l. c.) ait: „*L'expérience confirme l'utilité que la raison nous découvre dans la saignée; les palpitations s'affoiblissent quand la masse du sang est diminuée, les malades respirent plus aisément.*" Corvisart l. c. p. 155.

55) Clutterbuck in *the medico-chirurgical Journal. Vol. III.* 1817. p. 482.

56) P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. XI. §. LVII. 4.

Alias et illa et *amara* et *stomachica*, periclitante in ultimo morbi statio vita, usurpari possunt [58]).

§. LII.

De capacitate cavitatum cordis imminuta, speciatim de angustatione ostiorum.

1. Praeter capacitatem cavitatum cordis imminutam, ob polypum [59]), ob incrassationem parietum [60]), ob tumores in mediastino, circa pericardium, super aortam et arteriam pulmonalem [61]); peculiari nostra attentione dignae sunt *angustationes ostiorum communicationem inter cor et venas atque arterias efficientium.* Hujuscemodi angustationes originem trahunt ex vitiis aut *membranae internae cordis*, aut *limborum orificia venosa circumdantium* aut *valvularum.* Generatim.

2. *Membrana cordis superficiem internam investiens angustationi orificiorum* ansam porrigit Angust. ex vitio membranae internae cordis.

57) Senac l. c.

58) Cap. XI. §. XLV. N. 7.

59) Cap. X. §. XXXVII. 2.

60) Cap. XII. §. XLVI.

61) „*Un homme, dit* Garnerus, *étoit tourmenté par des palpitations, qui devinrent encore plus violents à mesure qu'il avançoit en âge; le principe de ce battement étoit une excroissance qui pesoit une once; elle étoit placée entre l'aorte et l'artère pulmonaire.*" Senac op. c. *Livr.* 4. *Chap.* 8. p. 406. — Cfr. Stenzell diss. de steatomatibus in principio aortae subortis. Vitemb. 1723.

git si illa incrassatur. Incrassatur autem dum praevia inflammatione vel lympha coagulabilis[62]), vel concrementa lapidea[63]), in textum illius cellulosum deponuntur.

Ang. ex vitio limborum.

3. *Limbi ostia venosa circumdantes* illa ostia angustant ac fere occludunt[64]), dum indurantur et tument, indeque fibras tendineas musculorum papillarium breviores reddunt.

Angustatio ex vitiis valvularum.

4. *Valvulae*, ostia cordis occludere possunt, dum aut lithiasi[65]) aut nodulis et excrescentiis[66]) notantur. Excrescentiae hujusmodi interdum magnitudinem nucis avellanae attingunt[67]). Forma illarum lucera, oblonga, corrugata[68]) est;

62) Kreysig l. c. 2. *Th.* p. 306.

63) Schenk in Horn's *Archiv f. med. Erfahrung.* 1820. *Novembr. Decembr.* p. 582. (ostium venosum ventriculi sinistri angustatum).

64) Corvisart l. c. p. 195.: „*J'ai observé plusieurs fois ce rétrécissement parvenu à un point tel, qu'on pouvoit s'étonner que le filet de sang auquel donnoit passage l'espèce de fente qui tenoit lieu d'orifice, fut suffisante à une circulation capable d'entretenir une vie languissante.*"

65) Cap. XI. §. XLII. N. 2.

66) Morgagni Epist. XI. 11. Ep. LXIV. 8. Ep. XXIX. Ep. XL. 23. Ep. LXIV. 2. — Lancisius *von d. verschiedenen plötzlichen Todesarten.* 2. *B.* p. 121. — Sandifort Obs. anat. pathol. L. I. C. I. p. 31. Tab. III. fig. 4. L. III. C. I. p. 41. — Corvisart l. c. p. 217.

67) Forlani l. c. p. 70. Soemmerring apud Baillie p. 21.

68) Kreysig l. c. 2. *Th.* p. 360.

est; origo interdum syphilitica [69]). Concretio valvularum inter se [70]) effectum praeviae iuflammationis sistit.

5. *Symptomata* angustationem ostiorum cordis *in genere* indicantia sunt: accessus periodici, repentini, suffocationis, stipati pulsatione cordis magna, cum ictubus arteriarum saepe parvis, intermittentibus, minime cohaerente. Praeterea manus medici regioni cordis applicita sensum sibili [71]) percipere solet. Nec dolores pectoris, tussis, haemorrhagiae et lipothymiae deesse solent. Quae symptomata, intervalla eo liberiora concedunt, quominus constans est vis impedimenti [72]). Cujus sedes specialis, per signa alibi adumbrata [73]), divinare studeat indefessus scrutator. Symptomata generalia.

6. Sym-

69) „*Est-il plus difficile de croire qu'il peut se former des végetations vénériennes sur les valvules du coeur, que sur la peau aussi fine du gland, de l'intérieur du prépuce etc. — dont les apparences et le tissu connu ont d'ailleurs beaucoup d'analogie?*"

70) Kreysig l. c. 2. *Th.* p. 360.

71) Gall. *bruissement.* Germ. *Schwirrende Bewegung.*

72) „. . . *p. e. les végétations, les excroissances que l'on observe sur les valvules ventriculaires et sygmoïdes, dont la présence ne se manifeste que par intervalles, lorsque ces corps, presque toujours flottans dans la cavité du ventricule ou du vaisseau, se présentent tantôt plus, tantôt moins, et plus ou moins inégalement à l'orifice au bord duquel leur base est fixée.*" Corvisart l. c. p. 228.

73) C. XI. §. XLII. 2. Adde opinionem Hodgson (l. c.

Diagnosis. 6. Symptomata *angustationis ostiorum cordis* magnam similitudinem cum illis *angoris pectoris* alunt. Cordis pulsatio maxima et perceptio sibili ab applicata ad thoracem sinistrum manu, illam angustationem ab isto morbo quodammodo distinguere valent.

Prognosis. 7. Aegri angustatione ostiorum laborantes, quamvis continuo in periculo mortis versentur, attamen vitam miseram diu protrahere possunt, quod inprimis de senibus, quiete viventibus phlegmaticisque valet.

Cura. 8. Ad mortis periculum, quousque licet, praepediendum, regulas jam traditas [74]) sequi debemus.

Caput

p. 55.) angustationem ostii venosi ventriculi sinistri concomitari pulsum cordis dicrotum.

74) Cap. XI. §. XLV. inprimis N. 3. et N. 10.

Caput XIII.

De dislocatione, prolapsu et ruptura cordis.

§. LIII.

De dislocatione et prolapsu cordis.

1. De situ praeternaturali cordis *congenito* jam monuimus [1]; hic de eodem vitio, *morborum acquisitorum* effectu, quaestio erit *). Distinctio.

2. Visum enim est *cor propulsum in thoracis latus dextrum* a ventriculo, ob vulnus diaphragmatis, in pectus migrante [2], a vomica pulmonum [3], ab empyemate [4], ab hydrope saccato [5], Exempla.

1) Cap. V. §. XV. N. 2. (10—16).

*) Doleo me accipere haud potuisse binas de hoc argumento, dissertationes, videlicet illam Jos. I. H. Zedleri de situ cordis abnormi c. historia morbi hac spectante. Vratisl. 1817. et alteram K. Weese de cordis ectopia. Berol. 1818. c. tab. aen.

2) Sennert Practica Lib. II. C. 15. Lugd. Batav. 1650. p. 703.

3) Senac Op. c. *Livr. IV. Chap.* 9. §. 7. p. 439. — Schmidt in Hufeland's *Journal.* 25. *B.* 2. *St.* p. 189.

4) Soemmerring de morbis vasorum lymphaticorum p. 139.

cato [5]), ab aneurysmate aortae [6]), a sacco cruore repleto [7]) et frequentissime a steatomatibus [8]). Haud raro steatomata in mediastino anteriore locata pulmones et *cor retrorsum* premunt [9]). Alias pulmones cum pericardio concreti, tumorem efficiebant, in *abdomen propulsum* [10]). Maxime vero memorabilis est *prolapsus* [11]) seu *hernia cordis*, verbo hujus visceris descensus, quo fit, ut cor non solum diaphragmati (a quo interdum

5) Larrey *medicinische chirurgische Denkwürdigkeiten. Leipz.* 1812. p. 825. — Cfr. Ameluno in Hufeland's *Journ.* 1816. *Nov.* p. 15.

6) Werdermann in Mursinna *Neues Journal f. die Chirurgie.* 1. *B.* 2. *St.* p. 188.

7) Plenciz acta et observ. medica. Prag. 1783. p. 162.

8) Boerhaave v. rariorum morborum historiae Baldinger. Francf. 1771. — Jaminson in *Edinburger Versuchen und Bemerkungen.* 3. *B.* p. 488. — Corden in *Memoirs of the medical Society of London. Vol.* 6. p. 122. — Horn *Neues Archiv f. med. Erfahr.* 3. *B.* 1. *Heft. N.* 30. — Kreysig l. c. 2. *Th.* p. 866. — Mai in Hufeland's *Journal.* 19. *B.* 1. *St.* p. 111. — Meckel de condit. cordis abnorm. p. 6.

9) Bonet sepulchr. Lib. II. Sect. 2. Obs. 4. — Corden *Memoirs of the medical Society of London. Vol.* 6. p. 172. et *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 23. *B.* 3. *St.* p. 323. — Kreysig l. c. 2. *Th.* p. 855.

10) Sandifort Obs. anat. pathol. p. 6. — Haen ratio med. Vol. I. p. 109.

11) Lancisi de aneurysmatibus. Lib. II. propos. 52. p. 81. et de mortibus subitaneis p. 136.

terdum involvitur[13])) incumbat, sed illud quoque deprimat [14]), regionem epigastricam occupet. Huic vitio ansam porrigunt aneurysma aortae [15]), cordis praemagni pondus [16]), relaxatio vasorum majorum [17]), hepar volumine auctum sociâ hernia scrotali dextra [18]) et paresis diaphragmatis, effectus, aut praeviae apoplexiae, aut tumorum nervum phrenicum comprimentium [19]).

3. Aegrorum *dislocatione cordis* laborantium unus, laborabat anxietate, inspiratione difficili *), periculo suffocationis, tum sub motu, tum sub decubitu supino, tussi brevi, frequen- Symptomata.

13) Zuliani de quibusdam cordis affectibus. Obs. 2. 3. 4. Cfr. Leidenforst Opuscul. Vol. I. p. 3. Senac. T. I. p. 178.

14) Morgagni Epist. XV. 55. Ep. XVII. 28. — Ruysch Advers. anat. Dec. I. — Ramel in *Journal de médec. T. XLIX.* p. 423.

15) Morgagni Epist. XVII. 25.

16) Lancisi l. l.

17) Lancisius de aneurysmate L. II. prop. 52. p. 81.

18) Aliquoties de morbo cordis suspicabar, cum tamen in cadavere nil nisi hepar magnum et hernia scrotalis detecta fuerit. Hepar eo magis diaphragma et cum eo pericardium deorsum trahere debet, quo magis fulcro intestinorum caret.

19) Testa l. c. p. 191. (Suspicatur hoc in casu simul adesse perceptionem *lapsus costarum*, de qua Morgagni (Ep. XXVI. 21. Ep. XLV. 25.) narrat.

*) Exspiratio facilis erat.

frequenti, clangosa, loquela impedita, doloribus pectoris, abdominis, dorsi, pulsu irregulari, rara levique pulsatione cordis, sensuque fluctuationis corpus anterius flectendo [20]), — alter experiebatur dolores in regione cordis, inter scapulas, difficultatem deglutiendi atque vomitum [21]); — alter quidem non experiebatur dyspnoeam, sed sensum ebullitionis in ventriculo [22]); — alter fame laborabat, verum cibi vix assumpti graves molestias excitabant [23]); — alter conquerebatur de dyspnoea sub ascensu scalarum, deque pulsatione in regione ventriculi, aderantque praeterea corporis emaciatio, tussis atque pulsatio, inter sextam et septimam costam *lateris dextri*, tactui non minus quam visui obvia [24]); — alter, omnium celeberrimus [25]), patiebatur dolorem fixum sub mamma sinistra, cruciatus vagos pectoris et scapularum, atque tussin, decubitus undique impeditus erat concessa dumtaxat corporis anterius flexione, cubitis genubus infixis. Pulsus a norma non deflectebant. In *prolapsu* seu *hernia cordis*, praeter plurima ex allatis symptomatibus, observatur absentia pulsationis in

20) Sandifort l. c.

21) Saminson l. c.

22) Zuliani l. c.

23) Testa l. c. p. 187.

24) Mai l. c.

25) Marchio de St. Auban. v. Boerhaave et Kreysig l. c.

in latere sinistro thoracis illiusque praesentia in regione epigastrica.

4. De dislocatione cordis, in sectionibus pathologicis non praepostere judicandum est; positio enim hujus visceris plurimis mutationibus per ipsam cadaveris positionem subjicitur [26]). Nec sano in homine cor eundem semper occupat locum, attollitur enim sub inspiratione et descendit sub exspiratione [27]). Vigente morbo, symptomata dislocationis cordis, a symptomatibus morborum, qui dislocationem producunt, distinguenda forent. Cave praesertim ne pulsatio in thorace dextro aut in regione epigastrica obvia, utpote aneurysmati aortae familiaris [28]), te in errorem ducat. Diagnosis.

5. Nisi morbus, qui dislocationi cordis ansam porrexit, curam admittat, ars nihil valet. Attulerunt aliquot levamen parvae *venae sectiones* (dum aegroti debilitas non obstabat), *fonticuli* et *setacei* circa cordis regionem, *fomentationes* super pectus et *clysteres* [29])! Prognosis.

§. LIV.

26) Leidenfrost l. c. Pasta de cordis pclypo. §. XXII. p. 72. — Testa l. c. p. 177. — Kreysig l. c. 2. *Th.* p. 72.

27) Alexander Benedetti anat. Lib. III. C. 12.

28) Cap. XVI. §. LXII. N. 3. (84).

29) Boerhaave l. c. (Comes St. Auban sic levamen accipiebat).

§. LIV.

De ruptura cordis.

Exempla. 1. Exempla *rupturae cordis*, quorum unicum vidimus 31), describuntur a HARVEY 32), SALZMANN 33), MORAND 34), MORGAGNI 35), MUMSEN 36), LUDWIG 37), FINE 38), MURRAY 39), JOHNSTON 40), HAZON 41), LANGLADE 42), FLEURY 43), RENAULDIN 44), OLAI 45), PENADA 46), ERDMANN 47),

31) Vide infra. §. LIV. (82).

32) Exercit. III. de circulo sanguinis. Sect. I. p. 63.

33) Diss. de subitanea morte a sanguine in pericardium effuso. Argent. 1731.

34) *Mémoire de l'acad. des sciences* 1732.

35) De sed. et caus. morb. Ep. XXVII. 1. 2. 5. 8. Ep. LXIV. 15.

36) Diss. de corde rupto. Lips. 1764.

37) Prim. lin. anatom. pathol. Lips. 1785.

38) *Recueil des actes de la société de santé à Lyon. T. I.* p. 200. v. *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 21. *B.* 4. *St.*

39) Diss. de ruptura cordis. Upsal. 1785.

40) *Med. Bemerkungen und Untersuchungen.* 2. *B.* p. 103.

41) *Journal de méd. T. IX.* p. 316.

42) *Journal de méd. T. LXXXVIII.* p. 199.

43) *Bulletin de la soc. de méd.* p. 131. Append. ad *Journal de méd. continué. Vol. X.*

44) CORVISART *Journal de méd. continué. Vol. XI.* p. 264. v. HARLES *N. Journal der ausländ. med. Literatur.* 7. *B.* 1. *St.* p. 196.

45) *Memoria di una morte repentina cagionata della rottura del cuore. Firenze* 1803.

46) *Saggi di Padova. T.* 3.

MANN [47]), FELDHAN [48]), FIORATI [49]), PORTAL [50]), NICHOLS [51]), CULLERIER [52]), HOREAU [53]), ZIMMERMANN [54]), ANGUISCOLA [55]), CORVISART [56]), ROSTAN [57]), BRERA [58]), POHL [59]), METZGER [60]), SCHAEFFER [61]), TESTA [62]), KREYSIG [63]), ASHBURNER *), aliisque [64]).

2. *Caus-*

47) HORN's *Archiv.* 3. *B.* 1. *St.* p. 91.

48) SCHMUCKER's *vermischte Schriften.* 3. *B.* p. 279.

49) *Saggi scientifici di Padova. T.* 3.

50) *Mémoires de l'acad. des sciences de Paris* 1784. v. *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 12. *B.* p. 705. Et *Mémoires sur la nature et le traitement de plusieurs maladies du coeur. T.* 2. *N.* 1.

51) *Philosoph. Transact. Vol. LII. P. I.* p. 265. v. LESKE *auserl. Abhandl.* 5. *B.* p. 173.

52) *Journal de méd. continué. Vol. XII.* p. 168.

53) *Archiv der pr. Heilk. f. Schlesien.* 3. *B.* 4. *St. N.* 3.

54) *Von der Erfahrung.* 2. *B.* p. 449.

55) *Giornale della società medica di Parma. T.* 3.

56) l. c. p 258.

57) *Journal général de méd. Françoise et étrangère* 1820. *Juillet* p. 99.

58) *Di una straordinaria rottura di cuore. Verona* 1808.

59) De ruptura cordis. Lips. 1808.

60) *System der gerichtlichen Arzneywissenschaft.* p. 136.

61) HUFELAND's *Journal d. pr. Heilk.* 1811. *Aug.* p. 11.

62) Op. c. p. 391.

63) Op. c. 2. *Th.* p. 443.

*) *London med. and physical Journal.* 1822. *Decembr.*

64) Act. Nat. Cur. Vol. VI. Obs. 39. — Eph. Nat. Cur. Dec. III. A. 3. Obs. 82. A. 9 et 10. Obs. 164. *Sammlung.* 1725. *Mai* p. 569. — *Fränkische Samml.* 2. *B.*

Caussae. 2. *Caussis* rupturae cordis adscribendae sunt: vitium congenitum [65]), violentiae externae [66]), nisus [67]), inprimis sub coitu [68]), rixae [69]), animi pathemata gravia [70]), compressio arteriae pulmonalis

p. 310. *Histoire de l'académie de Paris.* 1770. p. 51. — *Neue Edinb. Versuche.* 3. *B.* p. 257.

65) In puerorum cadaveribus, nec non in catulis ac vervecibus, aliquando spectavit corda LANCISIUS in altera auricularum, vel (ut frequentius) sinistro in ventriculo, locum quemdam, ac veluti *foramen pellucidum* habentia, quod externa internaque tantum membrana ne omnino dehisceret, impediebat. Neque dubitandum quin, si eadem corpora adolevissent, inter illa facile adnumeranda essent, quae repentino interitu, ob apertum ex tempore cordis foramen concidunt, cujus profecto mortis genus et alii saepe et nos crebro vidimus (De morb. cord. et aneurysmatibus. L. I. C. 2. p. 38. Lugd. Bat. 1740.).

66) Eph. Nat. Cur. Dec. A. 9 et 10. Obs. 164. (ictus thoracis), MUMSEN (ictus ab equo calcitrante), LUDWIG l. c. (percussio), FINE l. c. (concussio), HUFELAND's *Journal d. pr. Heilk.* 14. *B.* 2. *St.* p. 200. (concussio per glandem plumbeam sine vulnere extrinseco), METZGER l. c. (equi calcitrantis ictus), CHAUSSIER in *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 12. *B.* p. 720. (rota currus super pectus decurrens).

67) ODIER in nota versionis op. Cox (sub itinere maritimo vehementem vomitum excitante. Cfr. infra mea observatio).

68) MORGAGNI Ep. XXVI. 13.

69) PORTAL *mém. de l'acad. de Paris. A.* 1784. p. 51.

70) MURRAY l. c. p. 26.

monalis ab aneurysmate aortae [71]), hujus angustia [72]), insultus epilepticus [73]), cordis friabilitas [74]), suppuratio, exulceratio *) et lithiasis [75]). Haec caussae magis in cordis ventriculos quam in auriculas imperium exercent, vix tamen in unum illorum prae alio [76]). Violentiae externae vehementissimae rupturam cordis per se excitare valent; alias quaedam requiritur *praedispositio*. Quaerimus illam tum in praegressa inflammatione cordis suppurationes erosionesque excitante [77]), tum in deleto imperio nervorum [78]), ex quo sub-

T 2

71) NICHOLLS l. c. (casus Regis GEORGII II.).

72) *Breslauer Samml.*

73) JOHNSTON l. c.

74) Cap. XII. §. XLVII. N. 4. (62). ERDMANN l. c.

*) LANGLADE l. c. MORGAGNI Ep. XXVII. 5. 8. — LEMERY *Mém. de l'acad. de Paris. A.* 1732. p. 429. (Casus uxoris ducis Brunswigensis), PENADA l. c.

75) MORGAGNI Ep. XXVII. 2. TESTA l. c. p. 395.

76) CORVISART et PORTAL in ea versantur opinione, ventriculum cordis sinistrum saepius quam dextrum rupturae obnoxium esse: ast vix reperio differentiam, nam inter septemdecim observationes quas sub oculis habeo, octo in ventriculo dextro et novem in sinistro locum obtinuerant.

77) TESTA l. c. p. 392.: „*So glaube ich in den meisten Krankheitgeschichten derer, welche an der Zerreissung des Herzens gestorben, eine schleichende Entzündung des letztern zu erkennen, die endlich in Verschwärung überging.*"

78) Forte huc spectat *ruptura cordis in peste* de qua loquitur QUESNAY (*des fièvres T.* 2. p. 448.).

substantia cordis friabilis **) evadit, vel alia pacto degenerat [79]).

Diagnosis. 3. Cum rupturam cordis, signa saltem generalia, morbum hujus visceris indicantia [80]), praecedere soleant, diagnosin originis mortis hujus repentinae (interdum sub somno ingruentis [81])) haud semper ardua est [82]). Apoplexia aut ruptura

**) Ashburner l. c.

79) Corda rupta saepe multa pinguedine circumdantur. Testa l. c. — Kreysig l. c. p. 446.

80) Ardor et dolores lancinantes ventriculi pectoris inter scapulas, delirium, pulsus debilis, extremitatum frigus Anguiscola l. c. Palpitatio cordis (Brera l. c.). Cfr. infra.

81) Anguiscola l. c.

82) Ardua tamen fuisset diagnosis sequenti in casu. C. Univers. Vilnensis chirurgiae Professor Niszkowski, vir quadragesimum circiter annum agens, habitu corporis spongioso praeditus, jam a. 1814. conqueri coepit, de anxietate, nausea, et vomitu matutinis horis urgentibus, inprimis dum animus ejus a gravioribus curis et a protractis vigiliis, quas operationes chirurgicae et exercitium artis obstetriciae secum trahere solent, agitabatur. Pulsus illi erat normalis praeter quamdam frequentiam. Nec de cordis palpitatione, nec de alio signo, morbum hujus visceris indicante, querelas agebat. Die ultima Augusti a. 1816. cum eo prope littora fluminis Vilia adhuc deambulaveram. Die tertia Septembris, hora sexta matutina ad illum derepente advocor, nuntium simul accipiens, quod morti proximus sit! Revera aegrotum inveni cum facie a statu sano valdopere recedente, anxietate summa, dolore forti sub sterno, jactatione

ptura aneurysmatis tamen in errorem ducere possent.

4. Ru-

continua, pulsu frequente irregulari et exiguo. Adstiterat jam amicus noster communis, Professor MIANOWSKI. Aegrotus, mentis omnino compos, narrabat, se post somnum sat irrequietum vomitum habitualem inconsueta tamen vi, perpessum esse, atque absolutis vomendi conatibus tam debilem redditum fuisse. Debilitate ista non obstante, venam brachii sinistri secavimus, eductis circiter novem cruoris unciis. Sequebatur aliquod levamen. Nihilominus palam erat aegrum adhuc in vitae periculo versari. Qua de caussa illum non dereliquimus. Hora sexta vespertina angustiae plus quam unquam augebantur, ac aeger e lecto prosiliens ac sedile sibi eligens, exclamabat, „Ah! nunc me pessime habeo, laboro maximo morbo eoque diuturno." Quae verba vix cum protulisset, in lipothymiam, subsequentibus motibus nonnullis convulsivis capitis, incidit, ac inter brachia mea animam exhalavit. Secto a Professore anatomiae cadavere (cui labori adstare non potuissem) reperiebatur pericardium cruore repletum et ventriculus cordis sinister cum fissura perpendiculari longitudinis pollicis. Cor caeterum normale erat, adeo tamen friabile, ut sub delicata licet exploratione attactus digiti novum foramen excitaret. Nervi vagi eo loco, quo in pectoris cavum intrant, utrinque a tumoribus steatomatosis obsessi fuerunt. Similis tumor magnitudinis ovi gallinacei colli latus dextrum occupabat, atque strumam simulabat. Tumores nervos vagos comprimentes videntur simul et emesin excitasse et cor ita friabile reddidisse ut hoc viscus nisui sub vomitu resistere haud potuerit. Grumus sanguinis forte sub

Animadversiones. 4. Ruptura cordis forte frequentius contingeret, nisi concretio illius cum pericardio, in locis maxime exesis, id impediret [83]). Visae praeterea sunt rupturae valvularum [84]), columnarum carnearum ventriculorum [85]), septi ventriculorum cordis [86]) et claustri foraminis ovalis [87]). Potest hinc ruptura cordis locum invenire quin sanguis

primo morbi insultu effluxui cruoris obstitit, unde aeger adhuc per duodecim horas vitam protrahere potuerat. Forte contigit quid simile Corvisartio (l. c. p. 261.) ubi ait: „*Plusieurs observations attestent qu' elle (la mort) n'arrive quelques fois que le deuxième ou troisième jour, sans doute parceque le sang, dans ce cas, ne s'épanche que par une déchirure fort étroite ou oblique et par conséquent lentement et en petite quantité.*"

83) Inter observationes egregii Rostan (l. c.) exstat casus cordis, non eo in loco rupti ubi substantia sua a concretione fibrosa cum pericardio cohaerente resarcita erat, sed in longe alio adspectuque sano. -

84) Schulze de elasticitatis effectu in corpus humanum; in Halleri diss. anat. T. 3. p. 661.

85) Marat in *Journal de méd. continué. T. VI.* p. 587. (ruptu columna carnea in ventriculo sinistro ex nisu), Corvisart l. c. p. 263. Obs. 40. („*on s'appercevait dans le ventricule gauche, qu'un des gros piliers, qui soutiennent les valvules mitrales, étoit rompu à la base.*").

86) *Breslauer Sammlung* l. c.

87) Corvisart l. c. (Post ictus super pectus), Tacconi (Comment. Inst. Bonon. T. 6. p. 64.), Abernethy *Philosoph. Transact.* Y. 1798. p. 1.

sanguis in pericardium extravasatus reperiatur [88].

Caput XIV.

De inflammatione arteriarum, praecipue aortae.

§. LV.

Historia doctrinae. Symptomata.

Historia doctrinae.

1. De inflammatione arteriarum jam locuti sunt Aretaeus [1], Morgagni [2], Stoll [3], Faselius [4], Langswerth [5], Birch [6], Willich [7],

88) Sanguinem in pericardium effusum interdum, ex erosione aut aortae aut venae pulmonalis pullulare, jam Senac docuit *T.* 2. *Livr.* 4. *Chap.* 6. p. 351. Porro in observationibus tum medicorum Berolinensium tum Fabricii Hildani legitur de pericardio materia saniosa sanguinolenta repleto quin vel in corde vel in vasis contiguis continui solutio detegeretur.

1) De curat. acut. L. II. p. 7. p. 108. (Sub nomine παχείη ἀρτηρίη). Cfr. Gruner de morb. antiquit. p. 187. et Sprengel *Geschichte der Arzneyk.* 2. *Th.* p. 78.

2) Epist. XXVI. 35.

3) Rat. med. Vol. II. P. 2.

4) Diss. sistens morbos arteriarum. Jen. 1757.

5) Theor. med. de arter. et ven. in corp. hum. affectionibus. Prag. 1763.

6) *Journal de méd. T. LXX.*

LICH 7), A. MONRO 8) aliique, quatenus scilicet illa inflammatio in singulis arteriis post laesiones externas et in textu viscerum phlogosi correptorum obvenit. Verum *systematis arteriosi* (et venosi) *universi* inflammationem *solitariam* primum descripsit J. P. FRANK 9). Inventum ejus confirmatum est a SCHMUCK 10), SASSE 11), REIL 12), SPANGENBERG 13), MELI 14), KREYSIG 15), JONES 16), HODGSON 17) nec non a nostra experientia 18).

2. Sym-

7) BALDINGER's *neues Magazin.* 8. *B.* p. 268.

8) *Ueber die Häute der Pulsader und über ihre Krankh.* v. *Edinb. Versuche.* 2. *B. Art.* 16.

9) Epit. de cur. hom. morbis. Lib. II. p. 175. Cfr. Lib. V. P. 2. p. 1. sq.

10) Diss. de vasorum sanguiferorum inflammatione. Heidelb. 1793.

11) Diss. de vasorum sanguiferorum inflammat. Hal. 1797.

12) *Fieberlehre.* 2. *B.* p. 293.

13) HORN's *Archiv f. med. Erfahr.* 5. *B.* 1814. 2. *H.* p. 269.

14) *Storia d'una angiotitide universale seguita da alcuni considerazioni generali intorno all' infiammazione dei vasi sanguiferi.* v. *Annali universali di Medicina compilati da* OMODEI. *T.* 17. 1821.

15) Op. c. 3. *Th.* p. 269. et in notis ad versionem germanicam operis HODGSONII.

16) *Ueber den Prozefs der Natur Blutungen aus zerschnittenen Arterien zu stillen. A. d. E. Hannover* 1813.

17) Op. c. p. 1 — 92.

18) Inflammationem systematis arteriosi et inprimis aortae vidi 1° in sacerdote a. 1814. m. augusto; — 2° in

2. *Symptomata inflammationis singulae arteriae* majoris et superficialis sunt: dolor et durities secundum illius curriculum; pulsatio fortis supra locum affectum, inferius autem pulsus vix ullus; partis affectae sensibilitas imminuta, turgor inprimis venarum, ecchymomata et tandem febris, tussis cum sputis cruentis [19]). — *Symptomata inflammationis universi systematis arteriosi* et *inprimis aortae* sunt: ardor totius corporis [20]), cutis rubor et pruritus [21]), dolores artuum [22]) et capitis; facies accensa, aures coccineae [23]), oculi splendentes, torvi [24]); epistaxis [25]); os siccum, lingua arida, sitis inexplebilis, deglutiendi difficultas [26]), aestus sub sterno, vel super illud ad spatium triangulare [27]); sensus ac si Symptomata.

viro a. 1817. m. novembri; — 3° in adolescente a. 1818. m. martio; et 4° in juvene nobili a. 1819. m. decembri.

19) Thomson apud Hodgson l. c. p. 13—29. — Kreysig ibid. in nota 3. ad p. 29.

20) Putarem febrem *ardentem* veterum, seu *causum*, nil aliud fuisse quam inflammationem systematis arteriosi.

21) Meli l. c.

22) Meli l. c.

23) Mirabili modo in aegro meo 3°.

24) „Oculorum bulbi et palpebrae convulsive movebantur." J. P. Frank l. c.

25) Meli l. c. Apud aegrum meum 4tum in ipsa convalescentia.

26) Meli l. c.

27) In aegro 3°.

si ferrum candens per aortae decursum ad arterias crurales usque protruderetur [28]); vertigo, obnubilatio, visus viridis [29]), proclivitas ad lipothymias, inprimis sub corporis motu aut erecta positione; vibratio carotidum, oscillatio arteriarum universi corporis [30]); pulsus chordae metallicae instar durus [31]), frequentissimus [32]), interdum dicrotus [33]), tensio venarum cutis [34]); oppressio pectoris, jactatio, anxietas, urina pauca, ignea, veluti cruenta [35]), jumentosa, purulenta. Aliquando pulsatio cordis [36]), tussis, vomitus [37]), diarrhoea [38]) et subsultus tendinum [39]). Morbus continenter, aut binis stipatus exacerbationibus *), ad septimam diem protrahitur, qua aut in sanitatem, aut in morbum chronicum aut in mortem

28) Kreysig op. c. 2. *Th.* p. 271.

29) Aeger 2tus et 4tus.

30) Aeger 4tus.

31) Ex hoc signo Pater meus potissimum inflammationem arteriarum dignoscere solebat.

32) Numeravi a 120. — usque ad 130. Pater meus numeravit a 185. ad 200.

33) Meli l. c.

34) Meli l. c.

35) Meli l. c.

36) In aegro Patris mei aderat vero simul cor volumine auctum.

37) Aeger 1us.

38) Aeger 4tus.

39) Aeger 4tus.

*) Aeger 4tus.

tem terminatur. Ibi crisis per sudorem fieri solet; hic vires decrescunt, extremitates frigent, dum partes internae aduruntur, pulsus difluit [40]) aliaque agoniae ingruunt signa.

§. LVI.

Autopsia cadaverum. Caussae.

1. *Cadavera* hominum ita defunctorum, aortae superficiem internam rubore coccineo notatam exhibent. Rubor iste utplurimum ad arterias carotides, brachiales et crurales, quin immo ad ipsam venam cavam [41]) extenditur. Praeter ruborem (infido sane inflammationis signo [42]), nisi alia symptomata illam designantia praegressa sint) arteriae inflammatione prehensae offerunt: *proprium cavum* copiosâ lympha coagulabili (modo parietibus adhaerente [43]), modo inter ipsas mem- Autopsia cadaverum.

40) In aegro 1°. Tarde advocatus pulsum non inveniens specifice durum morbum non cognovi, nisi per sectionem cadaveris.

41) Aeger 1us. „Quibusdam arteriae secundum dorsum inflammantur, quod pulsatio in alteris praecordiis manifestat: *nam et ipsa vena cava morborum particeps efficitur.*" Aretaeus l. c.

42) „*Dieses rothe Ansehen der innern Arterienflächen beobachtet man oft in der Nähe von Gerinseln, und mag dann wahrscheinlich die Wirkung der nach dem Tode erfolgten Ausschwitzung seyn.*" Hodgson l. c. p. 9. Cfr. Laennec l. c. p. 353—363.

43) „Puriformis haec materia ad inflammatae arteriae

membranas depositâ 44)) repletum 45); concrementis polyposis 46) et pseudomembranis 47) refertum; angustatum 48) et obliteratum 49); *membranas-*

internam superficiem tenaciter hinc inde *adhaerere* a nobis conspecta est." J. P. Frank l. c. p. 17.

44) Hodgson l. c. p. 37. Jam Haller dixerat: „mollis succus erat, pultaceus, non dissimilis ejus qui in atheromate invenitur." (Opusc. pathol. Obs. 47. p. 127.).

45) Hodgson l. c. p. 5. 31. „*So ist es daher auch nicht unwahrscheinlich, daſs die innere Haut der Arterien, in Folge der Entzündung, ohne das Daseyn einer Verschwärung dennoch Eiter absondere, wie dies bisweilen in serösen Membranen sich ereignet, indem die Strömung durch das Gefäſs den Zustand verwischt und nicht bleibend werden läſst.*"

46) Ephem. N. Cur. Dec. I. A. 1. Obs. 18. Dec. III. A. 1. Append. p. 85. Act. Nat. Cur. Vol. X. Obs. 95. — Nov. acta N. Cur. Vol. VII. Obs. 37. — Morgagni Epist. VII. 11. Epist. XXXVIII. 40. — Klaunig Nosoc. Charitatis. Hist. 4 et 22. — Patin epist. de aortae polypo. Brix. 1731. — Haen Rat. med. T. III. Part. 6. Cap. 4. §. 3. (funis polyposus lineae unius fere omnes arterias detinens), Haller Nov. Comm. Soc. Goett. T. VIII. A. 1777. p. 7. (casus similis), Hodgson l. c. p. 5. Ekmann in *Svenska Läkare-Sällskapets Handlingar.* 1819. (polypus in arteria pulmonali).

47) Spangenberg l. c. (Aortae lumen sic ad calami scriptorii amplitudinem decreverat).

48) Boerhaave Prax. med. T. I. p. 242. Ipse vidi.

49) Michelotti Epist. infra cit. G. Blane in *medico-chirurgical Transactions. Vol.* 5. (Aorta ab origine ar-

branasque tumidas [50]), molles [51]), decoloratas [52]), incrassatas [53]), callosas [54]), inaequales [55]), cartilagineas [56]), excrescentiis fungosis, granosis [57]), tumoribus [58]), crustis calcareis [59])

teriae subclaviae sinistrae, usque ad illam canalis arteriosi omnino clausa erat). GOODISSON in *Dublin Hospital reports Vol. II. Journal de méd. chir. et pharm. T.* 32. 1815. *Avril* p. 377. (obliteratio aortae descendentis cum dilatatione reliquarum arteriarum et cordis). HODGSON l. c. p. 113. (Obliteratio arteriae femoralis, brachialis, radialis, ulnaris, tibialis lateris dextri). ROSTAN in *Nouveau Journal de méd. chir. et pharm.* 1818. *Janv. T. I.* p. 81. (de obliteratione arteriae brachialis narrat isochronismum pulsuum in utroque carpo producente, provocatque ad similem observationem apud MORGAGNI l. c. Epist. XXXIV. 23.).

50) MONRO l. c. HODGSON l. c. p. 36. Tab. I. fig. 2. p. 271.

51) PORTAL *Cours d'anatomie médicale. T.* 3. p. 127. — J. P. FRANK l. c. p. 16.

52) MORGAGNI Ep. XVIII. 2. Ep. XXIII. 4. Ep. XXV. 10. Ep. XXVI. 36. Ep. XLIII. 22. Ep. XLIV. 3. Ep. LXIV. 12. 19. Ep. LXVII. 54.

53) J. P. FRANK l. c. p. 18. — HODGSON l. c. p. 11.

54) BANG Act. Soc. Havn. Vol. I. p. 17. (caussa palpitationis cordis).

55) MORGAGNI Ep. IV. 21. HODGSON l. c. p. 37.

56) HODGSON l. c. p. 35.

57) Idem ib. p. 7.

58) Medicus Trombelli interdum a dolore ad sternum affectus, et pulsum intermittentem expertus est. Post aliquot annos, hisce symptomatibus auctis a gravi

reis [59]) (sub forma macularum, squammarum, punctulorum acuminatorum, annulorum, arenae, lapidum [60])) notatas, exulceratas [60]), (sanguine sic

dyspnoea invadebatur, cum pulsu non modo intermittente, sed et inaequali. Post tres dies moritur. Ad ostium aortae tumor detectus est, *inter ipsas arteriae hujus membranas natus ovi columbini magnitudinem referens*, qui tumor omnem arteriae cavitatem opplebat. Ex hoc tumore aliquot parva cochlearia puris effluebant. PIETRO PAULLO DELL' ARME *Saggi di medicina pratica*, *con note di* BORSIERI. *Faenza* 1768. *Osserv.* 35.).

59) Cap. XV. §. LIX. N. 1.

60) TULPIUS Obs. med. Lib. II. Cap. XXV. p. 134. Tab. VI. (lapis drachmarum duarum in aorta). BÜTTNER *Anatom. Wahrnehm.* 3. *B.* p. 17. (concrementa lapidea in arteriis uteri). — KINGLAKE *Lond. med. Journ.* 1789. *Vol. X. P.* 4. p. 344. (substantia saxea drachmae dimidiae inter membranas arteriae pulmonalis). Ephem. N. Cur. Dec. III. a. I. p. 103. (In arteriis coronariis cordis). Alia lapidum arteriarum exempla leguntur apud SCHENK Obs. med. Lib. II. Obs. 233. — CHR. LANG Miscell. Nat. Cur. med. Lips. 1664. p. 14. — CHOMEL in *Philosoph. Transact. N.* 312. in Miscell. Nat. Cur. Dec. III. A. I. Append. p. 103. Ephem. N. Cur. Cent. I. Obs. 3. Cent. X. Append. p. 442. SCHURIG Lithologia Dresdae 1744. p. 229. — WALTER Obs. anat. p. 44.

60) STÖRK ann. med. II. p. 262. — THEDEN *Unterricht für Unterwundärzte bei den Armeen.* Berl. 1782. p. 230. — HODGSON l. c. p. 31. Tab. I. fig. 1. — FANZAGO *Osservazione di un ulcere nell' aorta* v. *Nuovi saggi della Cesarea Regia Accademia di scienze lettere*

sic aut in viscera cum arteriis concreta [61]) aut in telam cellulosam contiguam extravasato ac nonnunquam a venis hic iterum absorpto [62])), dilatatas [63]), friabi-

ed arti di Padova. Vol. I. — Ab ulceribus vero ipsarum arteriarum probe distingui debere *erosiones illarum a pure ex abscessu propinquo.* Sic vidit Cruikshank (*Geschichte der Einsaug-Gefäfse. A. d. E.* p. 118.) bubonem venereum inguinalem, qui subjacentem arteriam ad lethalem haemorrhagiam usque erosit. Vidi in Nosocomio Vindobonensi a. 1798. bubonem inguinalem gangraenosum lateris sinistri, qui integumenta abdominis ad palmam latitudinis et ultra depascebat, lethalem erosionem arteriae epigastricae producendo. Alia exempla sic erosarum arteriarum inveniuntur apud Schenk Obs. med. Lib. II. Obs. 230. p. 435. — Morgagni Epist. VII. 9. Epist. XVI. 4. Ep. XXVI. 7. 17. 21. Ep. XXVII. 2. 22. 24. 25. 28. Ep. XL. 24. Ep. XLII. 39. — In actis medic. Berolin. Dec. I. T. 8. p. 86. — Weitbrecht in Commentar. Acad. Petropolit. T. IV. Sandifort Obs. anat. path. Lib. I. Cap. 2. p. 53.

61) Van Dövern (Observat. anatom. pathol. Lugd. Batav. 1789. Obs. I.) de oesophago adhaerente, ac disrupta in illum sese deplente narrat. Simile omnino exemplum vidi Viennae a. 1799. in magno nosocomio.

62) Aneurysma per anastomosin J. Bellii (*Principles of Surgery. Vol.* 1. p. 450. *Vol.* 3. p. 255. Angiecstasia Hodgsonii (l. c. p. 77.). Cfr. Freer *Observations on aneurysma* p. 28. *Plate* 3. Else *Medical Observations and inquiries. Vol.* 3. p. 169. — Pearson *Medical communications* p. 95. Scarpa *über Pulsadergeschwülste* p. 294.

63) Vid. Cap. XVI. §. LXIII. N. 1.

friabiles [64]), gangraenosas [65]) et hydatidibus obsessas [66]).

Caussae. 2. Inflammatio *singularum arteriarum* caussas plerumque traumaticas agnoscit; inprimis ligaturam arteriarum [67]), maximeque illarum, quae aneurysmate detentae fuerant [68]). Inflammatio *universi systematis arteriosi acuta*, maribus communior quam foeminis [69]), caussas cum pericarditide communes habet. Ad illas potissimum animi pathemata, cursus velox [70]) et transspiratio suppressa; forte potus aceti [71]) spectant.

Chro-

64) De aorta, ab ictu baculi pectori illato, disrupta, quin vel costae vel vertebrae fractae fuerint, testantur Morgagni (Ep. LIII. 35. Cfr. Ep. LIII. 8. 36.) et Pyl (*Aufsätze und Beobachtungen aus der gerichtl. Arzneyw.* 4. *B. Beobacht.* 7. 8.).

65) Hodgson l. c. p. 33.

66) Morgagni Ep. VII. 12. Ep. XXI. 19. Ep. XLIII. 17. 18.

67) Hodgson l. c. p. 7.: „*Ich sahe die Entzündung der innern Haut nach der Unterbindung der Schenkelarterie bei einer Amputation sich bis zum Herzen ausdehnen.*" Oehme de morbis recens natorum chirurgicis. Lips. 1773. (Arteria hypogastrica inflammata ex ligatura umbilici).

68) Cline *Transact. of a Society for the improvement of med. Knowledge. Vol. I.* p. 171. Abernethy *Surgical observations. P.* 4. p. 230.

69) Sic Patris mei, sic propria exempla docent.

70) J. P. Frank l. c. (homicida fugam tentans).

71) Aeger ius morbum suum repetebat ex eo, quod sitiens nocturno tempore sub itinere cauponam adiverat,

Chronico modo arteriae inflammantur culpâ arthritidis, syphilidis, mercurii [72], scorbuti [73], verbo morborum specificorum [74].

§. LVII.

Diagnosis. Prognosis. Cura.

1. Symptomata inflammationis systematis arteriarum cum illis febrium inflammatoriarum comparando, suspicio [75] febres istas ex illa inflammatione proficisci, confirmatur. Hanc ipsam quoque inflammationem saepe latere suspicamur in nonnullis morbis exanthematicis [76], in rheumatismo Diagnosis.

ubi illi per errorem loco aquae *acetum* porrectum fuit, quod affatim ingurgitavit. Forte tamen haec ipsa sitis jam erat morbi ingruentis symptoma.

72) Scarpa *über Pulsadergeschwülste* p. 62. — Corvisart l. c. — Richérand *Nosographie philosoph.* T. 4. p. 74. — Hodgson l. c. p. 12. Tab. I. fig. 3. Quodsi mercurius erodere valeat, teste exanthemate mercuriali, tegumenta corporis; teste angina venerea, membranam faucium; cur quaeso, ille non erodere tunicas arteriarum?

73) Cfr. P. III. Volum. II. Cap. de scorbuto.

74) Hodgson l. c. p. 12. — Kreysig l. c. 2. *Th.* p. 747.

75) Primum illam patefecit Germaniae conspicuus medicus Wedekind.

76) e. c. in *scarlatina* et *morbillis*. In *utrisque* ob consensum, quem cutis cum membrana interna arteriarum alit. In *scarlatina*, ob sedimentum puriforme in urina veluti desquammationem internam exhibente obque proclivitatem hujus morbi in hydropem, communissimum comitem morborum systematis arteriosi.

matismo acuto arthriticorum [77]), in anasarca inflammatorio-rheumatica [78]) inque haemorrhagiis [79]). Arduum est illam a pericarditide et a phlebitide (cum quibus aliunde saepe societatem init) distinguere. Attamen, si vigente summa febre inflammatoria cum anxietate et vibratione arteriarum, pulsu frequentissimo, specifice duro, obnubilatione capitis, sensu lipothymiae, deessent dolor sub sterno aut ad latus sinistrum thoracis, aegerque de motu cordis abnormi non conquereretur, potius inflammatio systematis arteriosi, quam pericarditidis arguenda foret.

Prognosis. 2. Inflammatio singulae arteriae inprimis ob

In *morbillis* ob proclivitatem ad haemorrhagias et ad gangraenam.

77) Cor sub hoc malo saepe inflammari, monuimus. Adde angustias in rheumatismo acuto arthriticorum obvenientes, quae ex sola musculorum tendinum et ligamentorum phlogosi explicari nequeunt; adde volubilem illius naturam, ita ut malum spatio temporis brevissimo modo in hanc modo in illam corporis partem irruat; adde haemorrhagias, inprimis epistaxin, quae morbo illo familiaris sunt, adde frequentes ossescentias arteriarum, quae in hominibus arthritidi quondam obnoxiis deteguntur; adde sedimentum maximum et specificum, quod urina exhibet.

78) Sane nulla corporis humani pars facilius extravasatum serosum largiri potest, quam ipsa vasa exhalantia, arteriae scilicet.

79) Cap. XX. §. LXXXVII. N. 3. (30).

ob facilem morbi ad cor propagationem [80]) timenda est. Inflammatio universi systematis arteriosi nisi crisin suam aut in haemorrhagia externa, aut in urina cum sedimento puriformi [81]), aut in metastasi [82]) obtineat; nisique per haemorrhagias internas [83]), per gangraenam [84]), perque labefactationem systematis nervosi, praecipite morte terminetur: exitus, vel in lithiasin arteriarum, vel in multiplicia mala, evolutioni aneurysmatis ansam porrigentia, inevitabiles habet.

80) Hodgson l. c.

81) „Pars maxima illius lymphae (a membrana interna arteriae exsudatae) a sanguinis torrente abstergitur .... et per renes suo tempore excernitur ac, albi in urinis sedimenti sub specie, felicem in multis exitum promittit.“ J. P. Frank. Epit. l. c. p. 16.

82) P. I. Vol. I. Cap. VII. §. LXXII. 2.

83) Culpa abscessulorum diruptorum. Sic die 16. Januarii 1800. medicus meus secundarius, Dr. Schmidt, juvenem viginti duo annorum curavit, qui ad Nosocomium Vindobonense venerat de nihilo nisi de doloribus quasi rheumaticis inter scapulas querelas agens. Data fuerunt lenia diapnoica. Quarta die introitus, ob alvum obstructam clyster injectus fuit. Cum hoc cum nisu redderet *mortuus concidit*. Aperto cadavere in cordis viciniis ulcusculum aortae detectum est. Pericardium conspicuam sanguinis copiam continebat.

84) Si lithiasis arteriarum gangraenae locum dari possit (Cap. XV. §. LVIII. N. 2. (22)), cur non et polypi, obliterationes arteriarum efficientes, indeque aditum cruoris ad portam quandam impedientes?

Cura. 3. Ad haec mala impedienda, quo citius id fieri potest, ad methodum adversus febrem inflammatoriam [85]) et pericarditidem [86]) commendatam, confugiendum est. Num cruoris detractione indicata, haec ope arteriotomiae suscipienda erit?

Caput XV.

De lithiasi arteriarum.

§. LVIII.

Sedes. Symptomata.

Sedes. 1. *Lithiasis arteriarum* [1]) plerumque ad initium aortae locum obtinet [2]). Visa tamen est aorta

85) P. I. Vol. I. Cap. VII. §. LXXIII.

86) Cap. VII. §. XXVII.

1) Aglietti *sulla litiasi delle arterie; in sessioni pubbliche dell' Ateneo Veneto tenute negl' anni* 1813 *ed* 1814. p. 39. Cruvethier *Mémoires sur quelques altérations organiques des artères* v. *Journal de méd. chir. et pharm.* 1815. *Decemb.* p. 366.

2) e. c. Lancisius de motu cordis et aneurysmatibus, in Opp. var. T. II. p. 250. — ejusd. *von d. verschied. plötzlich. Todesarten, übers. v.* Fahner. 2. *Th.* p. 123. — Blancard Anat. pract. rat. Cent. I. Obs. 41. p. 97. — Th. Bartholinus l c. Cent. I. Hist. 50.

aorta ad initium suum normalis, et in decursu [illegible] dum-

T. I. p. 77. — Sculteti tract. de Trichias. admi. p. 83. — Vieussens *Traité sur la structure du coeur.* p. 109. — Senac *Traité de la struct. du coeur. T. II.* p. 433. — Vater Diss. de osteogenia naturali et praeternaturali. Prooem. in Halleri diss. anat. T. VI. p. 227. — Ejusd. museum anat. propr. Helmst. 1750. p. 92. — Miscell. Nat. Cur. Dec. I. A. 9. 10. Obs. 31. 102. Dec. II. A. 1. Obs. 90. Dec. III. A. 3. Append. p. 161. A. 4. Obs. 58. A. 9. 10. Obs. 171. Eph. N. Cur. Cent. VI. Obs. 51. Cent. X. App. p. 442. Act. N. Cur. Vol. III. Obs. 31. — Commerc. liter. Noric. 1732. p. 138. — *Histoir. de l'acad. des scienc. de Par.* 1701. p. 35. — Morgagni de causs. et sedib. morb. Ep. IV. 20. Ep. VII. 9. Ep. XVII. 17. Ep. XVIII. 28. 30. Ep. XIX. 49. Ep. XXI. 4. Ep. XXVI. 15. 37. Ep. XL. 24. Ep. XLIX. 18. Ep. LX. 6. Ep. LXIV. 13. et plur. loc. — Buchwald Diss. observ. quadriga. Hafn. 1740. — Guattani l. c. — Biumi observ. anat. in Sandifort Thes. anat. Vol. III. N. 15. — Böhmer Obs. anat. rar. Fasc. I. praefat. p. X. Not. dd. — Baader Obs. med. 45. — Meckel in *Mém. de l'acad. des scienc. à Berl.* 1754. *Collect. Acad. Part. étrang. T. IX.* p. 14. — Pohl Progr. de ossificatione vasorum praeternaturali. Lips. 1774. in Weiz *neu. Auszüg.* 8. *B.* p. 103. — Sandifort Obs. anat. path. L. I. C. 2. p. 54. L. III. C. 2. p. 43. L. IV. C. 6. p. 55 et 59. — Ejusd. Mus. anat. Vol. I. Sect. 5. N. 78. p. 273. — Triller Diss. de fame lethali a callosa oris ventriculi angustia. §. XXVII. in Opusc. med. Francof. 1766. T. I. p. 24 sq. — Mohrenheim's *Wiener Beiträge.* 2. *B.* p. 212. — Stoll *Heilungmethode, übers. v.* Fabri. 1. *B.* p. 239. — *Beiträge z. Arznei-*

dumtaxat ossea [3]). Aortam sub diaphragmate osseam reperimus [4]), reperieruntque alii osseam in toto curriculo [5]). Osseae detectae fuere arteriae quotquot in superficie externa decurrunt [6]). Narratur de lithiasi universali arteriarum, solis arteriis encephalicis exceptis [7]). Longe frequentius lithiasis arteriarum singularum obvenit; videlicet arteriarum carotidum [8]), arteriae innomina-

kunde, *v.* Fr. Chr. Scheidemantel. *Leipz.* 1797. 1. *Th.* — Walter's *anat. Mus.* 1. *B.* p. 143. N. 287. 288. p. 149. N. 298. 299. p. 150. N. 300. 301. 302. — Paletta in Weigel's *ital. med. chir. Bibl.* 4. *B.* 1. *St.* p. 120. — Valcarenghi de aorta aneurysmatica. Obs. I. p. 58. 60. — Hodgson l. c. p. 11. — Howell in *the London medical and physical Journal by* Fothergill. *T. XLVI.* 1821. *Sept.* (ossificatio sub forma annuli). Multa exempla ipse collegi.

3) Harvey exercit. alt. de circulo sanguinis in Opp. T. I. p. 131. — Morgagni Epist. XXIV. 16. Epist. XLIV. 21. Ep. LVII. 10. Ep. LX. 12.

4) Cap. XI. §. XLII. N. 1. (36).

5) Baaderi observ. med. 44. — Sandifort Thesaurus anat. diss. Vol. III. p. 55. — Lieutaud hist. anatom. med. Lib. II. Sect. 5. Obs. 772. b. T. II. p. 245. — Boggi in Pacchioni Opp. p. 216.

6) Michaelis in Richter's *chir. Bibl.* 6. *B.* p. 160.

7) Buchwald Observ. quadriga. Hafn. 1740. Obs. 3. in Halleri Collect. diss. ad morborum historiam et curat. facientium.

8) Blancard Anat. pract. ration. Cent. I. Obs. 19. p. 49. Obs. 41. p. 97. — Willis anat. cerebri. Cap. 7. — *idem* de anima brutorum. Pars II. Cap. 8. — Mor-

minatae[9]) et basilaris[10]), arteriarum pelvis[11]), arteriae lienalis[12]), arteriarum abdominalium[13]), brachialium[14]) cruralium[15]), multarumque aliarum[16]).

2. *Symptomata lithiasis aortae* cum illis lithiasis cordis[17]), cui saepe jungitur[18]), conveniunt. Symptomata.

GAGNI Ep. XXIV. 6. Ep. XLIII. 17. Ep. LXII. 7. Ep. LXIV. 13. Ep. LXVII. 14. — LIEUTAUD l. c. Lib. III. Sect. 2. Obs. 65. 66. T. II. p. 328. — BOUCHER in *Journal de méd.* 1776. *dec. T.* 46. p. 549. — STOLL rat. medendi. T. I. SANDIFORT l. c. Lib. III. Cap. 2. p. 52.

9) SANDIFORT l. c. p. 45.

10) MORGAGNI Ep. XXVII. 2.

11) Idem Ep. XXXVII. 30. Ep. XL. 23. 24. Ep. XLII. 35. Ep. LX. 4.

12) Idem Ep. III. 2. Ep. XX. 26. Ep. XL. 22. WICHMANN *Ideen zur Diagnostik.* 2. *B.* p. 161.

13) MORGAGNI Ep. XL. 24. Ep. LVI. 18.

14) Idem Ep. XLIII. 17.

15) NAISH in *Philosoph. Transact. N.* 369. p. 226.

16) HALLERI Elem. Physiol. T. IV. p. 130. Vol. VIII. P. II. p. 78. — De corp. hum. fabr. Lib. IV. Sect. 3. p. 130. — Praelect. in BOERHAAVII institut. Vol. III. p. 130. — PYTHAGORAE et PAEONIS exercit. anat. et med. p. 208. — *Breslauer Samml.* 1725. p. 659. — TRILLERI Opusc. med. et philolog. T. I. p. 25. BOEHMER Obs. anat. rar. Fasc. I. p. 10. not. ff. *Kongl. Vetenskaps Acad. Handling.* 1765. p. 292. 1762. p. 163.

17) Cap. XI. §. XLII.

18) Ibid. N. 7. (32).

niunt. Cujuscunque porro arteriae lithiasis, propria agnoscit symptomata, ex impedito cruoris circulo facile explicanda. Sic ex lithiasi arteriarum encephalicarum apoplexia [19]); ex illa arteriarum pulmonalium pneumonorrhagia [20]), observantur. Arteriis cruralibus lithiasi laborantibus, *gangraena sicca senilis* extremitatum inferiorum expectanda [22]). Arteriis brachialibus eodem vitio labo-

19) Carotidum ossificationes in *apoplecticis* mentionem jam injeci (P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. V. §. XXV. 3 (65.)). Verum tamen cum Hodgson (l. c. p. 47.) non dicerem; „*und selten beobachtete ich einen, nicht von zufälliger Gewaltthätigkeit entspringenden Schlagfluſs, ohne jene krankhafte Ausartung* (lithiasis) *der Gefäſse des Herzens.*“ Rite monet Cheyne (*cases of apoplexy and lethargy. Lond.* 1812.): „*Zerreiſsung der Arterie ist nicht eine nothwendige Folge der Absetzung von Kalkstoff in die Häute derselben, selbst wenn diese in dem ganzen Verlaufe der Arterie Statt fände.*“ Interea jam Baillie (*Morbid Anatomy* p. 453.) de vi ossificationum arteriarum in apoplexiis cerebri gignendis pulchre locutus est.

20) „*Blutspeien in alten Subjecten wird häufig von diesem Fehler der Arterien begleitet.*“ Hodgson l. c. p. 47.

22) Sic observationes Cowper (*Philosoph. Trans. Vol.* 23. p. 1195. — *Vol.* 24. p. 1970.), Naish (ib. *Vol.* 31. p. 226.), Hodgson (l. c. p. 65.) et meae docent. Inter alios vidi Viennae a. 1802. mense Septembri virum 59 annorum, qui jam ante duos annos cum dimidio gangraena digitorum pedis dextri correptus, ac moscho et opio sanatus fuerat. Nunc malum recruduit. Pulsus erat irregularis et, praesertim in

laborantibus, pulsus defectus [23]) forteque manus gangraena [24]) oritur. Praeter nutritionis defrau- [illegible] datio- [illegible]

brachio dextro, vix perceptibilis. Pater meus lithiasin arteriarum suspicatus est. Ac re quidem vera, aegroto die 1a octobris, postquam gangraena ultra genua pervenerat, demortuo, detegebatur aorta, maxime eo in loco, ubi in arterias iliacas dividitur, ita ossificata, ut vix specillum admittere potuisset. Aderat simul ossificatio valvularum mitralium et semilunarium cordis. Cfr. HALLER Elem. physiol. Lib. IV. S. 4. §. 32. MARITIUS Pr. de arteria crurali ossea, per oedema gangraenamque siccam lethali. Viteb. 1798. FABR. HILDANUS Opp. Cent. II. Obs. 49. LANCISI de motu cordis ab aneur. — SENAC l. c. T. 2. p. 415. — HODGSON l. c. p. 309.

23) Forte huc spectat observatio, quam BERRYAT retulit (*Histoire de l'académie des sciences* 1748. p. 61.) de femina, in qua *nullus arteriarum motus percipi potuerat*, quacumque in parte arteriae investigarentur. Post motum etiam fortiorem atque cum magis incaluisset, nullibi tamen corporis et nequidem ad thoracem, sensibilis erat arteriarum pulsatio, ita ut multi medici huic feminae, dum aegrotaret, mortem praedixerint, quin tamen justa fuisset eorum prognosis.

24) Mense Februario a. 1821. ad senem in consilium vocatus fui, qui, praevio frigore marmoreo, pruritu intolerabili et dolore summo digitorum auricularium et annularium utriusque manus, in partium illarum *gangraenam*, cum lapsu unguium incidit. Sectio cadaveris non fuit concessa. Eo magis *ossificationem arteriarum* brachii suspicor, cum defuncti aegri frater, adhuc vivens, morbo cordis laboret, quem a lithiasi derivarem.

dationem [25]) communissimus lithiasis arteriarum effectus est hydrothorax [26]), aut saltem crurum et scroti oedema, secedente ab illis facillime epidermide.

§. LIX.

Caussae. Diagnosis.

Caussae. 1. Quamvis ossescentia arteriarum interdum in aetate quoque juvenili observetur [27]), attamen longe illa frequentior est in senili [28]). Ibi rhachitidem, hic arthritidem pro morbi *caussa* agnoscimus: constat etenim tum rhachitidem, tum arthritidem saepissime secretioni morbosae phos-

25) „*Diese Absetzung kalkerdiger Masse in den Arterienhäuten ist oft Ursache sehr ernsthafter Folgen, sowohl durch Unterbrechung der Continuität des leidenden Gefäſses, als auch, indem sie den Blutstrom, welcher durch das Gefäſs flieſsen sollte, von der Ernährung anderer Theile abhält.*“ Hodgson l. c. p. 46.

26) P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. XI. §. LIV.

27) Infantis quindecim mensium arteriam temporalem osseam possidet Young teste Hodgson (l. c. p. 45.). Cfr. Portal *Cours d'anat. méd. T.* 5. p. 133.

28) Gernet diss. de siccitatis senilis effectibus. Lips. 1753. — S. Ch. Lucae Progr. de ossescentia arteriarum senili. Marb. 1817. — Baillie *Transact. of a Society for improvement of med. Knowl. Vol. I.* p. 133. — Bichat (*Anatomie générale. T.* 2. p. 292.), qui ait: „*je puis assurer que sur dix sujets, il y en a au moins sept qui présentent des incrustations au de là de la soixantième année.*“

phosphatis calcis ortum praebere, ac materiam osseam ad arterias depositam nil aliud esse quam phosphatem calcis [29]). Forte vero ossescentia arteriarum (ne dicamus, totius, plus minus, corporis) in senibus, vix *morbum* constituit, sed potius ad *operationem normalem naturae*, ultimam vitae humanae periodum molientis (cujus evolutionem rhachitis et arthritis *anticipare* solent [30])), spectat. Qualemcunque caeterum caussam lithiasis arteriarum admittamus, nunquam tamen credendum est, ossificationes in vivente homine, instar incrustationum fossilium, locum obtinere [31]).

2. Lithiasis arteriarum *diagnosis* minoribus difficultatibus premitur, si ratio habeatur constitutionis corporis, aetatis aegrotorum, morborum praegressorum [32]), ac symptomatum praesentium, inter Diagnosis.

29) Teste Brand haec materies ossea ad arterias deposita componitur: ex *phosphate calcis* 65,5, et ex *materia animali* 34,5. — Haec constat maxime ex *albumine*. (Hodgson l. c. p. 44.). Analysis a Fourcroy et Vauquelin suscepta exhibuit: phosphatis calcis 65,3, carbonatis calcis 6,5, salium solubilium 4,0 et materiae animalis 24,2. (Rayer l. c.).

30) Libenter arthritidem pro *senectute anticipata* definirem.

31) Hallerus processum ossescentiae in corpore humano sequenti modo explicat: „caseosa primo, inde callosa, quasi coriacea, demum *osseae squammae* fit simillima.“

32) Cap. XIV. §. LVII. N. 1. (77).

inter quae *pulsus* sic dictus *senilis*, lentus scilicet, tensus et irregularis eminentem locum obtinet.

§. LX.

Prognosis. Cura.

Prognosis. 1. Lithiasis arteriarum forte citius mortem properaret, nisi arteriae collaterales saepe vices arteriarum ossescentium agerent 33), nisique pars phosphatis calcis, alias arteriis infensa, per vias urinales 34) et cutem 35) secederet.

Cura. 2. Quam ob rem in lithiasi arteriarum curanda juvat, ut cunctae emundationis viae apertae teneantur. Urinam promovemus usu *foliorum digitalis purpureae* 36), *stipitum solani dulcamarae*,

33) Jadelot de ambis carotidibus ob lithiasin obliteratis narrat, supplentibus procul dubio arteriis vertebralibus. (*Anatomische Beschreibung eines sehr ungewöhnlichen Menschenkopfes. A. d. Fr. Jen.* 1805).

34) Jam dudum innotuit urinam paucam lithiasin arteriarum promovere (Michaelis l. c.). Nec rara est complicatio lithiasis arteriarum cum calculo viarum urinalium. Cfr. Gieseler diss. de calculo vesicae. Leid. 1674. (Arteriae lapidescentes lienalis et coronaria, simul cum calculo vesicae) et supra. Cap. XI. §. XLII. (36).

35) Forte sudor ille urinosus, de quo alibi quaestionem institui (P. I. Vol. II. Cap. XXXVIII. §. CLVIII. 3. (67)) effectum, systematis arteriosi, sese per cutim a lithiasi liberantis, sistebat.

36) Erdmann *Beiträge zur prakt. Arzneywissenschaft.* 3. *B.* p. 82.

camarae, et *acidi nitrici* [37]). Opus transspirationis sustinemus *sulphure* et *guajaco*. Alvum sollicitamus *rheo*, quibus singulis indicationibus, *aquae minerales acidum carbonicum et sodam continentes* maxime satisfaciunt, utpote quae, cum senectutis officinam ita destruant, non immerito *fontes vitae* nuncupantur. Si aeger fuerit plethoricus, *venae sectio*, semel bisve de anno, non est praetereunda. In arthritico — scorbuticis, *qualitatem* etiam *sanguinis* emendare studemus, succis vegetabilium recentium [38]), victu selecto ex jusculis viperarum, testudinum et ranarum.

CAPUT

37) Sub forma limonadae.

38) P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. X. §. XLVIII. N. 9.

CAPUT XVI.

De aneurysmate, praecipue aortae.

§. LXI.

Definitio. Literatura.

Definitio. 1. Tumor, cui aut dilatatio, aut erosio membranarum arteriam constituentium ansam dedit, aneurysma *) nuncupatur.

Literatura. 2. Nulla ante GALENUM [1]) de aneurysmatibus mentio

*) BOERHAAVE et RICHTER scribunt aneurisma. SWIETENIUS scribit *aneurusmo* a GR. ἀνευρύνω, dilato. Constat aneurysmatis vocabulum non ubique apud veteres eodem sensu occurrere. GALENUS, AËTIUS, AEGINETA, AVICENNA, aliique inter veteres praestantissimi, aneurysma adesse dicunt, quando arteria, quacunque etiam de caussa, ita fuit vulnerata, ut sanguis effluat. FERNELIUS in omni aneurysmate arteriae *dilatationem* adesse credidit, quam sententiam VESALIUS fovisse videtur. Hac theoria non contentus, SENNERTUS statuit, in quolibet aneurysmate, muscularis sive internae tunicae arteriosae *ruptionem* adesse, externa interim, quam tenuem, raram, ac mollem vocat, illaesa remanente. (Opp. omnia med. T. III. Lib. V. p. 1. C. 23.).

1) De tumor. praetern. C. II. — Method. med. Lib. II. Cap. 7.

mentio facta est; ipseque dumtaxat aneurysmata externa cognoverat. Debetur aneurysmatum generalis doctrina VESALIO 2), SYLVATICO 3), POLITIO 4), TH. BARTHOLINO 5), HORNEO 6), WEPFERO 7), FABRICIO 8), METZGERO 9), WEDELIO 10), SENNERTO 11), FERNELIO 12), KLOSEO 13), LITTREO 14), HOLTORFIO *), ALBERTO 15), LANCISIO 16), MICHELOTTIO 17), ALBERTINO 18), HILSCHE-

2) Chirurgia magna. Lib. V. Cap. I. p. 1040. (A. 1557).

3) Tract. de aneurysmatibus. Vincent. 1595.

4) Apologia de aneurysmate praetenso. Panorm. 1620.

5) De aneurysmate. Lugd. Bat. 1641. — Hist. anat. Cent. II. hist. 9. IV. 41.

6) Epist. de aneurysmate. Panorm. 1644.

7) Diss. περὶ ἀνευρύσματος. Basil. 1659.

8) Diss. de aneurysmate. Basil. 1667.

9) Diss. de aneurysmate. Tubing. 1679.

10) Diss. de aneurysmate. Jen. 1699.

11) Op. omn. T. V. Lib. 5. Pr. I. Cap. 43.

12) Universa medicina. De extern. corp. affect. Lib. 7. Cap. 3.

13) Diss. de tumore aneurysmatico. Lips. 1702.

14) *Histoire de l'acad. des scienc. de Paris* 1707. p. 22. 1712. p. 31.

*) Casus aneurysmatis in capite pueri XI. annorum. Argent. 1722.

15) Diss. de aneurysmate. Hal. 1725.

16) De aneurysmatibus. Romae 1728.

17) Epist. de morbis sanguinis ductuum in Comm. Acad. Bonon. T. I. p. 464.

18) Comment. Bonon. T. I. p. 387.

schero [19]), Petito [20]), Walthero [21]), Morgagnio [22]), Leeuveno [23]), Guattanio [24]), Arnauldo [25]), Gibelleto [26]), Gönnero [27]), Asmanno [28]), Monroo [29]), Verbruggio [30]), Weltino [31]), Stribelio [32]), Lauthio [33]), Raneo [34]), Witteo [35]), Cailloto [36]), Bichato [37]), Ayrero [38]),

19) Diss. de aneurysmate. Jenae 1728.

20) in *Mém. de l'acad. de Paris* 1736.

21) Pr. de aneurysmate. Lips. 1738. in *Nouveau Journal de l'acad. de Berlin* 1785. *N.* 48.

22) De sed. et caus. morbor. Epist. XXVI. Epist. anat. I.

23) Diss. de aneurysmate vero. Leidae 1742.

24) Historiae duae aneurysmatum. Romae 1745.

25) *Observations on aneurysms. Lond.* 1750.

26) Diss. de aneurysmate. Argentor. 1757.

27) Diss. de vasorum distentione. Hal. 1761.

28) Diss. de aneurysmatibus. Groening. 1763.

29) *Cases of aneurysms with remarks.* In *Edinb. essay and observations. Vol.* 3. *Edinb.* 1771. *N.* 12.

30) Diss. de aneurysmate. 1773.

31) Diss. de aneurysmate vero pectoris externo, hemiplegiae sobole. 1780.

32) Diss. de aneurysmate. Viennae 1783.

33) Collectio scriptorum latinorum de aneurysmatibus. Argent. 1785.

34) Diss. de arteriarum morbis et praecipue de aneurysmatibus. Lugd. Bat. 1787.

35) Diss. de aneurysmate ejusque curatione. Kilon. 1787.

36) *Essay sur l'aneurysme. Paris* 1799.

37) *Anatomie génerale appliquée à la physiologie et à la médecine. T.* 2. *Paris* 1801. p. 282.

RO [38]), SARAZINO [39]), GRAEFFIO [40]), BENEDIXIO [41]), BRIOTO [42]), DINGEMANSIO [43]), RECAMIERO [44]), CHR. FR. LUDWIGIO [45]), SCARPA [46]), ACKERMANNO [47]), POPPIO [48]), HÜBNERO [49]), LAENNEC [50]), ABERNETHY [51]), FREER [52]), HODGSON [53]), CHE-

VAL-

38) *Ueber die Pulsadergeschwülste und ihre chirurg. Behandlung. Gött.* 1800.

39) *Considérations sur les causes générales de l'aneurysmes et de la rupture spontanée des vaisseaux sanguins artérielles. Paris* 1800.

40) *Angiectasien. Leipz.* 1808.

41) Diss. Aneurysma externum ejusque curatio. Jenae 1801.

42) *Essay sur les tumeurs pour le sang artériel. Paris* 1802.

43) *Verhandeling over de waare en onwaare Slagaderbreuken. Amsterd.* 1803.

44) *Sur la formation de quelques aneurysmes spontanés* in *Journal de méd. T. XI.* p. 29.

45) Pr. diagnostices chirurgicae fragmenta IV. De aneurysmate vero interno. 1811.

46) *Sull' aneurysma, riflessioni ed osservazioni anatomico-chirurgiche. Pavia* 1804. 2. *ed.* 1820.

47) Diss. observat. in aneurysmate. Upsal. 1804.

48) Diss. selectiora capita de aneurysmatibus. Altdorf. 1805.

49) Diss. de aneurysmatibus. Goett. 1807.

50) Op. c. T. II.

51) *Surgical observations on aneurysms.*

52) *Observations on aneurysms.*

53) Op. c. p. 94.

VALLIER *), BOYSEN **), DOERING ***), ADELMANN ****), aliisque [54]). De *aneurysmate aortae* speciatim scripserunt KNIPSMAKOPE [55]), VALCARENGHI [56]), HALLER [57]), GUATTANI [58]), LOMBARDINI [59]), BURSERIUS [60]), SANDIFORT [61]), DERRECAGAIX [62]), SPA-

*) Diss. aneurysmatum adumbratio anatom. — pathologica. Berol. 1821.

**) Diss. de aneurysmatibus. Kil. 1822.

***) Diss. quaedam circa aneurysmatum pathologiam. Berol. 1822.

****) Diss. de aneurysmate spurio varicoso. Wurzb. 1821.

54) Act. Erud. Lips. a. 1696. Febr. p. 50. — 1702. Nov. p. 506. — 1706. April. p. 189. — 1708. April. p. 170. — 1712. Sept. p. 417. — 1714. Sept. p. 420. — 1716. Mart. p. 89. 99. — 1718. Jan. p. 14. — 1719. Jan. p. 253. — 1725. Jul. p. 332. Ephem. N. Cur. Dec. I. A. 1. Obs. 18. A. 4 et 5. Obs. 98. A. 6 et 7. Obs. 26. Dec. II. A. 3. Obs. 119. — Dec. III. A. 2. Obs. 109. A. 7 et 8. Obs. 178. App. p. 126. A. 9 et 10. Obs. 55. Cent. V et VI. p. 61. 74.

55) De aortae aneurysmate et polypo cordis.

56) De aneurysmate observ. binae. Cremonae 1741.

57) Progr. de aneurysm. aortae. Goett. 1749.

58) Animadversiones de aneurysmaticis praecordiorum morbis. Flor. 1756.

59) De aneurysmaticis praecordiorum morbis. Ticini 1787.

60) Instit. T. IV.

61) *Heel- en ontleedkondige Verhandeling over eenen Slagader-Breuk in de groote Slagader. S'gravenhage* 1765.

62) DESAULT *auserl. chirurg. Wahrnehmungen. N.* 178. — Ejusdem: *Journal de chirurgie. T.* 3.

Spaventi[63]), Baillie[64]), Sommer*), Heisler**), Ehrhardt[65]), Noverre***), Deckart****) et Cloquet*****).

§. LXII.

Symptomata.

1. Alia sunt *symptomata aneurysmatum externorum*, alia *internorum*. Generatim.

2. *Aneurysma externum* exhibet tumorem loco quo conspicua arteria decurrit. Tumor hic ex fundo arctiore in saccum assurgit et pulsationem, cum illa cordis cohaerentem, manifestat. Cutis talem tumorem cooperiens, saltem a morbi initio, a consueto colore non abludit. Tumor sub levi compressione evanescit, cessante ea cum sibilo, vel strepitu, redit. Quin immo similia phae- Sympt. a externor.

63) Diss. de frequentioribus cordis majorumque vasorum morbis internis. Viennae 1772.

64) *Anatomie des krankhaften Baues. N.* 2. — *Series of engravings. Fasc. I. Tab.* 3.

*) Diss. aneurysmatis aortae pleuritidem mentientis casum. Berol. 1816.

**) Diss. rariorem aneurysmatis aortae sternum perforantis historiam exhibens. Landish. 1817.

65) De aneurysmate aortae commentatio anatomico-pathologica. Lips. 1820.

***) *Diss. sur les aneurysmes de l'aorte. Paris* 1820.

****) Diss. sist. descriptionem concretionis venae cavae superioris una cum ingente aortae ascendentis aneurysmate adnexa morbi historia. Berol. 1823.

*****) *Revue médicale.* 1823. *Février.*

phaenomena etiam sub compressione, dummodo fortiore, arteriae tumorem adeuntis oriri solent. Arteriae, a tumore decurrentis, pulsatio, exilis et simul inaequalis est. Membrum, hac sola forte arteria instructum, pallescit, frigescit, oedematosum laxumque redditur. Subinde ex sacco aneurysmatis enormiter extenso, ac simul tenuiore, sanguis contentus pellucet et exsudat; aut vascula cutis distracta, inflammationem, suppurationem vel gangraenam concipiunt [66]).

Sympt. a. interni. 3. *Aneurysmata interna* plerumque ab universali quadam arteriarum affectione incipiunt. Aegroti saepe de vaga, atque huc illuc per collum et artus errante, arteriarum pulsatione conqueruntur. Morbo in *aorta* sedem figente, observari solent [67]): vertigo, animi inconsueta irritabilitas, insomnia protracta [68]), emaciatio [69]), impotentia corpus anteriora versus, sine sensuum obnubilatione, inclinandi, ardores nocturni, frigus extremitatum, pandiculationes, sudores quies-

66) J. P. Frank Epitome de curandis hominum morbis. Vol. V. P. II. p. 46.

67) Sequens morbi descriptio ex centum triginta septem propriis observationibus circiterque totidem extraneis deprompta est.

68) Molestissima erat agrypnia in viro triginta duo annorum (Pasławski).

69) In aneurysmate aortae descendentis aegrum veluti in phthisi pulmonali emaciatum vidi.

quiescente icet corpore, cita defatigatio [70]), capitis posteriora versus subitanea retractio [71]), livor labiorum, venae faciei varicosae, frequens obfuscatio oculorum visusque coloratus [72]), auditus difficilis [73]), susurrus auris alterutrae praecipue sinistrae, sternutatio [74]), oscitatio, arteriarum temporalium tensio et pulsatio vehemens [75]), vibratio carotidum; inflatio colli veluti sub partu, dolores lancinantes ad latus illius sinistrum, struma [76]), tumor pulsans ex spatio triangulari super sternum prodiens [77]), claviculis insidens, constrictio faucium, raucedo, aphonia [78]), ardor oeso-

70) Burns l. c. p. 283.

71) De hoc symptomate conquerebatur vir triginta quinque annorum (Korolko).

72) Idem Korolko objecta saepe viridia aut flava cernebat.

73) Hodgson l. c. p. 165. Obs. 23. (Aneurysma erat prope originem arteriae innominatae).

74) Kreysig Op. cit. 2. *Th.* p. 503.

75) Evidentissima erant haec symptomata apud Korolko. Cfr. Morgagni Epist. XVII. Art. 17. — Burns l. c. p. 277.

76) P. II. Vol. II. Sect. 1. Cap. VI. §. XXIV. N. 1. (*).

77) „*Die Geschwulst erscheint zuerst an dem Grunde des Halses und steigt nach und nach höher.*" Hodgson l. c. p. 132.

78) Juvenis Vilnensis (Statynski), animi plane compos, suffocationi proximus, signo, manu dextra super brachium sinistrum facto, venae sectionem, quam deficiente voce verbis designare haud potuerat, exposcebat.

oesophagi, dysphagia [79]), ructus sonori [80]), singultuosi, pondus ventriculi post cibos assumptos [81]), vomitus, dolores ad pectus, claviculas, scapulas, dorsum, diaphragmatis curriculum [82]), lumbos, extremitatesque praecipue superiores [83]); pulsatio modo obscura, profunda, interna a solo aegroto percipienda, modo attactui, visui et auditui [84]) manifesta (sublevationis sterni et costarum, harumque et vertebrarum destructionis caussa [85])) atque in regione epigastrica [86]), umbilicali, iliaca sinistra, dorsali [87]), evidentissima;

oppres-

79) Cfr. P. III. Vol. I. Cap. de dysphagia.

80) Legi de his meretur Morgagni Epist. XVII. 16. Epist. XVIII. 17. Epist. XXVI. 11.

81) Familiare symptoma.

82) Simmons in *medical communications. Vol. I.*

83) Dolores brachiorum manuumque etiam Michelotti in monacho cujus cadavere dissecto inventum est aneurysma supra aortae curvaturam pugni magnitudinis. Aderant simul squamae osseae ad internam tumoris faciem. l. c. p. 442.

84) Interdum haec pulsatio in thorace *dextro* palam fit, ita ut suspicio de *cordis translocatione* oriri possit. (Rostan in *Nouveau Journal de médecine, chirurgie et pharmacie.* 1818. *Mai. Vol.* 2. p. 29.).

85) Vide infra §. LXIII. N. 2. (36).

86) Concanen in *med. comm.* v. *Edinburg.* 2. *Dec.* 5. *B.* p. 98. — In epigastrio pulsationem *cordis*, ab aneurysmate aortae, *depressi*, in clinico Vilnensi percepi.

87) Vesalius refert, se anno 1557 nobilem Leonardum Velserum invisisse qui ex effrenati equi saltu et concussione corripiebatur vehemente dorsi dolore;

oppressio et angustia pectoris, saepe periodica[88]), cum lipothymiis, motibus convulsivis oris et extremitatum, lachrymatione involuntaria, difficultate spirandi, interdum sibilosa[89]), inprimis a motu, a gressu adversus ventum, a cibis calide deglutitis, ab animi pathematibus, ab aëre per adstantium numerum corrupto, ab alvi et urinae depositione, a compressione carotidum, quin immo a sola pulsuum protracta exploratione[90]), excitata, et a perfrictione thoracis aut colli, vel a vomitu, mitigata; tussis laboriosa, atrox, saepe a motu corporis inducta, emesin eliciens, cum sputis mucosis, purulentis, iisque tunc copiosissimis, haud raro cruentis; epistaxis, pneumorrhagia; menstrua copiosa, aut suppressa[91]); positio

postea *tumor aliquis spinam circa pulsans* deprehendebatur, quo in casu statim pronunciavit aneurysma esse arteriae aortae atque veritas hujus diagnoseos ex ipsius cadaveris sectione patuit (BONET sepulchr. anat. Lib. IV. Sect. 2.). Et BURSERIUS ait: „interdum etiam in jugulo et temporibus et *dorso* etiam pulsationes sunt manifestae" (l. c. p. 194.).

88) Paroxysmi istiusmodi modo omni mense, modo pluries de die obveniunt et plerumque ab octava usque ad quartam horae partem protrahuntur.

89) Vide infra §. LXV. N. 9. (6). — BURNS l. c. p. 277.

90) In KOROLKO vidi.

91) Menstruorum observationes, quas saepius in aneurysmate aortae descendentis observavi, ut symptoma suppurationis aortae abdominalis describit BEDING-

positio corporis dumtaxat erecta, aut antrorsum flexo trunco [92]), aut supine in dorsum, aut in alterutrum latus, saepissime dextrum concessus; pulsus modo regularis, modo intermittens [93]), mox debilis, mox fortis, nunc lentus, nunc frequens, fere semper celer et vibrans, cumque cordis motu cohaerens, sed saepe diversus in utrisque brachiis; ictus prosilientes arteriarum brachiorum et crurum ipsis nonnunquam venis propinquioribus communicati [94]); urina nunc copiosa aquea, nunc pauca rubra cum sedimento lateritio; oedema crurum, faciei (saepe lividae) et anasarca. — *Arteriae coeliacae aneurysma* sese exhibuit pulsatione ad regionem epigastricam, pondere ventriculi, ab alimentorum ingestione aucto, colicâ et sensu puncturae super cutem [95]).

§. LXIII.

Autopsiae cadaverum.

Aneurysma ipsum.

1. Arteria aut *in universo ambitu*, aut *in latere*

FIELD (*A compendium of medical practice*): addit et difficultates urinae.

92) MORGAGNI Epist. XVIII. 17. — BURNS l. c. p. 281.

93) Forte saepius in aneurysmate aortae descendentis. v. BURNS l. c. p. 252.

94) In femina cum aneurysmate aortae in clinico Vilnensi a. 1823 decumbente, venae, arteriis contiguae, pulsationem exhibebant.

95) NYSTEN in *Journal de médecine, chirurgie et pharmacie.* 1815. *Octobre.* p. 123.

latere alterutro saccum efformat. Dum *arteria in universo ambitu saccum efformat* ille interdum bipartitur est [96]). Membranae talem saccum constituentes sunt modo normales [97]) et glabrae, modo incrassatae [98]), tenuiores [99]), obsitae interius multis exiguis excrescentiis planis et in medio perforatis, ulcusculis, fissuris et rimis in fibrosa tunica actis et lympha coagulabili impletis, rubellis punctis tinctae, squamulisque osseis sive bracteis innumerabilibus obductae. Tunica vasculosa, hinc illinc a margine horum osseorum concrementorum abrupta et ab arteriae pariete separata conspicitur, quo fit ut asperam superficiem offerat. Etiam obtecta est atheromatosis tumoribus parvulis [100]). Arteria in toto ambitu dilatata plerumque sanguinem grumosum, rarius [1]) vero coagulum polyposum ex lamellis compo-

96) Walter *Anatom. Museum.* 1. *B.* p. 150. *N.* 300. — Haen rat. med. T. IV. Cap. 2. p. 15 et 23.

97) Hodgson (l. c. p. 72.) vere omnino ait: „*Bisweilen auch sieht man, obschon das Gefäfs beträchtlich erweitert ist, doch keine besondere Structur-Veränderung in seinen Häuten.*"

98) Hodgson (l. c. p. 63.) membranas incrassatas aneurysmatis cum peritoneo saccum herniosum antiquum constituente comparat.

99) Ehrhardt l. c. p. 8.

100) Ehrhardt l. c.

1) Cur Hodgson (l. c. p. 99.) *nunquam* dicat non intelligo, cum alio loco (p. 71.) ipse fateatur: „*doch enthalten solche theilweise Erweiterungen nur selten Ge-*

compositum et crystallos [2]) deponens, continet. Talem dilatationem, ad digitos transversos duos tresve expansam, saepe exhibuit *aorta ubi e corde exit* [3]). Maxima vero aneurysmata ad *ramum ascendentem* et *ad curvaturam aortae* obveniunt [4]). Dum expansio *aortam descendentem* occupat solet illa esse ovalis [5]). In ipsa una eademque aorta haud rara *plures tales expansiones*

rinnsel." Praeterea ipse BAILLIE (l. c.) monet, arterias dilatatas quando magnum adipiscuntur volumen majori minorive sanguinis in laminas sive strata concentrica sibi invicem imposita coacti quantitate esse referta atque impleta.

2) Teste FARADAYS crystalli hujusmodi ex sulphate calcis, ex muriate et phosphate sodae componuntur. v. EVERARD HOME in *Philosophical Transact. of the R. Society of London, for the Y.* 1820.

3) TESTA l. c. p. 108. 109. 110. 125. 154. 155. — HODGSON l. c. p. 19. — CERUTTI *Beschreibung der krankhaften Präparate des anatom. Theaters zu Leipzig.* 1819. c. tab. aen. *N.* 736.

4) CORVISART l. c. p. 346. Obs. LXXI. (Cordis magnitudinem bis superans), — TESTA l. c. p. 154. (magnitudinis capitis infantilis), — ALLAN BURNS l. c. p. 234 et 236. (circumferentiae decem pollicum). — HODGSON l. c. p. 72 et 73. (saccus manum acuminatam accipiens), — SANDIFORT apud VERBRUGGE l. c. p. 398. 402. (undeviginti et tres quartas partes pollicum), — RUYSCH Observ. anat. chirurg. Cent. Obs. 38. (ut pulvinar mediocre). Vidi binis vicibus ad magnitudinem capitis infantilis. Cfr. SCARPA l. c.

5) EHRHARDT l. c.

nes deprehenduntur [6]. Interdum aorta *in toto suo decursu* dilatatur [7]. Vasa quae ex aorta dilatata proficiscuntur, modo etiam dilatata sunt [8], modo normalia [9]. — Dum *arteria in alterutro latere saccum efformat*, membranae illius interna et media, laceratae aut erosae deteguntur, ita ut saccus ex membrana arteriae externa seu cellulosa constituatur [10]. Laceratio aut erosio ut- pluri-

6) LAUTH scriptores de aneurysmat. p. 594. — AYERER l. c. p. 6. — DURET scholia ad libr. prim. de morbis internis. Cap. XXIX. — TESTA de re medica et chirurgica Epist. VII. Ferrarae 1781. et op. cit. p. 71. 108. — KREYSIG l. c. 2. *Th.* p. 339. — HODGSON l. c. p. 195. not. — EHRHARDT l. c. p. 5. — Vidi binis vicibus duo ejusdem aortae aneurysmata.

7) TESTA l. c. p. 276. (Triplo plus expansa usque ad divisionem in utramque arteriam iliacam), — LAENNEC l. c. (duplo).

8) EHRHARDT l. c. p. 5. — TESTA l. c. p. 155.

9) TESTA l. c. p. 169. — CLARUS *Annal. Clinik.* 1. *B.* 1. *Abtheil.* p. 134. — LAENNEC contendit subclaviam sinistram fere nunquam a normali diametro aberrare, etiamsi aorta sit maxime aneurysmatica.

10) Et NICHOLLSII (*Philosophic. Transact. Vol.* 35. p. 443.) et HODGSONII (l. c. p. 100.) experimenta docent, destructâ membranâ internâ et mediâ arteriae, externam illius non amplius impetui cruoris resistere posse, ideoque cedere. Idem ex destructione membranae *externae* arteriae contingere posse, internis tunicis illaesis, forte quis crederet? Ast experimenta HUNTERI et EVERARD. HOMEI (*Transactions of a Society for improvement of med. Knowl.* p. 144.) clare de-

plurimum transversales sunt; interdum illae secundum longitudinem, vel in circulum apparent. Dum locus laceratus seu erosus haud amplus est, nil aliud nisi foramen ex arteria ad saccum aneurysmaticum, veluti collo instructum, ducens, animadvertitur. Parietes ejusmodi aneurysmatis multo inaequaliori gaudent crassitie. Superficies eorum interna valde aspera et inaequalis cernitur [11]). Interdum membrana quoque externa arteriae aneurysmaticae aut disrupta [12]), aut a gangraena erosa [13]) conspicitur, sanguine in partes contiguas effuso. In partibus quae impetui sanguinis extravasati resistere valent, e. c. tela cellulosa, membranae, ossa, oritur veluti novus saccus, capacitati extensionis illarum partium respondens. Alias enormis copia sangui-

monstrant, membranâ externâ arteriarum destructâ, membranam mediam et internam, ad sanguinem coercendum, omnino capaces esse, atque membranam externam facile ope lymphae coagulabilis restitui.

11) Ehrhardt l. c. p. 9.

12) *Rupturam sacci aneurysmatici mechanicam* contingere potissimum dum ille in cavitatem a membrana serosa (e. c. pleuro, pericardium, peritoneum) obductam, prominet, contendit Hodgson (l. c. p. 128).

13) *Erosionem* ab eschara gangraenosa inprimis locum obtinere asserit Hodgson (l. c.), dum saccus aneurysmaticus cavitatem a membrana mucosa obtectam (e. c. internam superficiem oesophagi, intestinorum, vesicae urinariae) attingit.

sanguinis in cava vicina extravasati in conspectum venit. Saccus tam ex membrana externa arteriae, quam ex partibus contiguis efformatus, coagulo polyposo, ex lamellis concentricis conflato [14]), repleri solet. Arteria supra et infra saccum saepe friabilis est et incrustationibus calcareis notata. Id genus aneurysmatis, rarius quam antecedens ex aorta originem ducit. Dum illud occurrit, cadit potius in partem aortae descendentem quam in adscendentem [15]). Diameter aortae eo loco, ex quo sinus aneurysmaticus principium capit, saepenumero non est auctus [16]). Haud raro observatur (praecipue in trunco adscendente et in curvatura aortae), quod ex aneurysmate in universo ambitu arteriarum per dilatationem orto, protuberant tumores, quibus ruptura membranarum internarum ansam porrexit [17]). — Praeter arterias externas et aortam *aneurysmata* sunt visa in *arteriis durae matris* [18]), in *carotidibus* circa latera sellae turcicae [19]),

14) Observantibus jam Vesalio, Lancisio, Harweyo, Valsalva, Morgagni. Ait Hodgson (l. c. p. 122.): „*dieses Coagulum scheint aus dem mit rothen Theilchen vermischten Faserstoff des Blutes zu bestehen.*"

15) Ehrhardt l. c. p. 9.

16) Ehrhardt l. c. p. 10.

17) Baillie l. c. — Meckel *Handbuch der pathologischen Anatomie.* p. 240. — Corvisart l. c. Obs. LIII. — Hodgson l. c. p. 107.

18) Holtorf l. c. — Malacarne *Encefalotomia nuova*

cae [19]), in *arteriis medullae spinalis* [20]), in *arteriis sublingualibus* [21]), *pulmonalibus* [22]), *intercostalibus* [23]), in *arteria coeliaca* [24]), *splenica* [25]), *renali* [26]), et *spermatica* [27]).

2. Aneu-

ed universale. Torino 1780. p. 68. Cfr. Hodgson l. c. p. 115.

19) Baader observat. med. incisionibus cadaverum anatomicis illustratae. Frib. 1765. — Blancard anat. pract. ration. Cent. II. Obs. 74. p. 286. — Miscell. Nat. Cur. Dec. II. A. 6. Obs. 207. — Matani l. c. p. 145. — Bonet Sepulchr. anat. Lib. II. Sect. 5. Obs. 4. 27. — Bach in Richters *chirurg. Biblioth.* 8. *B.* p. 498. — Eisenschmidt in Schmuckers *vermischt. Schriften.* 2. *B.* p. 241.

20) Malacarne l. c. Hodgson l. c. p. 116.

21) Collomb *Oeuvres méd. chir.* p. 451.

22) Blane *Transactions of a Society for the improvement of medical Knowledge. Vol. II.* p. 193. Cfr. Baillie *Treatise on morbid anatomy.* p. 456. — Blackhall *on dropsies.* p. 126.

23) „Die 19. Maji 1798. consilium meum petitum fuit Vindobonae pro comite Gallenberg. Herpete hic a prima juventute, et a multis retro annis haemorrhoidibus laboraverat. A duobus cum dimidio annis *sic dicto* rheumatismo ad latus dextrum thoracis laborasse credebatur. Tradebantur varia, et simul mercurialia, a quibus interdum per menses se melius habere videbatur. Tandem instituto a me accuratiore examine, detegebatur *aneurysma arteriae intercostalis secundae costae* cum magna pulsatione." Ex Schedis Patris mei.

24) Hodgson l. c. Obs. 26. p. 170. (ad originem).

25) Bonet Sepulchr. Lib. II. Sect. 8. Obs. 31. ex Bal-

2. Aneurysma aortae saepius *cor* deprimit, aut, pro ratione sedis et circumferentiae, vel dextrorsum vel sinistrorsum propellit. Haud raro disrupto aneurysmate ad initium aortae, cruor in *pericardium* effunditur [28]). Quandoque tale aneurysma ita cum *arteria pulmonali* conglutinatum est, ut illud jam in cavum hujus ruptum effusumque observare liceat [29]). — Alias accidit ut aneurysma aortae adscendentis vel ejus flexionis aut *asperam arteriam* [30]), aut *oesophagum* [31]),

Partes contiguae.

LONIO. — MORGAGNI Epist. III. 2. — BEAUSSIER in *Journal de médecine. T. XXXII.* p. 157. — J. NENEI obs. de disrupta splenica arteria, in J. RÖMER decas diss. med. italicar. Norib. 1797. — *Gli atti dell' academia delle scienze di Siena. T. II.* p. 195. v. *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte. 17. B.* p. 554.

26) Ephem. Nat. Cur. IX. Cent. 59. Obs. — TITIUS de vitiis renum Comment. II et III. Vitemb. 1798.

27) *Journal de médecine.* 1760. *T. XIII.* p. 359. v. *Neue Samml. auserl. Wahrnehmungen.* 4. *B.* p. 211.

28) MORGAGNI Epist. XXVI. 7. 17. 21. Epist. XXVII. 28. — SCARPA l. c. — BURNS l. c. p. 254. 256. 260. 286. — HODGSON l. c. p. 135. not. — Plura hujus generis exempla vidi, quare miror LAENNEC ea rara esse contendere miraturque et EHRHARDT l. c. p. 22.

29) WELLSIUS in *Transact. of a societ. for improvement of med. Knowl. Vol.* 3. p. 85. — PAGENUS *Bulletin de la faculté de médecine. N.* 3. — ZEINKIUS ibid. Cfr. NANNONI *tratto di chirurgia. T.* 2. *Obs.* 74.

30) BURNS (l. c. p. 281.) animadvertit, *asperam arteriam* tunc solum comprimi, dum aneurysma ex aortae adscendentis parte *anteriore* ordiatur, minime vero quan-

gum[31]), aut unum *bronchiorum* comprimat, et interjectis partibus exesis et detritis, in eorum cavitatem sanguinem effundat. Visa quoque est compressio finis *venae cavae superioris*[32]), atque compressio et obliteratio *cannalis communis carotidis*[33]), et *subclaviae sinistrae*[34]). Nec *nervi recurrentes* semper immunes manent[35]). — Quando-

do ex dextro hujus vasis latere aut ex flexione ejus, in quo posteriori casu potius dysphagiam vidit. Legatur de hac argumento Maloet apud Lauth l. c. p. 595. — Hodgson l. c. p. 134. — Corvisart l. c. p. 34. — Burns l. c. p. 291. — Richerand *sur l'ouverture des aneurysmes de l'aorte dans la trachée artère, et les bronches;* in *Mémoires de la société d'émulation.* 4. *annee.* et Lawrence in *medical and chirurgical transactions. Vol.* 6. p. 227. (Loquitur de aneurysmatibus ad radicem arteriae innominatae et ad arcum aortae, *foveas* in tracheam imprimentibus). Cfr. §. LXV. N. 9. (6).

31) Matanus l. c. p. 120. — Sauvages nosol. method. T. II. p. 298. — Dupuytren apud Corvisart l. c. p. 342. — Laennec l. c. — Ehrhardt l. c. p. 22. — Haematemesin ex aneurysmate aortae in oesophagum aperto, vidi Vilnae a. 1814. Caussa rupturae erat portatio sacci rublonibus repleti.

32) Corvisart l. c. p. 342. (Lumen venae cavae superioris erat paene deletum; mors secuta est apoplectica, ex sanguinis e cerebro recursu impedito). Deckart l. c.

33) Astley Cooper in *medico-chirurgical transactions. Vol. I.* p. 12. *Tab. II. fig.* 2.

34) Hodgson l. c. p. 155 et 156. Obs. 22.

35) Patison in *the american Recorder. Philadelph.* 1820.

Quandoque aneurysmata *aortae adscendentis* excavant atque destruendo perforant *sternum* et *costas* 36), frangunt *scapulam* 37), incurvantque *claviculam* 38), rarissime tamen erodunt *vertebras dorsales* 39). — Aneurysma *aortae descendentis* cum *pulmone* concrescere 40), ac disruptum, in illius

Vol. 2. *N.* 2. (Ex compressione nervi recurrentis dolorem scapulae in aneurysmate aortae explicat).

36) Albertini l. c. p. 383. — Ruysch observat. chirurg. p. 37. 38. — Sandifort in nov. act. physic. med. nat. cur. T. XVIII. p. 21. — Morand in *Mém. de l'acad. R. de Paris. a.* 1707. — Verbrugge l. c. Ehrhardt l. c. p. 28. Heister l. c. — In miscellaneis variae literaturae Lucae editis (T. 2. p. 184.). Legitur de aneurysmate lateris dextri arcus aortae post magnam vocis et corporis contentionem orto, quod sic protuberabat dextrorsum, ut inter secundam et quartam costam, tertia penitus destructa, ovi anserini magnitudine erumperet. — In museo pathologico Ticinensi bina exempla vidi ossis sterni ab aneurysmate arcus aortae magna ex parte destructi. Et cutis super imposita disrupta erat. Cfr. J. P. Frank Epitome l. c. p. 40. et hujus operis Part. II. Vol. II. Sect. 1. Cap. VII. §. XXVIII. N. 1. (36. 37.).

37) Duverney l. c.

38) Guattanius v. Lauth l. c. p. 168.

39) Ejusmodi rarioris casus exemplum affert Laennec, aneurysmatis scilicet rami aortae *adscendentis*, pugni magnitudinem quater excedens, cujus moles anteriores partes vertebrae tertiae, quartae et quintae et ipsa nonnihil ligamenta intermedia comprimendo consumsit.

40) Laennec l. c. p. 427. — Vidi et ego.

illius cellulas aereas cruorem effundere [41]) potest. Frequenter istud aneurysma rumpitur in *mediastinum posterius* [42]), et in *cavum pleurae sinistrum* [43]), rarius in *dextrum* [44]). Ruptura haec interdum sensim sensimque contingit [45]). — Ab aneurysmate aortae *descendentis* talis compressio *ductus thoracici* observata est, ut partim destructus, partim vasa omnia lymphatica admodum distensa invenirentur [46]). Visum est hoc aneurysma in *cavum abdominis* [47]), inque *ventricu-*

41) Laennec l. c.

42) Wolff in novis actis Petropolitanis. 1789. T. V. — Hodgson l. c. p. 107.

43) Hodgson l. c. p. 135. Pluries vidi.

44) Laennec l. c. Procul dubio, nec me id vidisse recordor.

45) Burns (l. c. p. 292.) ubi saccus aneurysmaticus, inquit, per *parvum hiatum* cum cavitate communi thoracis et mediastino postico communicat, *lentius mors* accidit. Sic Morgagni narrat (Epist. XVII. 14.): aneurysmate aortae rupto et sanguine in sinistrae pleurae cavitatem profuso, in latiori illic facto hiatu excavatam, tubulosam, polyposam massam deprehensam esse.

46) Laennec in *Journal de médecine*, *par* Corvisart *T.* 2. p. 159. — Jam Lancisius (Propos. XXII.) invenit in thoracis cavo dextro effusum serum, quod ait, probabiliter fuit lympha, quae sua intra thoracicum ductum libera ab aneurysmatis compressione immissione prohibeatur, et idcirco pulmones lymphatica massa distenderat atque acredine sua eroserat.

47) Bonet Sepulchr. anat. Lib. III. Sect. 23. Obs. 35. 40

triculum [48]) et *intestinum duodenum* [49]) depletum. Saepissime vero illud [50]) *vertebrarum corpora* [51]), illaesis saepius cartilaginibus [52]), de-

 struit

48) Nannoni *trattato di chirurgia. T.* 2. *Obs.* 87.

49) Cfr. Part. III. Vol. I. Cap. de Haematemasi.

50) Inprimis si aneurysma in parte *posteriore* aortae locum obtineat.

51) Duverney in Comment. Petropol. VI. a. 1732. — La Faye in *Philosophical Transact. N.* 287. — Laennec l. c. — Kreysig l. c. — Lauth l. c. p. 379. — Ehrlich *Chirurgische, auf Reisen gemachte Erfahrungen.* 1. *B.* — Hodgson l. c. p. 120. — Ehrhardt l. c. p. 24. 25. — Pluries vidi exempla vertebrarum tum dorsalium tum lumbalium plus minus ab aneurysmate aortae descendentis destructarum. Haec destructio contingitne illa per potestatem sanguinis ossa solvendi? (Verbrugge apud Lauth l. c. p. 401. 453.) — per attritum undae cruentae? (Laennec l. c.) — per absorptionem massae osseae operâ compressionis a sacco aneurysmatico exercitae? (Hunter, Scarpa) — simulque per erosionem periostii in quo vasa lymphatica, quae succum osseum adducere deberent, decurrunt (Hodgson), — per inflammationem lentam, ut putarem, a sacco aneurysmatico ossibus communicatam? — Destructionem ossium aneurysmatibus contiguorum, adeo a carie diversam, ut contenditur (Hodgson l. c. p. 120.), haud inveni. Sic fatetur quoque Rosenmüller (*Anhang zu* Scarpa *über die Pulsadergeschwülste.* p. 364.).

52) W. Hunter *Med. observ. and inquiries. Vol. I.* p. 348. — Hodgson l. c. p. 121. — Caeterum etiam cartilagines laesas fuisse legitur apud Asmann l. c. aliosque scriptores de aneurysmatibus. p. 595.

struit et excavat. Nec parcet semper *intestino colon*, peritonaeo, musculis psoas et iliaco interno renibusque [53]).

§. LXIV.

Caussae.

Praedisponentes. 1. Mares aneurysmati maxime obnoxii sunt. Obvenit vero id pluries quoque inter feminas [54]). Contrahitur ab iis morbus praecipue tempore graviditatis, partus et puerperii [55]). Parcet ille ut plurimum infantibus [56]) et senibus [57]). Incidit saepissime inter annum trigesimum et quinquagesimum. Disponunt ad aneurysmata, praesertim aortae, vitium haereditarium [58]), habitus athleticus, plethoricus, opificia quae corporis positionem incurvatam exposcunt [59]), et febres inflamma-

53) Mianowski in *Pamiętnikow Towarzystwa Lekarskiego Wilenskiego*. *T. I. Wilno* 1818. p. 191.

54) Hodgson (l. c. p. 130.) inter 63 aneurysmata, 56 in maribus et 7 in feminis numerat. Inter meos aegro quarta circiter pars ad sexum sequiorem spectabat.

55) Sic ex permultis observationibus edoctus sum.

56) Nannoni *trattato di chirurgia*. *T.* 4. p. 111. S 1730.

57) Vidi quidem senes aneurysmatibus aortae laborantes sed morbus illos jam a multis annis detinuerat.

58) Lancisi l. c. Lib. II. Propos. 47. p. 74. — Michaelis in Loder's *Journal f. die Chirurgie*. 2. B p. 665. — J. P. Frank Epit. l. c. p. 32.

59) Novem exempla aneurysmatis aortae inter *lotric* observavi.

flammatoriae crebro perplexae maleque curatae [60]).

2. Aneurysmata *excitantur* in genere: a vulneribus arteriarum [61]), a pure, ichore has ipsas erodente [62]), ab osse fracto [63]), luxato, carioso, a distentione [64]), saltu [65]), contusione, percussione, ligaturâ [66]), risu [67]), tussi [68]), vomitu [69]), Excitantes.

60) Hae febres, tunicis arteriarum plurimis in locis simul infensae, efficere possunt, ut systema arteriosum plurima etiam aneurysmata uno eodemque tempore exhibeat, quin pro hoc phaenomeno explicando opus sit peculiarem admittere *diathesin aneurysmaticam.*

61) Bohn diss. de phlebotomia culposa. Lips. 1713. — Molinelli de aneurysmate a laesa brachii in mittendo sanguinem arteria. Bonon. 1748. — Deslandes in *Journal de médecine. T.* 3. — *L'art de saigner. Chap.* 20.

62) Abernethy l. c. p. 246. — Travers *medico-chirurg. Transact. Vol.* 4. — Hodgson l. c. p. 264.

63) Duverney *Traité des maladies des os. T.* 1. (Ex tibiae fractura).

64) *Mém. de l'acad. R. des sciences de Paris* 1700. *hist.* p. 50. (Aorta dilatata et arteria subclavia dextra aneurysmatica ob subitam capitis in dextram partem flexionem).

65) Haen rat. med. T. IV. C. 2. §. 4. (Popliteae). — Hodgson l. c. p. 186.

66) Warner (*cases of surgery* p. 139.) narrat de serie aneurysmatum in arteria brachiali post amputationem ortarum. Similia habet Ruysch opp. obs. anat. chir. T. I. p. 4.

tu [69]), et clamore [70]). *Aneurysmati aortae* ansam porrigunt caussae illius arteriae inflammationem gignentes [71]), praecipue nisus in ponderibus elevandis movendisque [72]), sub coitu [73]), partu [74]), luctatione, gestatione; vehemens mo-

67) Michelotti l c.

68) *Mém. de l'acad. R. des sciences de Paris. A.* 1733. p. 183. (in parte posteriore et anteriore colli). — Morgagni l. c. Epist. XVIII. 25.

69) Haen l. c. (Carotidis).

70) V. Leeuven l. c. p. 13. (Carotidis; asperam arteriam comprimendo mortem inferens).

71) Cap. XIV. §. LVI. N. 2.

72) Lotrices praeter frigus in linteis prope flumina lavandis susceptum, praeterque portationem illorum madidorum ad proprias habitationes interdum dissitas, incusabant inprimis vim in torculari, ad lintea complananda, movendo, adhibitam.

73) Aneurysmata aortae in meretricibus familiaria esse observationes Morgagni (Epist. XXVI. 15.), Testae (l. c. p. 395.) docent. Matrona annos triginta nata, obesa, arthritica, mihi narravit, quod a. 1817. sub coitu in paroxysmum orthopnoeae, bihorium perdurante, cum dolore pressorio sub sterno (loco dolente extus maculâ rubrâ notata), aphoniâ, facie lividâ, tussiculâ, sputis spumosis cruentis, pulsu in carpo sinistro vix ullo, incidit; — quodque similes paroxysmi ex eadem caussa ac minores ex odore nicotianae, dein pluries rediere. A. 1821. quo prima vice aegrotam vidi, praecipua aneurysmatis aortae detexi signa.

74) Michelotti l. c. — Miror ego, non saepius contingere.

motus [75]), venatio [76]), cursus [77]), vectio in curru incommodo super vias rudes [78]), lapsus [79]), struma [80]) aliique tumores [81]), haemorrhagiae habituales

75) Bell *Anatomy of the human body. Vol.* 2. — v. *auserl. Abhandl. f. prakt. Aerzte.* 17. *B.* p. 527.

76) Plurima aneurysmata aortae vidi in hominibus venationi addictis, maxime in iis qui caeterum vitam sedentariam ducebant. Concludo hinc quod transistus repentinus a quiete ad motum, evolutioni aneurysmatis praecordiorum favet.

77) Valcarenghi l. c. Obs. 1 et 3. — Korolko, de quo supra narravi (§. LXII. N. 3 (71. 75.), traha vehebatur. En equorum unus gressus ulteriores recusans. Derelinquit igitur dominus traham, atque equum clamoribus et flagello, pedester per mille et ultra passus prosequitur. Incidit illico in febrem inflammatoriam cum gravi pectoris affectione, relicto aneurysmate arcus aortae, post quatuor annos lethali.

78) Nonnulla aneurysmata aortae in veredariis conspexi. Post vectionem diuturnam et incommodam, ultimis graviditatis mensibus susceptam, eundem observavi morbum.

79) Michelotti l. c. p. 81. — Ex lapsu ab equo ictuque pectori illato aeger, de quo supra (§. LXII. N. 3. (68), morbum acquisivit, sicque plurimi alii quos curavi.

80) Hopfengärtner in Hufeland's *Journal der prakt. Heilkunde* 1817. 6. *St.* p. 26.

81) „ *J'ai trouvé une douzaine (de concrétions pierreuses) dans le pancreas d'un homme attaché à un ambassadeur de Venise, lequel étoit mort subitement d'un aneurysme de l'aorte. Le pancréas très tumefié, comprimoit si fortement cette artère contre la colonne vertébrale, que la*

tuales suppressae [82]), impetigines praepostere fugatae [83]), potus alcohol et vini [84]), syphilis [85]) et mercurius [86]).

Proxima. 3. *Caussa proxima* aneurysmatum quaerebatur exclusive in membranarum arterias constituentium modo *dilatatione* [87]), modo *laceratione et erosione* [88]). Mediam nos inimus viam et pro re nata unam et alteram amplectimur opinionem [89]), concedendo tamen cum aliis [90]),

partie de l'aorte qui étoit pardessus étoit très grosse; son volume étoit augmenté jusqu'au coeur, dont le ventricule gauche étoit très dilaté; la portion de l'aorte, qui étoit au-dessous du pancréas, étoit si retrécie qu'à peine on pouvoit y introduire le petit doigt." PORTAL *Cours d'anat. médic. T.* 5. p. 356.

82) TESTA l. c. p. 73. (Saltem *nexus* in haemorrhagias habituales et aneurysmata admitti debet).

83) TESTA l. c.

84) Caussa frequens aneurysmatis inter homines vulgi in Lithuania.

85) GUATTANI l. c. — MORGAGNI Epist. LVIII. 13. — MONRO in *N. Edinb. Versuche.* 3. *B.* p. 219.

86) DE HORNE in *Mém. de la soc. R. de méd. a.* 1779. p. 301.

87) FERNELIUS, VESALIUS, FORESTUS, DIMERBROEKIUS et maxima veterum medicorum pars.

88) FABRIC. HILDANUS, SENNERT, PALLETTA (v. WEIGEL's *ital. med. Bibl.* 4. *B.* 1. *St.* p. 73.), BICHAT (*Anatomie générale appliquée à la physiologie. Paris* 1801. *T.* 2. p. 282.) et tandem SCARPA (l. c.).

89) Sic et HODGSON (l. c. p. 99.) ubi ait: „*Die Ansicht unzähliger Präparate dieser Krankheit . . . hat*

aliis [90]), aneurysmata aortae per dilatationem rarissima esse [91]).

§. LXV.

D i a g n o s i s.

1. Quae cum ita sint, antiquam divisionem aneurysmatis in *verum* [92]) (ex dilatatione arteriarum) et in *spurium* [93]) (ex laceratione, erosione membranae internae et mediae arteriarum) retinemus. Addimus praeterea *aneurysma mixtum* (dum in aneurysmate vero, ex aliqua parte superficiei Divisio.

mich fest überzeugt, daſs, obwohl in den meisten aneurysmatischen Säcken, besonders in denen, welche einen beträchtlichen Umfang einnahmen, die Häute des Gefäſses zerrissen waren; dennoch verhältniſsmäſsig in einer bedeutenden Anzahl von Fällen das Aneurysma von einer theilweisen A u s d e h n u n g der Arterienhäute ausging." — Item Burns l. c. p. 234. — Kreysig l. c. 2. *Th.* p. 380.

90) Burns (l. c. p. 238.) . . . „*ich gestehe, daſs unter vierzehn Fällen, wo ich die vorgefundenen Aneurysmen genau untersuchte, der eben von mir erzählte der einzige ist, der* Scarpa's *Behauptung nicht in jedem Punkte bestätigte.*"

91) Duo dumtaxat vidi exempla, ubi tota aorta, sine laesione membranarum internarum, dilatata erat.

92) Vox aneurysmatis a dilatando (ἀπὸ τοῦ ἀνευρύνειν) derivata est. Itaque optime exprimit dilatationem arteriae (aneurysma cylindroideum Ehrhardtii l. c.).

93) Status arteriae primo intuitu dilatationem *simulans*, jure *spurium* aneurysma dici potest (aneurysma saccatum Ehrhardtii).

ficiei ejus internae disruptae, aut exesae, protuberat aneurysma spurium), *aneurysma varicosum* [94]) (dum instrumentum secans venam perforat et in subjacentem arteriam penetrat, ita ut communicatio directa inter haec vasa locum obtineat, cujusque ope sanguis ex arteria in venam transit, hancque in saccum dilatat) et *aneurysma per anastomosin* [95]).

2. Si

94) Aneurysma hoc descriptum est a SENNERT (l. c.), W. HUNTER (*Medical observ. and inquiries. Vol. I.* p. 340. *A.* 1757. et *Vol. II.* p. 390. *A.* 1764.), GUATTANI (l. c. 1772.), CLEGHORN (*Medic. obs. and inquiries. Vol. III.* p. 110.), B. BELL (*System of surg. Vol. B.* p. 199.), SCARPA (l. c.), SABATIER (*Médecine opératoire. T. I.* p. 417.), RICHÉRAND (*Dict. des sciences médic. art. anevrysme variqueux*), BOYER (*Traité des maladies chirurg. T.* 2. p. 177.), LASSUS (*Médecine opératoire. T.* 2. p. 443.), HODGSON (l. c. p. 511.), ASMANN (l. c.), ADELMANN (l. c.) aliisque. — „Tale aneurysma varicosum seu varicem aneurysmaticam vidi die 28. Maji 1804. in clinico meo Vindobonensi. Occupabat venam medianam cubiti in viro, cui haec vena decem ante hebdomadas a chirurgo, cum subjacente arteria perfossa fuit. Interrogavi aegrotum num sibilum in tumore persentiat? respondit: hoc primum fuisse, ut sibilum strepentem ex tumore proprio auditu percipere potuerit. Vena vero ad duos fere pollices magis tumida erat, nec adeo pulsabat; quam quod quasi filum metallicum sub digitis, toties ac arteria pulsabat, trementem, nunquam vero penitus tremere cessantem, sisteret." Ex Schedis Patris mei.

95) Cap. XIV. §. LVI. N. 1 (62).

Indicia aneurysmatis aortae.

2. Si chirurgi convenient diagnosin aneurysmatum *externorum* [96]) interdum arduam esse, propterea quod non semper pulsent [97]), ideoque facile cum aliis tumoribus confundi possint; quid medici de diagnosi aneurysmatum *internorum* fateri debebunt? — Nihilominus, aneurysma aortae (paucis exceptis casibus morbi omnino signis suis destituti [98])), medicum, in doctri-

96) Ait Louis (*Diction. encyclopédique art. aneurysme*): „*Les signes qui caractérisent l'aneurysme vrai sont; une tumeur circonscrite, sans changement de couleur, à la peau, accompagnée d'un battement qui repond ordinairement à celui du pouls du malade; dès qu'on comprime la tumeur elle disparoit en totalité ou en partie.*"

97) Ruysch, Simmons l. c. — Burns l. c. p. 289. — J. P. Frank (l. c. p. 46.) qui ait: „sed facile sub adulto jam aneurysmate, ubi densae, aut polyposa materia infarctae sunt vasis affecti membranae, ubi sacci aneurysmatici fibrae jam omnem, quo stimulo respondeant, irritabilitatem amiserunt, ac tandem ubi cordis jam major subintrat debilitas, pulsatio, ac digito cedens mollities tremoris, disparent." — Exemplum aneurysmatis a contusione nati, ac ab empyrico cum morte subsequente aperti, adducit Lancisi, alterumque Swieten (Comment. T. I. p. 288.). Legi de hoc argumento merentur Haen ratio medend. P. V. C. VI. §. 2. 3. — Schmiedel de varietatibus vasorum. Erlang. 1744. — Ludwig de variantibus arteriae brachialis ramis, in aneurysmatis operatione attendendis. Lips. 1767. — Ayrer l. c. p. 5.

98) Aneurysmata aortae *a nullo symptomate indicata* et ego detexi. Neque id mirum aut in hominibus vulgi

doctrina hujus aegritudinis versatum, aegrumque sat diu observantem, raro aufugere posse, contendimus. Neque id solum de morbo jam provecto atque plus minus palpabili, sed etiam de incipiente minimisque signis stipato, contendimus. Aneurysmatis enim aortae praesentiam toties admittere inclinamus; quoties, praeviis caussis evolutioni illius morbi faventibus [99]), quis constanter de capitis sensuumque affectionibus indicatis [100]), nec non de doloribus circa pectus conqueritur; habitus aut volumen corporis, sine nota alia ratione, a statu consueto deflectunt; respiratio aut circulus sanguinis offensae sunt, inprimis si pulsus in brachio dextro sit debilis et in sinistra fortis (rarius vice versa). Prudentis caeterum medici erit, diagnosin aneurysmatis

multum quin querelas edant pati solitis, aut dum aneurysma ob molem suam admodum parvam oeconomiam animalem vix aut ne vix quidem perturbat. Sic Scarpa (l. c.) de parvo aneurysmate, ad radicem aortae, loquitur, quod sine praevio morboso indicio ruptum est. Sic Burns (l. c. p. 272.) duo mortis subitaneae exempla describit, in quibus exiguus tantum tumor principio aortae adhaerebat. Fatetur praeterea quandoque et majora aneurysmata occulta latere (l. c. p. 254.); inprimis dum aneurysma ad latus dextrum aortae adscendentis oritur, quo scilicet in casu neque tracheam neque oesophagum comprimit. (l. c. p. 256.).

99) §. LXIV.

100) §. LXII. N. 2. (71—75).

rysmatis aortae prius non proclamare, quam morbis, cum quibus illud confundi posset, ad trutinam vocatis.

Facilis confusio.

3. Sunt autem hujuscemodi morbi pro varia aneurysmatis illius *sede*, admodum varii. Confundi nempe possunt: 1° *aneurysma aortae ascendentis* cum *aneurysmate arteriae carotidis et subclaviae*, — cum *angore pectoris*, — cum *dilatatione cordis*, — cum *varice ad finem venae jugularis internae aliisque tumoribus colli;* 2° *aneurysma arcus aortae* cum *phthisi tracheali et pulmonali* cumque *vitiis venae azygae;* 3° *aneurysma aortae descendentis thoracicae* etiam cum *phthisi pulmonali* et cum *morbis columnae dorsalis* et 4° *aneurysma aortae descendentis abdominalis* cum *morbis columnae lumbalis* et *renum;* ne dicamus de serie *morborum vitia organica cordis et arteriarum simulantium* [1]).

Distinctio ab a. carotidis et art. subclaviae.

4. *Aneurysmata ex parte superiore arcus aortae emergentia*, propterea quod sternum et claviculae impediunt quominus anterius evolvantur, circa collum ascendunt, ideoque adspectum *aneurysmatum arteriarum carotidum et subclaviarum* exhibent. Illa vero offerunt pulsationem profunde ad aneurysmatis radicem propagatam [2]), quae pulsatio in his desideratur.

5. *An-*

1) Cap. XVII.

2) BURNS (l. c. p. 133. et in *Surgical anatomy of the*

Distinctio ab angore pectoris.

5. *Angor pectoris.*	*Aneurysma aortae.*
a. Morbus inter annum aetatis quadragesimum et quinquagesimum evolutus.	a. Morbus saepe inter annum aetatis trigesimum et quadragesimum evolutus.
b. Derepente invadit.	b. Lente evolvitur.
c. Libera intervalla, saltem incipiente morbo, observantur.	c. Passio continua est, etiamsi per paroxysmos invalescat.
d. Pulsatio in pectore haud communis.	d. Pulsatio in pectore communissima.
e. Vix unquam morbos tracheae et pulmonum simulat.	e. Saepe morbos tracheae et pulmonum simulat.
f. Dolor brachii sinistri sat constans.	f. Dolor brachii sinistri haud constans; potius dolores vagi in ambabus extremitatibus, fixusque dolor inter scapulas obveniunt.
g. Maxime in arthriticis obvenit.	g. Arthriticos aeque ac sanissimos caeterum homines aggreditur.

6. *Di-*

head and neck p. 32.) narrat casus aneurysmatum aortae, tam alte in collo observatorum, ut inter saccum aneurysmaticum et sternum amplum spatium relinqueretur.

6. *Dilatatio cordis.*	*Aneurysma aortae.*
a. Cordis ipsius pulsatio.	a. Pulsatio in pectore.
b. Pulsatio cordis limites designans.	b. Pulsatio cordis situ et ambitu raro respondet.
c. Sensus vix afficiuntur, nisi appropinquante lipothymia.	c. Sensorium commune, visus, auditus, saepe a primo morbi initio perturbantur.

Distinctio a dilatatione cordis.

Caeterum ambo morbi inter se invicem *complicationem* inire possunt [3]).

7. *Varix ad finem venae jugularis internae* tumorem super sternum exhibet, non pulsantem, sed motum tremulum habentem. Praeterea ille tumor sub compressione plane evanescit, quod in aneurysmate aortae, adeo provecto ut extra thoracis limites ascenderet, contingere haud posset. Tandem varix ille conditionem morbosam totius venae jugularis sociam agnoscere solet [4]).

Distinctio a varice jugularis.

8. Possunt denique *tumores* qualescunque super sternum et claviculas, a subjacentibus arteriis ita elevari ac si ipsi pulsarent [5]). Possunt etiam hujusmodi tumores per compressionem arteriarum subjacentium, dyspnoeam, dysphagiam

Distinctio ab aliis colli tumoribus.

3) Burns l. c. p. 284. — Kreysig l. c. 2. *Th.* p. 497.

4) Burns l. c. p. 297.

5) Immo, glandula super arteriam jacens, fortiorem quam ipsa arteria efficit pulsationem. Burns l. c. p. 295.

giam et pulsum irregularem gignere *). Verum tumor super arteriam jacens, sub systole et diastole arteriae solum elevatur et cadit, non augetur et tenditur in toto ambitu, non imminuitur et mollior fit uti aneurysma. Porro tumor super arteriam positus, dum manu extrorsum trahitur, pulsare cessat; in aneurysmate vero sub tali tractatione nulla contingit mutatio.

Distinctio a phthisi tracheali.

9. Quamvis ipsi quondam erroris *aneurysma aortae* cum *phthisi tracheali* confundendi participes redditi fuerimus [6]), et quamvis alii medici contra-

*) Burns l. c. p. 294.

6) Mense Majo 1820. ad dominum R . . . ., virum triginta annorum, festinanter in consilium vocatus sum. Invehi aegrum, mihi prius haud notum, suffocationi proximum. Maxime ille erat anxius: facies extremitatesque livore insigniebantur. Tussis urgebat clangosa uti in croup, sputa rejiciebantur pauca, puriformia cum multa saliva. Respiratio erat sibilosa. Pulsus tangebatur regularis, parvus, contractus, in utrisque manibus par. Aeger aphonus manus continuo inferiori tracheae parti admovebat. Caeterum nullum locum dolentem indicabat. Deglutire neutiquam poterat. Cubare quocunque modo vellet non prohibebatur, quamvis libentius paulo erectior jacebat. Motus cordis haud insolitus erat, sed vibrabant insigniter carotides, oscillabantque jugulares. Medicus ordinarius aegroti mihi narravit, aegrum ab adolescentia libidini et ebrietati se dedisse, syphilide pluries infectum sed nunquam perfecte sanatum fuisse, modo muneris, quo fungebatur, necessitate, nimis diu sedere coactum, modo vacantem officio vena-

contrarium prorsus errorem commiserint 7), — attamen vix confusionem istiusmodi morborum [illegible] amplius

tioni intentus corpus vehementius agitare solitum esse, quodam die Januarii 1820. taphia plus quam solitus erat calefactum venatum ivisse, unde redux defatigatus, tussire, raucitatem experiri; dolorem superiore in parte sterni, ac dyspnoeam, praecipue sub ascensu scalarum pati coepit, hisce omnibus neglectis ac plures per menses nulla cura adhibita, mala sensim invaluisse, donec hesterna die in statum praesentem incidisset. Putavi aegrum laborasse phthisi tracheali, cui nunc *croup* supervenerat. A venae sectione, hirudinibus, calomel et digitali, mala mitigata sunt, ast duabus inde elapsis hebdomadis audivi aegrum a novo paroxysmo correptum fuisse, qui paroxysmus iterum profligatur tertia autem vice rediturus, sub summis angustiis, capite supino, collo protracto, oculis micantibus, ex orbitisque protrusis, brachiis vigentibus anteriora versus extensis, manu conglobata, ore aperto, vitae finem imposuit. *Secto cadavere* aneurysma spurium arcus aortae detexerunt. Saccus aneurysmaticus, magnitudinis ovi gallinacei, parieti anteriori tracheae accretus erat. Cartilagines annulares tracheae penultimae quinque emollitae et a tumore ad faciem usque posteriorem arteriae asperae propulsae conspiciebantur. Interna superficies tracheae in loco sacco aneurysmatico respondente violaceum colorem habebat. Aneurysma simul nervum recurrentem lateris sinistri comprimebat. Cor et pulmones sani.

7) Bayle, Moutard aliique phthisin trachealem pro aneurysmate aortae habuerant. v. Cayol *Recherches sur la phthisie trachiale. Paris* 1810.

amplius exspectandam esse existimamus, dummodo diagnosis non ex solis symptomatibus provectioris morbi 8), sed simul, et maxime quidem, ex initio et ex curriculo aegritudinis instituatur.

Distinctio a phthisi pulmonali.

10. Longe autem difficilior est distinctio *aneurysmatis aortae a phthisi pulmonali.* Vidimus enim illum morbum, macie corporis, febriculâ hecticâ, tussi, haemoptoe, sputis copiosissimis puriformibus 9), decubitu denegato, verbo omnibus phthiseos pulmonalis symptomatibus insignitum. Ast diversum plane erat morbi initium et

8) Utrum trachea ab externo tumore, utrum ab interno ulcere irritetur; signa hujus irritationis sat similia sunt, vixque signum diagnosticum, quod unum ab altero statu distingueret, expectandum est. Hujus rei memores sunto lectores operis clar. Sachse: *Beytrag z. genauen Kenntnifs u. Unterscheidung d. Kehlkopfs - und Luftröhrenschwindsucht. Hannov.* 1821. (Etiam sub titulo singulari: *Ideen z. Diagnostik, angefangen v.* Ernst Wichmann, *fortgesetzt v.* Wilh. Sachse). Quodsi hoc opus, dum tractatum meum de phthisi tracheali conscripseram, cognovissem; dixissem: cl. auctorem distinctionem inter phthisin laryngeam et phthisin trachealem nimis magni fecisse, — illum potius ulcera syphilitica asperae arteriae, quam veram phthisin descripsisse, — sternutationem neutiquam ad symptomata essentialia phthiseos laryngeae spectare etc.

9) Erravit sane Hodgson (l. c. p. 136.) ubi contendit, aneurysmata aortae descendentis dumtaxat sputis tenuibus et spumosis insigniri.

et curriculum. Paroxysmi enim suffocationis, cum interjectis intervallis plus minusve liberis, quales rarissime in phthisi pulmonali (nisi admodum provecta) observari solent, aneurysmatis aortae suspicionem, a sectionibus cadaverum confirmatam, sustinebant [10]).

Z 2 11. Plus

10) *Observatio I.* (Ex opere: *Dziennik medycyny, chirurgii, i Farmacyi. Wilno.* p. 77. *Postrzezenie przez doktora* MIANOWSKIEGO). Vir quinquaginta annorum, literis incumbens, simulque liquoribus fermentatis haud parcens, a juventute affectionibus rheumaticis obnoxius, pulsum a temporibus immemorabilibus in utroque carpo admodum irregularem exhibuit. A nonnullis porro annis de pectoris dolore ad scapulam sinistram extenso conquerebatur. Quibus malis mense Octobri a. 1820. tussis, notis catarrhalibus insignita, ast consuetis auxiliis rebellis, supervenit. Die 14. Novembris, dum juxta consuetudinem alvum deposuerat, a respirationis summa difficultate, sudorem eliciente, ac per quartam horae partem perdurante, correptus est. Rediit similis paroxysmus postridie sub eadem rerum positione, ac dein toties quoties vel alvum, vel urinam deponeret, vel gressus in cubiculo institueret, vel sederet. Enim vero decubitus dumtaxat supinus concessus erat. Paroxysmi, quo crebrius redibant eo longiores, ad horam scilicet protracti, eoque fortiores erant, videlicet cum corporis livore, sudore frigido, aphonia, suspensione functionum animi, praecipue memoriae et inspiratione adeo sonora, ut ea in tertio cubiculo audiri potuerit. Sub tali paroxysmo pulsus regularis evadebat, ast interdum adeo parvus et frequens ut aeger in agone constitutus videretur. Tussis versus finem pa-

Distinctio a vitiis venae azygae.

11. Plus vice simplici ibi primo intuitu [illegible] aneu-

roxysmi comparebat, item ructus copiosi. Sub illa nonnunquam tantam *materiae puriformis* copiam rejiciebat, ut tres quatuor disci replerentur. Nemo hinc medicorum dubitabat, praeter aneurysma aortae et phthisin pulmonalem adesse. Verum demortuo aegro die 8. Decembris, sectoque cadavere, pulmones sine vomica, sine tuberculis, et, si excipias quandam illorum cum pleura et diaphragmate adhaesionem, plane normales detecti sunt. Et cor erat rite constitutum. Arcus vero aortae aneurysma trium pollicum amplitudinis exhibuit. *Observatio II.* Pasławski de quo supra mentionem injeci (§. LXII. N. 3 (68)) mense Majo 1820, consilium meum expetendi gratia Vilnam petiit. Conquerebatur dumtaxat de ciborum desiderio deleto, et de agrypnia. Habitus cachecticus, lienosus, graviorem morbum indicabat. Nihilominus, praeter allata mala, nil nisi quandam hypochondrii dextri tensionem, detegere potueram. Aegro parum post abituro, interea usum seri lactis cum succo herbae urticae proposui. Rediit ipse post duos menses, morbo potius aucto quam imminuto. Conquerebatur nempe de dolore columnae vertebralis inter scapulas, de pulsatione interna regionis epigastricae (a me non percipienda) et de impotentia gressus versus ventum instituendi. Circa caussas morbi sedulo inquirens, aegrum quondam cum equo humum cedisse, pectus allidisse, saepiusque affectionibus rheumaticis obnoxium fuisse, expiscatus sum. De aneurysmate aortae nunc suscipionem alendo, ad diagnosin confirmandam, aegroto proposui ut Vilnae maneret utque simul aliorum medicorum consilium audiret. Promisit se post sex hebdomadas rediturum fore. — Rediit valde

aneurysma arteriae aortae suspicati sumus, ubi tamen, re propius perspecta, nil nisi affectionem haemorrhoidalem deteximus. Nonne hac sub rerum positione *vitium venae azygae* accusandum erat? Hac saltem in vena saepe caussae, quae reditum sanguinis ad cor impediunt, locatae sunt [11]).

12. Do-

emaciatus, cum febricula pomeridiana, sudoribus nocturnis, tussi, sputis permultis, puriformibus, interdum sanguine tinctis, decubitu in latera vix concesso (malebat sedere). Aeger adhuc de sensu pulsationis internae, ex regione epigastrica ad pectus propagatae, querelas agebat; ast thorace denudato et scrupulose exanimato, nullum pulsationis vestigium detegere poteram. Pulsus a debito rhythmo haud recedebat. — Convocatis et aliis medicis in consilium, morbus pro phthisi pulmonali conclamata declaratus est, cui sententiae et ego subscripsi. Ast cum dein aegrum adhuc per duos menses observassem, ac paroxysmos veluti suffocationis, subsequente iterum levamine conspicuo, vidissem, plusquam unquam suspicio, de aneurysmate aortae, pulmonibus vim inferente, recruduit. Demortuo mense Januario 1821. aegro, familiam ejus, ut sectio cadaveris concederetur, enixe, et, ut ita dicam, genubus flexis, rogavi. Mirabatur alter medicorum, quod aperitionem corporis phthisici tanti facerem momenti. Miratus vero est magis adhuc, cum per cadaveris sectionem palam fieret, pulmones sanissimos fuisse, sed aortam descendentem aneurysma spurium magnitudinis pugni exhibuisse.

11) Testa Op. c. p. 56. Cfr. quae de vena azyga in

Distinctio a morbis columnae vertebralis et renum.

12. Dolor, quem aneurysma aortae descendentis circa columnam vertebralem excitare solet, ut sedes morbi hic quaeratur, malumque pro *rhachialgia* [12]), aut pro *lumbagine* [13]), declaretur, efficere potest. Nec desiderantur exempla confusionis aneurysmatis aortae descendentis cum *morbis renum* [14]). Errores hujusmodi dumtaxat per diuturnam aegrorum observationem, habitaque ratione partium ex columna vertebrali nervos accipientium et lotii conditionis, evitari queunt.

Monitum.

13. Sicuti morbis organicis cordis interdum *inflammatio* ejusdem visceris superaccedit, ita et *aneurysmati aortae*. Vidimus saltem aegros hoc morbo detentos, qui derepente in febrem inflammatoriam incidebant, qua vigente symptomata aneurysmatis decuplo augebantur, donec venae sectio turbas debellaret, morbumque ad pristinum statum reduceret [15]).

§. LXVI.

P. II. Vol. I. Sect. 2. Cap. I. §. III. N. 2. et passim in curriculo hujus libri monui.

12) Suspicor me hunc errorem in historia morbi in P. II. Vol. I. Sect. 1. Cap. II. §. VII. (89) tradita, commisisse.

13) Sandifort junior, *arteriam iliacam internam* aneurysmate detentam invenit. Aeger de maximis lumborum doloribus conquestus erat, qui pro effectu *ischiadis nervosae* habebantur. (Tabul. anatom. Lugd. Bat. 1801. Fasc. I. Tab. I. et II.).

14) Kreysig op. c. 3. *Th.* p. 176.

15) Tale memorabile exemplum in viro clinici Vilneus.

§. LXVI.

P r o g n o s i s.

1. Aneurysma a natura sanari potest: 1° ope separationis tumoris per gangraenam, ortam a distentione et inflammatione partis affectae [16]; 2° ope obliterationis portionis superioris et inferioris arteriae cum tumore communicantis, per fortuitam compressionem externam [17]; — et 3° ope depositionis fibrinae sanguinis in saccum aneurysmaticum et in arteriam ad illum ducentem, per obliterationem internam [18]; quibus singu- Sanatio spontanea.

mense Martio 1823. habui. Vidi aliud eodem tempore in praxi mea privata, scilicet viri viginti occo annorum, qui mihi jam a duobus annis de aneurysmate aortae suspectus erat, qui vero supervenientibus *morbillis*, cuncta morbi illius chronici signa tam clare exhibuit, ut suspicio aneurysmatis fere in certitudinem mutata sit.

16) Severinus de abscessuum recondita natura. p. 173. Edit. Francf. 1643. — Wiseman in *chirurgic. Treat.* p. 73. — Wilson in *Transact. of a society for improvement of med. Knowl.* Vol. 2. p. 268. — Hodgson l. c. p. 147. Obs. 19. (in arteria iliaca). Obs. 20. (in arteria poplitea).

17) Everard Home in *Transact. of a society for improvement of med. Knowl. Vol. I.* p. 139. — Scarpa op. c. *über Pulsadergeschwülste* p. 136. Hodgson l. c. p. 151. Obs. 2. (in arteria femorali, aegro tamen demortuo).

18) Desault in *Journal de méd. T. LXXI.* p. 430. (in poplitea), — Petit in *Mém. de l'acad. R. des scien-*

singulis in casibus arteriae collaterales, dilatatae per anastomosin, vices arteriae, aneurysmate detentae, agunt [19]). Eodem pacto natura succurrit, dum arteriae aut a tumoribus externis comprimuntur [20]), aut angustatae sunt [21]), aut obliteratae [22]).

2. Aneu-

ces de *Paris.* a. 1765. (in carotide dextra); — BAILLIE *Trans. of a societ. for improvement of med. Knowl. Vol. I.* p. 119. (in carotide dextra); — FORD in *Lond. med. Journ. Vol.* 9. (in poplitea); — FOUBERT *Mém. de l'acad. R. de chirurgie. T. II.* p. 585.; — SAVIARD *Journal des sçavans. a.* 1691.; — GUATTANI l. c. hist. 4. p. 16. Tab I. fig. 2. (in poplitea); — HODGSON l. c. p. 162. Obs. 23—26.; — FREER *Obs. on aneurysm.* p. 107.; — PELLETAN *clinique chirurgicale. T. I.* p. 115.; — ABERNETHY *Surgic. obs. on aneurysm.* p. 252.

19) De hoc argumento et cura aneurysmatum per ligaturam lege: JONES *on haemorrhage. Chap.* 4. *Sect.* 1. *Exper.* 11. 12. 14. — ASTLEY COOPER l. c. — WHITE *Cases in surgery.* p. 139. *Tab.* 7. — PELLETAN l. c. p. 127. — SCARPA l. c. — HODGSON l. c. p. 286.

20) STENZEL de steatomatibus aortae. Vitemb. 1723. (Quamvis duo steatomata aortam sub arcu ita comprimuerint ut lumen illius arteriae fere evanuerit; attamen aeger adspectum hominis sani prae se ferebat).

21) MECKEL in *Mém. de l'acad. R. de Berlin* 1756. *Obs.* 17. 18. (Angustatio maxima aortae sub arcu, quin signa adfuissent, quod viscera abdominalia debita sanguinis copiâ orbata sint). Cfr. STOERK Ann. med. II. p. 171.

22) SEVERINUS l. c. p. 280. — PORIS v. DESAULT

2. Aneurysmata *externa* haud raro artis ope sanationem admittunt [23]). De sanatione aneurysmatum *internorum* solum suspicari licet. Praeterea memores esse juvabit, posse illorum symptomata ita intermittere [24]), aut formam mutare [25]), ut habeantur pro sanatis. Caeterum longaevitati ipsum aortae aneurysma non semper obstat, inprimis si per debitum regimen debitamque curam progressibus morbi frenum injiciatur [26]). Sanatio artificialis.

3. Aneurysmata saepius rumpuntur, in partibus internis, lethali cum eventu. Ruptura aneurysmatis aortae per loca indicata [27]) contingit, modo sponte, deambulando [28]), inter pocula et jocos [29]), Ruptura.

Journ. de chir. T. 2. p. 107. — Hodgson l. c. p. 300. et p. 156. Obs. 22. p. 170. Obs. 26.

23) Legi meretur enumeratio aegrorum ab Astley Cooper sanatorum apud Burns l. c. p. 263.

24) Lombardini l. c. p. 75.

25) Aneurysma aortae, dum crescit, sedem quodammodo mutat, mutantur itaque et symptomata a compressione partium vicinarum orta. Cfr. Hodgson l. c. p. 169. Obs. 25.

26) Divites vitam commodam ducentes longe diutius quam pauperes, ad graves labores damnati, aneurysmata aortae sustinent. Cfr. Burns p. 286.

27) §. LXIII. N. 2 (26—49).

28) Plurima exempla hominum ex ruptura aneurysmatum aortae in plateis demortuorum Ticini, Viennae et Vilnae collegi. Vulgus illos ex apoplexia periisse credebat.

jocos [29]), sub graviditate [30]), noctu [31]); modo sub nisu in alvo deponenda, ponderibus elevandis, maxime autem sub coitu [32]). Nisi aeger extemplo moriatur [33]), interitum angustiae summae, ad horam unam alteramve protractae, praecedunt [34]).

Alii interitus modi.

4. Aneurysmata aortae, nisi per rupturam vitae finem imponant, interficiunt aegros per suffocationem [35]), apoplexiam [36]), convulsiones, paraly-

29) Matanus l. c. — Burns l. c. p. 272.

30) Burns l. c. p. 273—276.

31) Morgagni Epist. XVIII. 17.

32) Morgagni Epist. XXVI. 13. — Bichat l. c. p. 341.

33) Frequentissime inopinate ii moriuntur, quibus saccus aneurysmaticus in pericardium rumpitur (Burns l. c. p. 272.).

34) Desperabunda sese jactabat et volutabat aegra per unius horae curriculum, in qua Vilnae 1819 aneurysma aortae ascendentis inveni. Maximae angustiae obveniunt quo propius cordi aneurysma aortae est (Burns l. c. p. 281.). Aegra Burns sensum frigoris et ligaturae circa cor experiebatur (l. c. p. 255.).

35) Burns l. c. p. 292. (ex compressione tracheae) et p. 272., ubi ait: „*Es ist jedoch, wie ich in zwey Fällen gesehen habe, nicht immer nöthig, dafs die Geschwulst zerreifse, damit der Tod augenblicklich folge.*“ Cfr. Caillot l. c.

36) Vertiginosas et apoplecticas affectiones in cordis et praecordiorum vitiis haud esse insolitas jam Albertinus (l. c. p. 385.) animadvertit.

paralysin [37]), gangraenam [38]), hydropem [39]), tussim [40]), vix autem per dolores [41]) et debilitatem [42]).

5. Quamvis paroxysmi, quibus aegroti aneurysmate aortae laborantes subjici solent, vix unquam sine mortis periculo obveniant, attamen illis interdum quid boni tribuendum est. Vidimus saltem aegrotos hujuscemodi, qui, dum diu solitos paroxysmos perpessi non erant, parum urinae reddebant ideoque periculum hydropis incurrebant, qui vero, perpesso iterum paroxysmo, de novo mingere incipiebant. Monitum.

§. LXVII.

37) Boerhaave *Patholog. Betracht. d. Herzens* l. c.

38) Lauth l. c. praefat. p. XV.

39) De hydrope aneurysmatis praecordiorum socio pulchre loquitur Albertini l. c. p. 304. Saepe illum observavi.

40) A. 1820. ad sacerdotem quinquaginta circiter annonorum vocatus sum. Inveni illum diuturnâ obstructione hepatis, symptomatibus vix dubiis aneurysmatis aortae, et febre catarrhali nuper acquisitâ, laborantem. Morbis chronicis pacem nunc concedendo, dumtaxat curam morbi acuti incepi, non neglecta, cum aeger fuerit robustus et floridus, venae sectione. Redux postridie lectum vacuum inveni. Quaesivi a fratre; ubi nam est aeger? Respondit polonice *nie ma* (deest). Credidi illum ad alvum deponendam exiisse. Ast minime. Mortuus erat sub *tussis insultu*. Sectio cadaveris non fuit concessa.

41) Lauth l. c.

42) Lauth l. c.

§. LXVII.

Cura.

A. externi. 1. Curam aneurysmatis *externi* chirurgis relinquimus cum monitu, ne parti affectae prius manum admoveant, quam sese certiores reddiderant, simul aneurysma aliquod internum non latere [43]).

A. interni. 2. In aneurysmate *interno* praecipue *aortae* curando, scopo ulteriorem morbi evolutionem praepediendi, passiones aegrorum imminuendi atque vitam protrahendi, praecepta a HIPPOCRATE [44]), VALSALVA [45]), ALBERTINI [46]), LANCISI [47]), GUATTANI [48]), indicata, a SABBATIER [49]), et PELLETAN [50]) confirmata, et a HODGSON [51]) aliisque

43) *Lond. med. Review Vol.* 2. p. 420. et BURNS l. c. p. 261. (Memorabilis ASTLEYI COOPERI casus exponitur, utpote qui vix operationem aneurysmatis arteriae popliteae inceperat, cum aeger jam sub cultri applicatione obierit. Secto cadavere, aneurysma quoque aortae, in pericardium disruptum, detegebatur, cujus signa alia praegressa non erant, praeter pondus in regione epigastrica post pastum et dyspnoea gressus instituendo). Cfr. HODGSON l. c. p. 329.

44) De morbis. Lib. I. C. 10.

45) MORGAGNI Epist. XVIII. 30. 31.

46) l. c.

47) Op. c. Lib. II. Cap. 21. Propos. 24. 27. 33.

48) l. c. p. 107.

49) *Médecine opératoire. T. I.* p. 364.

50) l. c.

51) l. c. p. 190.

que locupletata, sequimur. Loquimur 1° de debito *regimine diaetetico*[52]) victu scilicet tenui, potu aqueo, nisi tussis obstet, frigido[53]), quiete corporis et animi summa; — 2° de *venae sectionibus*, quas semel bisve de mense ad uncias tres aut quatuor[54]) e brachio sinistro[55]), nisi ingruens hydrops inde augeatur, instituimus; 3° de *nitrate potassae* cum *emulsione ex seminibus hyoscyami nigri* parata; — 4° de *foliis digitalis purpu-*

52) Cap. XI. §. XLV. N. 2.

53) A *glacie condita* aegri magnum levamen experiri solent, inprimis si deglutitio impedita sit. *Glacies* et extus super aneurysma imponebatur (Guérin in *Recueil de la soc. de santé à Paris.* N. 3.); ast vehementes ex eo oriri solent dolores testante Hodgson l. c. p. 213.

54) Suadent quidem Valsalva, Pelletan aliique venae sectiones adeo copiosas et repetitas, ut aeger vix amplius vires ad brachium in lecto elevandum necessarias retineat; ast cum maluerim potius aneurysma, quam meam medendi methodum, pro mortis caussa agnoscere, nunquam talia tentamina institui. Nec commendant illa Morgagni Epist. XVII. 32. — Testa op. c. p. 74. 76. — Hodgson l. c. p. 209. — Venae sectione amplius non indicatâ *hirudines* thoraci admoveri possunt; *nunquam* vero *cucurbitulae scarificantes* quippe quae periculosam efficere possent revulsionem.

55) Expertus sum quod talis phlebotomia longe plus levaminis afferre soleat, quam si sanguis ex brachio dextro aut ex pedibus mitteretur.

purpureae [56]); — 5° de *alumine* [57]) et *elixirio acido* HALLERI (nisi tussis id vetat); 6° de *aqua pruni laurocerasi* (praecipue sub paroxysmo); — 7° de *saccharo saturni* [58]), et 8° de *fonticulis* (si arthritis aut impetigo fugata lateant). Ne aeger solus derelinquatur, curandum. Curandum quoque ut hydropis ingressus, quoadusque fieri licet, impediatur [59]).

CAPUT

56) HODGSON (l. c. p. 210.) etiam adhibet, interpositis tamen intervallis.

57) *Serum lactis aluminosum* praescribitur a KREYSIG v. not. ad opus HODGSON l. c. p. 212. Antepono formam pulveris aluminis, cum serum lactis saepe flatus aliunde molestos adaugeat.

58) A grano uno ad grano duo de die. Non sine levamine, illi a digitali producto sal simile, adhibeo.

59) Cap. XI. §. XLV. 8.

CAPUT XVII.

De motibus cordis et arteriarum, vitia illarum partium organica simulantibus.

§. LXVIII.

Introductio. Definitiones. Literatura.

1. Quemadmodum vitia organica cordis et arteriarum sine partium illarum motibus abnormibus exstare possunt, sic hi motus sine illis vitiis. Introductio.

2. Loquimur praesertim de cordis et arteriarum *morbosa pulsatione* [1]) (impetuosa scilicet et molesta systole et diastole), *palpitatione* [2]) (motu videlicet irregulari et interrupto) et *tremore* (trepidatione nimirum systolen et diastolen imperfecte simulante). Definitiones.

3. Quibus in vitiis describendis insudarunt GALENUS [3]), LOWERUS [4]), MAYOWIUS [5]), WILLISIUS [6]), Literatura.

1) KREYSIG l. c. 1. *Th.* p. 289.

2) Cardiopalmus SWEDIAUERI a Gr. Καρδία, cor, et Παλμός palpitatio.

3) De loc. affect. Lib. V. C. 2.

4) Tractatus de corde. p. 132.

5) De motu musculorum. p. 95.

sius [6]), Villanova [7]), Langius [8]), Calani [9]), Freytagius [10]), Sanchezius [11]), Stymmelius [12]), Schillingius [13]), Pissinius [14]), Rusius [15]), Pfendlerus [16]), Sennertus [17]), Crocius [18]), Nicolavius [19]); Schlegelius [20]), Bergenus [21]), Walnerus [22]), Conringius [23]), Metzgerus [24]), Friedius [25]), Sebizius [26]), Bulgetius [27]), Schenkius [28]),

6) Pharm. Rat. P. I. p. 260.

7) Opp. Tract. de tremore cordis.

8) Opp. Epist. L. I. N. 22. L. III. N. 2. Diss. de palpitatione cordis.

9) Commentarius in Galenum de cordis tremore. Lugd. Bat. 1538.

10) Diss. de palpitatione cordis. Bas. 1585.

11) De palpitatione cordis. Hispal. 1594.

12) Diss. de palpitatione cordis. Fr. 1596.

13) De cordis palpitatione cognoscenda et curanda. L. II. Fr. 1609.

14) Diss. περὶ τοῦ τῆς καρδίας παλμοῦ. Basil. 1598.

15) Diss. de palpitatione cordis. Basil. 1609.

16) Diss. de cordis palpitatione. Basil. 1616.

17) Diss. de cordis palpitatione. Witteb. 1618.

18) Quaest. med. de palpitationis cordis natura et curatione. Marb. 1622.

19) Diss. de palpitatione cordis. Lugd. Bat. 1622.

20) Diss. de palpitatione cordis. Jen. 1639.

21) Diss. de palpitatione cordis. Francof. 1640.

22) Diss. de palpitatione cordis. Lugd. Bat. 1642.

23) Diss. de palpitatione cordis. Helmst. 1643.

24) Diss. de palpitatione cordis. Argent. 1651.

25) Diss. de cordis palpitatione. Argent. 1710.

26) Diss. de palpitatione cordis. Argent. 1657.

27) De affectionibus cordis. Patav. 1657.

kius[28]), Biscopius[29]), Louvainus[30]), Sylvius[31]), Crausius[32]), Wedelius[33]), Ayrerus[34]), Ammannus[35]), Camerarius[36]), Leichnerus[37]), Tackius[38]), Felsius[39]), Zanderus[40]), Tryonus[41]), Camutius[42]), Rivinus[43]), Bugellaus[44]), Hoffmannus[45]), De Lillius[46]), Millierus[47]), Herdlamus[48]), Duncanus[49]), Heringius[50]), Schmidt-

28) Diss. de palpitatione cordis. Jenae 1662.

29) Diss. de motu cordis et palpitatione ejus. Lugd. Bat. 1662.

30) Diss. de palpitatione cordis. Leid. 1616.

31) Diss. de palpitatione cordis. Leid. 1667.

32) Diss. de palpitatione cordis. Jen. 1672.

33) Diss. Aeger palpitatione cordis laborans. Jen. 1674.

34) Diss. de palpitatione cordis. Altd. 1678.

35) Diss. de palpitatione cordis. Lips. 1680.

36) Diss. de palpitatione cordis. Tub. 1681.

37) Diss. de cordis palpitatione. Erf. 1686.

38) Diss. juvenis palpitatione cordis laborans. Giess. 1687.

39) Diss. de palpitatione cordis. Basil. 1694.

40) Diss. de palpitatione cordis. Leid. 1694.

41) Diss. de palpitatione cordis. Ultr. 1695.

42) Excussio brevis praecipui morbi, nempe cordis palpitationis.

43) Diss. de cordis palpitatione. Lips. 1710.

44) Diss. Theses medicae de palmo. Pragae 1710.

45) Diss. de palpitatione cordis. Hal. 1719.

46) Tr. de palpitatione cordis. Zwollae 1755.

47) Diss. de palpitatione cordis. Lugd. Bat. 1756.

48) Dissertat. de palpit. cordis. Edinb. 1800.

49) Diss. de palpitatione. Edinb. 1803.

50) Diss. de palpitatione cordis. Viteb. 1806.

Schmidtmüllerus [51]), Wolffius [52]), Laennecius [53]) et Lockius *). De morbis autem cordis et arteriarum vitia organica simulantibus speciatim Hufeland **) et Muhrbeck ***) disseruerunt.

§. LXIX.

Symptomata. Autopsiae cadaverum.

Symptomata. 1. Imminentes pulsationes, palpitationes et tremores cordis saepius subita pulsus mutatio, insolita et repentina spirandi difficultas, summa praecordiorum anxietas, obnubilatio capitis et sensuum praecedunt; nec non quandoque auram quandam ex inferioribus ad cordis regionem adscendentem ipsi aegri sentiunt. Verum et persaepe motus illi vitiati cordis nullo praeeunte indicio periodice, noctu, interdiu ingruunt. Manifestantur a querelis aegrorum, a tactu, manum sinistrae admovendo mamillae, non raro a visu et auditu. Socia illis esse possunt, quotquot morborum cordis et arteriarum hucusque descripsimus symptomata. Saepissime caput dolore, vertigine auriumque tinnitu laborat. Pulsant

51) Diss. de palpitatione cordis. Vit. 1808.

52) Hufeland's *Journal.* 18. *B.* 1. *St.* p. 82.

53) Op. c. Vol. I. p. 195.

*) Diss. de cordis palpitatione. Edinb. 1821.

**) *Herzkrankheiten nicht im Herzen.* v. ejusdem *Journ. der pr. Heilk.* 1822. *Januar.*

***) v. Hufeland's *Journal* 1823. *August.* p. 19.

sant plerumque carotides, oscillant jugulares. Somnus praevio interdum incubo [54]) saepe ab insomniis terrificis interrumpitur. Vires languent imminentque lipothymiae. Extremitates vicissim algent urentque. Pectus dolet, respiratio difficilis evadit et anxia. Dolet haud raro epigastrium et pulsat, hypochondria tenduntur, flatus eructantur, intestinaque cum rumore percurrunt, artus excruciantur, tremunt. Pulsus percipitur parvus, frequens, inaequalis, intermittens, plenus, fortis. Ipsi motus cordis peccare possunt relate 1° ad vim pulsationis 2° ad extensionem loci pulsantis, 3° ad rumorem pulsationem comitantem et 4° ad rhythmum qua contractiones succedunt [55]).

2. Cadavera hominum sic laborantium quandoque nullum vitium cordis vel arteriarum exhibent [56]). Saepe inveniuntur morbi ventriculi [57]), intestinorum [58]), hepatis [59]) et lienis [60]). Autopsiae cadaverum.

 §. LXX.

54) Senac l. c. §. 10.

55) Laennec l. c. p. 196. (Stethoscopium auctoris ad hujusmodi cordis motus propius dignoscendos inservire vix dubito).

56) Legi de hoc argumento merentur Morgagni op. c. Ep. XXIII. 2. Loquitur enim de tali pulsatione cordis ut thorax sub quovis ictu elevari videretur; secto tamen cadavere omnia viscera sana reperta fuere.

57) Hufeland *Journal d. pr. Heilk.* 5. *B.* p. 821. (ventriculus quasi bifariam divisus).

58) Camerarius Diss. de anatome hydropicae cum scholiis. Tub. 1691. Duchateau in *Journ. de méd.*,

§. LXX.

C a u s s a e.

C. praedisponentes. 1. *Praedisponunt* ad motus vitiatos cordis et arteriarum vitium haereditarium [61]), aetas infantilis, sexus sequior, temperamentum sensile et sanguineum, et tempus vernale [62]).

C. excitantes. 2. *Excitant* pulsationem, palpitationem et tremorem cordis: animi pathemata videlicet amor [63]), moeror [64]), metus [65]), terror [66]), ira [67]),

chirurg. et pharmacie 1815. *Sept.* p. 61. (Omnia signa dilatationis cordis aderant; attamen nil morbosi in cavitate pectoris detectum est, sed gangraena intestini colon).

59) Brera v. supra. Cap. XI. §. XLIV. (19).

60) Grüling Cent. III. Obs. 66.

61) Sylvaticus Cent. IV. et Consil. 38. — Moebius Inst. Lib. II. Part. 2. C. 4. p. 156. — Vicat delectus Obs. pr. N. 23.

62) De palpitatione cordis quotannis verno tempore redeunte testatur jam Galenus l. c.

63) Curavi Vilnae per triennium virginem mihi ob terribilem eamque continuam pectoris pulsationem de aneurysmate praecordiorum suspectam; crisi per optatum cum juvene matrimonium factâ. Similem historiam enarrat Testa (l. c. p. 114.) et quivis medicorum in propria diuturna praxi inveniet.

64) Forestus Lib. XVII. Obs. 8. Senac l. c. p. 487.

65) Forestus l. c. Obs. 5. (pestis).

66) Riverius Obs. med. Cent. IV. (naufragii causa). Hoffmann Opp. T. III. de palpitatione cordis. Obs. 3.

ira [67]), anxia exspectatio [68]), imaginatio [69]), idiosyncrasia [70]), electricitas [71]), venena narcotica,

67) Timaeus a Guldenklee Lib. II. Cas. med. 16. Gabelschoverus Cent. IV. Cur. 84. Senac l. c. p. 486.

68) Verno a. 1820. pro filia comitis Ch. monasterium Visitationis Vilnense habitante in consilium vocatus sum. Laborabat illa jam a tribus mensibus conspicua cordis palpitatione, cum pulsu irregulari, anxietate, jactatione, dyspnoea, decubitu impedito et lipothymiis. Suspicio vitii organici praecordiorum eo probabilior erat, cum aegra hyeme praecedente morbum acutum pectoris perpessa fuerit. Verumtamen omnium malorum caussa erat *anxia exspectatio*, num pater ejus, Volhyniae incola, ut monacha ipsa fiat, concessurus sit nec ne. Vix enim nuntio consensus paterno accepto et monachali vesta induta, sana evasit.

69) Dum Pater meus Ticini tractatum de morbis cordis et vasorum majorum pro praelectionibus suis elaboraverat, adeo in cordis palpitationem cum pulsu intermittente incidit, ut de aneurysmate praecordiorum illi vix dubium esset. Terminato vero labore illo ingrato, ac instituto itinere, indicata mala, *imaginationis laesae effectus* (nam vitae sedentariae et applicationi mentis aliunde adsuetus erat), evanuerant. Raro mihi acciderat tractatum de morbis cordis tradere, quin unus alterve discipulorum, palpitationes pectoris et pulsum intermittentem non experiretur, tempore vacationum disparituras.

70) e. c. odor rosae, praesentia felis in cubiculo.

71) Duas matronas ipse novi, quae tempestatem cum tonitru nychthemero ante illius adventum ex palpita-

tica, ut hyoscyamus niger et conium maculatum [73]), maxime digitalis purpurea [74]), somnus pomeridianus [75]), cofea [76]), liquores fermentati [77]), esus cinnamomi [78]), fragariae vescae [79]), lentium [80]),

tione cordis, sudore universali et sensu lipothymiae praesagiunt.

73) Curavi quondam foeminam nobilissimam abscessu mammae laborantem. Cum dolores intolerabiles essent, cataplasmati emollienti loco affecto imponendo pauxillum herbae hyoscyami nigri addidi. Noctu sequenti advocor derepente, ac aegram ex una in alteram lipothymiam incidentem, cum pulsu irregulari et cordis palpitatione maxima invenio. Caussam cum illico divinaverim, cataplasma rejicere, aegram in alterum cubiculum transferri jussi, quo facto pax restituta est. — Simile exemplum Fr. Hoffmann (l. c. Obs. 8.) de conio maculato mammis applicito narrat.

74) Jam aliquoties contigit aegras vidisse, prius ab aliis medicis, me inscio, ope digitalis curatos, qui aegri, cum pulsum valdopere intermittentem et irregularem exhiberent, primo intuitu de morbis praecordiorum mihi suspecti erant.

75) Forestus l. c. et quotidiana experientia.

76) P. II. Vol. I. Sect. 2. Cap. XIV. §. LXXI. N. 2. (37).

77) Tempore systematis Brunonis, dum vinum hominibus illi haud adsuetis porrigebatur, palpitationes cordis inde saepius obveniebant.

78) Eph. Nat. Cur. Dec. I. A. 3. Obs. 134. Moebius in instit. L. II. P. 2. A. 4. p. 157.

79) Filius meus adoptivus Victor (puer magnae spei, propria mihi carior vita, die 19. Junii V. St. A. 1819. Polociae in convictu *Jesuitarum* ex hydrope scarla-

tium [80]), pomorum [81]), saburrae [82]), bilis [83]), vermes [84]), flatus [85]), venus [86]), onania [87]), gravidi-

tinae praegressae effectu, decimo aetatis anno, defunctus) quoties *fragariam vescam*, etiamsi pauca in copia comederet, palpitationem cordis sensumque lipothymiae experiebatur.

80) „*Je connais*, inquit SENAC (l. c. §. 5.) *un homme, qui est attaqué des palpitations du coeur dès qu'il mange des lentilles; il ressemble en cela à* MALPIGHI (Epist. I. Ad BORELLI de pulmonibus) *en qui le coeur étoit agité par des battemens violents dès qu'il mangeoit des legumes.*"

81) „SIMON PAULI *rapporte qu'il étoit agité par des palpitations en automne, lorsqu'il mangeoit des pommes crues.*" SENAC l. c.

82) *Journal de méd. T. XXVII.* p. 342.

83) FERNELIUS apud SENAC l. c. §. 6.

84) BALDINGER *Neues Magazin.* 5. *B.* p. 485. HUFELAND's *Bemerkungen über Blattern* p. 467.

85) FIENUS *de flatibus.* C. 18. TEN RHYNE febris cardiaca et palpitatio cordis ex flatibus. v. HALLER Biblioth. med. pract. Vol. III. p. 256. — Atque hic locus quoque est de *aëre in corde et vasis sanguineis contento* mentionem injiciendi. Hoc mirum phaenomenon, ut caussam palpitationis cordis, jam ARISTOTELES (De respirat. C. 20.) suspicatus est. Innititur illi magna ex parte doctrina antiquorum pneumaticorum (GALEN. de different. pulsu. Lib. IV. p. 42.). Confirmatur vero praesentia aëris indicatis in locis ad enorme interdum volumen per sectiones cadaverum a PECHLINIO (Obs. physico-med. p. 155. ed. Hamb. 1691.), a FRID. HOFFMANNO (diss. de hydrope pericardii rarissimo. praes. Hal. 1697.), a RUYSCHIO

viditas [88]), suppressio menstruorum [89]), epistaxeos [90]), haemorrhoidum [91]), herpetis [92]), psorae [93]), ulcera consolidata [94]), cosmetica [95]), et obstacula circuitui sanguinis opposita [96]).

§. LXXI.

(respons. ad epist. probl. 16.), a VALSALVA apud MORGAGNI (Epist. V. 20.), a MORGAGNIO (Epist. LIV. 49.), a TESTA (l. c. p. 120.), qui caeterum prudenter monet, ob id praesentiam illius aëris in homine *vivo* nec dum demonstratam esse. Est illa cae erum probabilis.

86) *Ex veneris ludibriis*; narrante DOLAEO, vir quidam in talem cordis palpitationem incidit, ut nisi receptui cecinisset, suffocatus fuisset. — De cordis palpitatione *ex testium inflammatione*, ZACUTUS LUSITANUS (in hist. med. princip. Lib. VIII. C. 8. Obs. 2.) mentionem injecit.

87) Fere omnes onanitici cordis palpitationi aut tremori subditi sunt.

88) Praecipue ultimis mensibus.

89) Cfr. P. IV. Vol. II. Cap. de Chlorosi et Amenorrhoea.

90) HOFFMANN Opp. T. III. Obs. I.

91) Communissima caussa. v. *Anomalien der Haemorrhoiden* in HUFELAND's *Journ.* 1822. 3. *St. März.*

92) PRESSAVINI *Nouv. traité des vapeurs.* p. 174.

93) OSIANDER *Denkwürdigkeiten.* 2. *B.* p. 146.

94) ZACUTUS LUSITANUS l. c. Obs. 30.

95) BACHER in *Journal de médec. T. LXV.* p. 400. — WENDT in HUFELAND's *Journal.* 5. *B.* p. 382.

96) e. c. *tubercula pulmonis.* Cfr. P. II. Vol. II. Sect. 1. Cap. X. §. XLIV. — SENAC l. c. §. 4. — *Merkw. Abh. von Lond.* 1. *B. N.* 4.

§. LXXI.

Diagnosis. Prognosis.

1. Quo junior, quo floridior, quo gracilior, quo sensibilior aeger, quoque certius constat, tales morborum caussas, quales ad vitia organica producenda requiruntur (febres inflammatoriae, rheumaticae, arthritis, violentiae externae, nisus, syphilis), praegressas non esse; eo magis alimur spe, cordis arteriarumque pulsationem, palpitationem et tremorem, non ex illis vitiis, sed aut ex plethora, aut ex sensibilitate morbosa et debilitate aut denique ex affectione viscerum dissitorum ortum ducere [97]). Diagnosis.

2. *Plethoram* tunc ut fontem motuum vitiatorum cordis et arteriarum libenter admittimus; dum aeger juvenis floridus est, dum ille epistaxi aut aliis haemorrhagiis quondam obnoxius erat, dum morbus tempore vernali evolvitur, dum aeger potu liquorum fermentatorum uti solet, dum animi pathemata vehementia praegressa sunt, dum agitur de gravida, dum pulsus vehemens, magnus, oppressus, percipitur, respiratio concitatior est, facies rubet, oculi splendent, caput dolet, ipseque aegrotus sensum plenitudinis percipit; dumque haec mala a motu, a pastu, a calore cubiculi augentur. Plethora.

3. Ex *sensibilitate morbosa, debilitate et cachexia* motus abnormis cordis et arteriarum deri- Sensibilitas morbosa, debilitas et cachexia.

97) Hufeland, Muhrbeck l. c.

derivare inclinamus: si agitur de homine gracili, sensili, juvene, hypochondriaco, scorbutico, convalescente, deque femina hysterica, chlorotica; — si animi pathemata diuturna et recondita locum obtinuerunt; — si pulsus debilis, contractus, creber, extremitates frigidae sunt; — si conspicuae evacuationes praegressae fuerunt, sique aura quaedam ex inferioribus partibus caput petit, et momento citius, in cor incidens, illud convellit.

Affectio viscerum dissitorum.

4. In *visceribus dissitis* hic ad trutinam vocandis, maxime ad *cerebrum et medullam spinalem*, ad *tracheam et pulmones*, ad *ventriculum et intestina*, ad *hepar et lienem*, nec non ad *uterum*, respicere solemus.

Cerebrum et medulla spinalis.

5. Cor enim et arterias, imperio, tum *cerebri* 98) tum *medullae spinalis* 99) non parum subjici,

98) Hic *cerebri cum corde nexus* ad memoriam revocari debet (de quo jam pluries locutus sum in P. II. Vol. I. Sect. 1. C. I. §. III. 27. — C. V. §. XXV. 3. (75). — C. XVIII. §. LXXV 2. (6). — C. XXII. §. XCIV. 2. (80). — C. XXV. §. CVII. 3. (74—80). ac in innumerabilibus praesentis tractatus locis) et de quo pulchre scripserunt Senac op. c. p. 128. 439. — Testa op. c. p. 111. — Kreysig l. c. 1. *Th.* p. 15. 18. 42. 116. 3. *Th.* p. 22. alibique.

99) P. II. Vol. I. Sect. 2. C. I. §. II. 4. Provocavi inprimis ad experimenta Le Gallois, quae ostendunt: quod ex quavis destructione partis cujusdam medullae spinalis quid a cordis vi detrahitur, ita ut hoc viscus ad sanguinem per universum corpus pellendum

jici, patet. Medulla haec a mala vertebrarum conformatione [100]), a plethora [1]) compressa, a rapido corporis incremento et a seminis jactura exhausta [2]), perversos cordis motus saepe excitare, duce experientia [3]) contendimus. At vero cavendum ne dolorem spinae, ab aneurysmate aortae

minus evadat idoneum. Le Gallois experimenta nunc contraindicantur a Treviranо (*Biologie.* 4. *Th. Götting.* 1814. p. 266.), Philipps (*Philosophic. Transact.* 1815. *P. I.* p. 65. *P. II.* p. 224.), Ens (de causa vices cordis alternos producente) et Parry (*an experimental inquiry into the nature, causes and varieties of the arterial pulse. Lond.* 1816. p. 8.); ast observationes ad aegrorum lectos collectae, potius illa experimenta sustinent.

100) P. II. Vol. I. Sect. 2. Cap. II. §. VIII. 3. (41). Obs. 2.

1) ib. Cap. I. §. III. 4. (100).

2) ib. 7.

3) Vindobonensium medicus Dr. Malfatti quondam, aegrum curabat, ob effrenam et diuturnam cordis pulsationem de vitio organico praecordiorum suspectum. Redux ab hoc aegro meditabundus, illi egregius quondam inter Tergestinos medicus Vordoni (Pater) obviam venit, quaerens: quid tibi est amice? Audiens historiam aegroti, Malfattium anxium reddentis, respondit: Ne timeas: applica cucurbitulas scarificantes inter scapulas et aeger tuus sanabitur. Sicque accidit. Nunquam motus perversos cordis curo, quin ad columnam vertebralem respiciam, ac pluries effectus admirandos obtinere licuit.

aortae descendentis ortum, cum affectione medullae spinalis confundamus [4]).

Trachea et pulmones. 6. Sicuti vitia organica in tracheam imperium exercent [5]); ita morbi *tracheae* in aortam vim exercere queunt. Idem de morbis *corporis thyreoïdei* [6]) et *pulmonum* [7]) valet.

Viscera abdominalia. 7. *Viscera abdominalia* saepius caussas *pulsationis abnormis tum pectoris*, tum *ventris* includunt. *Pulsationem regionis epigastricae* *), prae omni alia, pro aneurysmate aortae abdominalis aut arteriae coeliacae imponere posse, Morgagni [8]), Baillie [9]), Albers [10]), Allan Burns [11]), Hodgson [12]), Rubini [13]) et Laennec [14]) jure monuerunt. Ostenderunt nempe pulsationem illam saepe numero a caussis, toto coelo ab aneurysmatibus

4) Cap. XVI. §. LXIII. N. 2.

5) P. II. Vol. II. Sect. I. C. IV. §. XVI. 1.

6) ibid. Cap. VI. § XXV. 2.

7) ibid. Cap. X. §. XLIV. 3.

*) Lego (*Bemerk. auf e. Reise um d. Welt in d. Jahren* 1803 *bis* 1807. *v.* Langsdorf. 2. *B.*) in California morbum (vulgo *Latido*), cujus praecipuum symptoma in perceptione pulsationis in abdomine consistit, regnare.

8) Op. c. Epist. XXIV. 34.

9) *Transact. of the college of Physic. Vol.* 4. p. 271.

10) *Edinb. med. and surg. Journal. Vol.* 3. p. 8.

11) Op. c. p. 301.

12) Op. c. p. 139.

13) V. *Annali universali di Medicina.* 1819. *Giugno.*

14) Op. c. Vol. 2. p. 436.

matibus alienis, oriri, spectant huc 1° flatus ventriculum ita distendentes, ut ille a pulsatione arteriarum subjacentium adversus musculos abdominales prematur; — 2° irritabilitas systematis arteriosi major quam par est, uti apud hystericas et hypochondriacos contingere solet; — 3° obstructiones hepatis et lienis; 4° tumores diaphragmatis, pancreatis, pylori aliisque arteriis et venis insidentes [15]; 5° dilatatio venae cavae, sanguine tunc per contractionem auriculae dextrae in illam regurgitante [16]; et 6° pulmonum parenchyma incrassatum diaphragma deprimens. Quibus singulis in casibus pulsatio citius oritur, magis expansa et undosa est, minusque cum pulsu carporum cohaeret, quam in aneurysmatibus. Caveamus vero ne motus vitiatos cordis et arteriarum ex viscerum abdominalium affectione ibi derivemus, ubi ipsa haec affectio vitiorum organicorum cordis et aortae effectum sistit. Inprimis explosio flatuum (aeque caussa palpitationis cordis in hypochondriacis et hystericis [20]), quam effectus angoris pectoris et aneurysmatum aortae) in errorem ducere solet.

9. Ac-

15) Rubini l. c. (tumor cysticus, elasticus, qui peritonaeum introrsum pellebat, et pulsationem ab arteriis subjacentibus accipiebat).

16) In hominibus haemorrhoidibus obnoxiis, pulsationem regionis epigastricae, profluvium sanguinis ex ano annuntiasse, vidi. Cfr. Kreysig l. c. 2. *Th. Tab.* 3.

20) De vitiis uteri, motuum abnormium cordis caussis,

Complicatio. 9. Accidit interdum ut vitia organica cordis et aortae, quae quatenus exigua, per se oeconomiam animalem vix aut ne vix quidem perturbant, dum fortuito cum aliis recentioribus morbis *complicantur*, maximum tunc excitent tumultum, quem si congruis auxiliis etiam sedare valeres, tamen, ex eo ad absentiam omnis vitii organici cordis et aortae concludendo, valde errares.

Prognosis. 10. Cautissime hinc *prognosis* motuum cordis et arteriarum vitia organica simulantium instituenda erit, idque eo magis, cum partes illae, licet primum dumtaxat per consensum patiantur, nihilominus, passione ista vel diu durante, vel saepius repetitâ (nisi natura plenam crisin per febres [21]), podagram [22]), morbos cutaneos [23]), haemorrhagias aliasque evacuationes obtineat), ocyus serius [24]) in vitia organica transire possint *).

§. LXXII.

lege Forestum l. c. Obs. 6. et Horstium Opp. Vol. III. p. 60.

21) Petit *Essay sur la méd. du coeur* p. 116.

22) Cordis palpitationem ab arthritide solvi posse, inter alias Lancisi (de subitaneis mortibus p. 60.) et Sauvages (Nosol. method. T. I.) indicaverunt.

23) Lancisius l. c. p. 60. (apostema ad podicem).

24) Legitur de palpitatione cordis quinquaginta annos durante, apud Angelum Victorium in Consult. p. 417. Similia narrant Smetius in Miscell. med. C. 10. p. 523. et Schenk L. II. Obs. 24.

*) Rite monet H. James (*medico-chirurgical transact.*

§. LXXII.

C u r a.

1. Itaque, quo citius id fieri possit, morbo, si *ex plethora* veniat, occurrendum est; — 1° *venae sectione* 25) ex brachio sinistro aut potius ex pede 26); 2° *hirudinibus*, pro re nata cranio, lateri thoracis sinistro, vasis haemorrhoidalibus admovendis; 3° *cucurbitulis*, tum *siccis* 27) tum *scarificantibus*, ad cordis regionem 28), maxime vero inter scapulas 29); 4° *nitrate potassae* et *supertartrate potassae;* 5° *acidis vegetabilibus;* — 6° *potu aquae frigidae* 30); Cura morbi ex plethora.

Vol. 8. *P. II. N.* 1817.), multas dilatationes aortae, venae cavae et cordis, ex obstaculis, quae sanguis in circuitu suo in locis dissitis invenerat, ortum ducere.

25) Galenus l. c. (scopo prophylactico in palpitatione periodica. — Liebault Ergo cordis παλμῷ φλεβοτομία. Paris 1580. — Consentiunt Hautermer, Salius Diversus, Van der Wiel, Zacutus Lusitanus, Ballonius, Sylvaticus, Plater, Sylvius, Riverius, Fr. Hoffmannus, Ettmüllerus, Senac (l. c. § 15.) et quotidiana experientia.

26) Dico cum Senac (l. c.): „*J'ai observé que les saignées du pied soulageoient plus promptement.*"

27) „*Quelques praticiens et* Riviere, *les appliquoient sur le thorax sans faire des scarifications, et il comptent beaucoup sur ce secours.*" Senac l. c.

28) Zacutus Lusitanus Prax. admir. L. I. Obs. 133.

29) §. LXXI. 5. (3).

dae[30]); — 7° *balneis pedum tepidiusculis*[31]), *quiete* animi et corporis nec non *diaeta modica.*

C. morbi ex sensibilitate nimia.

2. Motibus abnormibus cordis et arteriarum *ex sensibilitate nimia* totius systematis provenientibus, nil virtutem *emulsionis ex seminibus hyoscyami nigri* et amygdalis paratae[32]), additoque *nitrate potassae* antecellit. Accedit *aqua pruni laurocerasi* aut illa *amygdalarum amararum cohobata*[33]). Quodsi irritatio in *arteriis* praedominaretur, ad *folia digitalis purpureae*[34]) recurrendum. Prosunt tunc quoque *elixir acidum* Halleri[35]) et *alumen purum*[36]). Si irritatio potius in *systemate venoso* vigeret (ut apud haemorrhoidarios fieri solet), ab istis duobus auxiliis abstinendum, et ad *acida vegetabilia*[37]), inprimis ad illa, quae simul alvum leniter movent[39]), confu-

30) Michaelis in Hufeland's *Journal.* 18. *B.* 3. *St.* p. 62. et in Loder's *Journal.* 3. *B.* p. 128.

31) „*Les pieds plongés long-tems dans l'eau, ont souvent calmé les palpitations.*" Senac §. 19.

32) P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. IV. §. XIX. N. 1. (32).

33) a gutt. decem ad viginti pro dosi.

34) tenue infusum, aut pulvis.

35) e. c. scrupulus unus in libra aquae communis, cum syrupo rubi Idaei.

36) R. aluminis puri drachmam semis, solve in aquae fontis libra una, adde syrupi violarum unciam unam.

37) Succus citri, vaccinii oxycoccus, berberis vulgaris (in regionibus septentrionalibus) succus fermentatus betae ciclae, brassicae.

39) Pulpa tamarindorum, cassiae, prunorum.

confugiendum. Feminae hystericae, haud plethoricae, sub ipso palpitationis paroxysmo maxime a liquore *anodyno minerali* HOFFMANN aut a *tinctura castorei*[40]) reficiuntur. Quondam in usu erant *crocus*[41]), *sal volatile*[42]), *opium*[43]) ipsaque *electricitas*[44]). Hystericae simul plethoricae, inprimis si palpitatio ex animi pathemate oriatur, sub usu *pulveris antispasmodici rubri* STAHLII optime se habent.

3. Eodem morbo *ex debilitate* orto, excellunt *infusum corticis cinchonae officinalis frigidum*[45]), — *mars*[46]), — *vinum generosum*, — ipsa *coffea*[47]), ne dicamus de *victu* nutriente, aëre C. morbi ex debilitate.

40) Jam GALENUS adhibebat.

41) HERTOD Crocol. C. 14.

42) RIEDLIN Millenarius. N. 971. (Oleosum Sylvii).

43) TRALLES usus opii. Sect. 3. p. 164. SENAC l. c. p. 527.

44) SIGAUD LA FOND *de l'électricité médicale.* p. 13. 15.

45) Maxime in convalescentibus, cum lacte.

46) Praeprimis in chloroticis. Utor potissimum limaturâ martis, carbonate ferri, tinctura pomata martia et aquis martialibus, *Spa*, *Pyrmont;* quodsi simul vitia abdominalia subessent, mars cum resolventibus exhibendus: „*De tous les mélanges que l'expérience autorise,* inquit SENAC (l. c. §. 17.) *il en est aucun qui produise des effets plus marqués que les bouillons rafraichissants, apéritifs, amers, purgatifs, auxquels on joint un gros ou deux de tartre martial soluble; c'est le remède que j'ai employé le plus souvent avec succès.*"

47) Pluries cum fructu adhibui. Est enim virtus cofeae

aëre rusticano, equitatione, itineribus et fuga studiorum.

C. morbi ex cachexia.

4. Observavimus exempla motuum cordis abnormium et arteriarum, in hominibus *cachecticis*, ubi omnia auxilia incassum exhibebantur, praeter illa quibus antiquitas virtutem sanguinem purificandi tribuerat. De decoctis *smilacis sassaparillae* et *chinae*, *solani stipitum*, *solani dulcamarae* et *arctii lappae*, loquimur 48). Et cur sanguis qualitate peccare suaque receptacula specifice irritare haud posset? Latente diathesi scorbutica ad methodum specificam recurrendum. In scrophulosis et praecipue arthriticis *fonticuli* ad potiora spectant auxilia 49).

C. morbi ex affectione viscerum abdominalium.

5. Dum motus abnormes cordis et arteriarum *ex affectione nervea viscerum abdominalium debilitati junctae* ortum trahunt, *aquae minerales* simul tonicae et resolventes, e. c. quales fontes *Ems* largiuntur, primum inter auxilia locum obtinent. Accedunt *extracta* leniter *amara*, maxime

palpitationem cordis producendi, maximum testimonium potestatis illius specificae super hoc viscus.

48) Carissimum mihi est sequens decoctum. R. Rad. chinae nodosae, bardanae aa unciam semis, stipitum solani dulcamarae drachmas duas. M. Pro decocto parando.

49) „Maxime valens in palpitationibus ut ego sum expertus felicissime cauterium adhibitum." MERCURIALIS sunt verba a SENAC (l. c. §. 19.) allata.

me illud *fumariae officinalis* [50]). Dum potius *sensibilitas morbosa plexuum abdominalium* scenam ludit, *oxydum bismuthi* [51]) reliquis pharmacis palmam praeripit. Morbo ex *impedito circuitu sanguinis* per viscera abdominalia obstructa ortum ducente, valent quidem multum, tum *aquae salinae*, inprimis *Carolinae*, *Marienbad*, aliaeque *amarae* [52]), tum *extracta resolventia*, potissimum *tritici repentis*, *leontodontis taraxaci*, *intubus cichorei*, tum *salia media*, praecipue *tartras potassae* et *sodae*, *sulphas sodae* aut *magnesiae*; — nil vero exstat, quod *pilulis* SAIFFERTI [53]) aequiparari posset.

50) Sub forma pilularum ad drachmas duas de die.

51) ODIER in *Journ. gén. de méd. T. LXVIII.* p. 49.

52) *Bitterwasser* ex Silesia mihi est usitatissimum auxilium.

53) R. Extracti gentianae unciam semis. Fellis taurini drachmas tres. Scammonii drachmas duas. M. assiduè et divide in pilulas centum sexaginta duo. Capiat mane jejuno ventriculo vel ante prandium *quatuor* ad *octo*. Didici hoc pretiosum auxilium ab egregio quondam ODIER (*Manuel de méd. pratique* et *Abhandl. f. pr. Aerzte. 22. B.* p. 144.) et saepe *cum summo successu* adhibui inprimis jungendo illi drachmam unam foliorum digitalis purpureae. Quid talis formula valeat sequens docet casus. Cum a. 1812. Vindobonae essem, ANTONII SALIERI, viri tunc sexagenarii, celeberrimi musicae compositoris, habitum corporis valdopere mutatum et morbosum inveni. Quid tibi est amice? quaerebam. Ah, sepulcro me

 appro-

appropinquo, respondit. Morbus enim, quo jam a tredecim annis laboro, nunc quotidie magis magisque saevit. Noctes integras insomnes et sedendo transigere sum coactus. Quod si enim cubitum petere vellem, illico me expectarent vehemens cordis pulsatio, angor mortis et lipothymiae, a quibus malis etiam sedendo non semper liber sum. Aeger caeterum nec de pectoris, nec de brachii doloribus conquerebatur. Deerant quoque symptomata hydrothoracis. Praeterea nullae praegressae erant caussae, quae facile morbo conspicuo eoque organico cordis aut aortae ansam porrigere potuissent. Adspectus aegri potius suspicionem obstructionum viscerum abdominalium movebat, quae etiam suspicio ab examine ventris satis confirmabatur. — Quis salutis tuae curam habet? quaesivi. Plurimi medici me curarunt, ast incassum. Amice, dixi; ego me nemini obtrudere soleo, sed te excipio. Vellem enim pro tot vesperibus, quibus excellens tua musica me delectavit, tibi saltem nonnullas noctes placidas conciliare. Fac, quaeso, experimentum cum *pilulis*, quas tibi praescripturus sum. Non sine difficultate aeger ad propositum meum accessit, at tanto cum successu, ut spatio nonnullorum hebdomadum a malo suo liberatus fuerit, et ad annum 1823. sanus vixerit. Quoties sub curriculo hujusmodi decennii prodroma antiqui mali percepit, illa semper, paucis sumtis pilulis debellavit.

CAPUT

Caput XVIII.

De phlebitide.

§. LXXIII.

Definitio. Literatura.

1. *Phlebitis* [1]) est inflammatio venae, inprimis ejus membranae internae, insignita dolore ardente, tensione et tumore, decursum partis affectae sequentibus, accedente saepe febre, notas, prius inflammatorias, dein typhoides agnoscente. Definitio.

2. De phlebitide jam clare locutus est Aretaeus [2]). Ejusdem morbi porro mentionem injecerunt Lancisius [3]), Paré [4]), Dionis [5]), Platner [6]), Blancard [7]), Swieten [8]), Morgagni [9]), J. Hun- Literatura.

1) A Graec. Φλὲψ, vena.

2) De caussis et signis acutorum morborum. Cap. 8. Lib. II. p. 38 et 39.

3) Opp. Edit. Venet. 1739. T. I. p. 55. de ulceribus in venis.

4) *Livr. X. Chap.* 41. p. 401.

5) *Cours d'opération de chirurgie.* p. 680.

6) Chirurgia rationalis. p. 18. 19.

7) Anat. pract. rat. Cent. I. Obs. 7. p. 13. Cent. II. Obs. 73.

8) Comment. in Boerhaav. Aphor. T. II. §. 372. 374.

J. HUNTER [10]), CLARK [11]), OSIANDER [12]) aliique. Notio autem absoluta phlebitidis debetur J. P. FRANK [13]), SHIRVEN [14]), PALLETTA [15]), SCHMUCK [16]), MECKEL [17]), SCHWILGUÉ [18]), ABERNETHY [19]), DUNDAS [20]), RUSSEL [21]), LONGUET *), PATISSIER [22]), RICHARD CARMICHAEL [23]), HERISSE [24]), KREYSIG [25]),

9) De sed. et caus. morb. Epist. LIII. 30. — Epist. LVI. 10.

10) *Medical and philosoph. Comment. Vol.* 3. p. 430.

11) *Pract. essays on the management of Pregnancy.* p. 63. 72. 2. *Edit.*

12) *Denkwürdigkeiten f. Aerzte u. Geburtshelfer. Gött.* 1797. 1. *B.*

13) Epitome de curandis homin. morbis. Vol. II. p. 175.

14) *Med. and philos. Commentaries. Vol.* 4. p. 210.

15) Exercitationes pathologicae. Mediol. 1820. Cap. 3. Edit. 2. in nota WENZELII.

16) Diss. sistens observationes medicas de vasorum sanguiferorum inflammatione. Heidelberg. 1793.

17) SASSE de vasorum sanguiferorum inflammatione. Hal. 1797.

18) *Faits pour servir à l'histoire des inflammations veneuses et artérielles.* v. *Bibliothèque méd. T. XVI.* p. 160.

19) *Surgical Works.* p. 147.

20) *Med. chirurg. Abhandlungen d. med. chir. Gesellschaft in London. A. d. E. von* OSSAN. *Berl.* 1814.

21) *Edinburgh medic. and surgical Journal* 1814. *Jan. N.* 37.

*) *Sur l'inflammation des veines.* v. *Collection des thèses, de la faculté de médecine de Paris.* 1815.

22) *Bulletin de la faculte de médecine* 1816.

23) *Transactions of the association of Queen College of Physicians in Ireland. Vol.* 2. *Dublin.* 1818.

SIG [25]), HODGSON [26]), PUCHELT [27]), A. WALTER [28]), WILSON [29]), RIBES [30]), MAJORLIN [31]), FIZEAU [32]), VILLERMÉ [33]) et BRESCHET [34]). Secuti sunt SPRENGEL [35]), FALLOT [36]), PELIKAN [37]) et CZARNOWSKI [38]).

§. LXXIV.

Symptomata. Autopsiae cadaverum.

1. *Symptomata* phlebitidis juxta variam venarum sedem et dignitatem variamque indolem caussarum inflammationem excitantium, varia sunt. Dividuntur illa in *localia* et in *universalia*. Sympt. generatim.

2. Ad

24) *Journal de médecine, chir. et pharm. T. XII.* p. 412.
25) Op. c. 3. *Th.* p. 273.
26) Op. c. p. 525.
27) Op. c. p. 59.
28) Diss. de venarum inflammatione. Dorpati Livonorum. 1820.
29) *Medical and chirurg. Transact. T.* 5. *P.* 3. p. 65.
30) *Mém. de la société médicale d'émulation. A. VIII.* p. 624.
31) ibid. p. 630.
32) *Bibliothèque médicale. T. XXX.*
33) *Diction. des sciences médicales. T. XLI.* p. 341 — 363.
34) *Journal complémentaire du dictionaire des sciences médicales. T. II.* p. 325. *T. III.* p. 317.
35) ibid. *T. VIII.* p. 85.
36) ibid. *T. X.* p. 80.
37) *Dziennik medycyny, chirurgii i farmacyi. Vilno* 1823. *N.* 1. 2.
38) Diss. de phlebitide. Vilnae 1823.

Sympt. localia.

2. Ad *Symptomata localia* spectant dolor tensivus, ab attactu auctus, in decursu venae, funis instar retinentis, nodisque intersectae; livor veluti in vibicibus, saepe rubor quidam erysipelaceus et tumor, interdum oedematosus [39]), circa partem affectam, haud raro ad totum membrum extensus. Sauciatâ consulto venâ inflammatâ, sanguis pure mixtus exivisse visus est [40]). Ea cor versus perfricata, quo primum hoc opus suspenditur, sanguis motum levem retrogradum agnoscere solet [41]). Interdum abscessuli in venae inflammatae curriculo formantur [42]).

Sympt. universalia.

3. Vigentibus symptomatibus localibus, praevio debilitatis et anxietatis sensu, animi dejectione *) doloreque pectoris, alia ocyus serius adsociantur *universalia symptomata*, nimirum, horror, subsequente calore mordace, pulsu frequente, pleno, debili [44]), duro, contracto, irregulari; sitis, lingua rubra, muco bruneo obducta, aridissima; dolor capitis, dorsi, membrorum, abdominis tensi; virium magna prostratio; faciei mutatio, oculi languidi, rubri; respiratio difficilis, tumor super claviculam ad angulum maxillae

39) Travers l. c. (in crure). — Raiken in *dictionaire des sciences médicales* l. c. p. 355.

40) Dupuytren in *dict. des scienc. méd.* l. c. p. 344.

41) Breschet et Villermé l. c. p. 357.

42) Hunter l. c.

*) Pelikan l. c.

44) Hodgson l. c.

maxillae inferioris *), et, nisi curae tentamina morbo frenum injicere valeant, flavedo cutis, ecchymomata, sopor, subsultus tendinum, delirium, mors.

Autopsiae cadaverum.

4. *Cadavera* hominum phlebitide peremptorum exhibent corpus plerumque pallidissimum, livescens, tumoremque partium venae inflammatae contiguarum. Vulnus, si adsit, inflammatum, suppuratum est. Conspicitur funis lividus, coeruleus, tractum venarum affectarum superficialium sequens. Textus cellulosus circum circa rubet, tumet, et duritie notatur. Musculi propinqui contracti sunt et lividi. Glandulae lymphaticae vicinae, tumidae et justo duriores observantur [45]). Vena affecta ipsa, textui celluloso contiguo arcte adhaeret [46]), et resecta instar arteriae hiat [47]), exhibetque parietes incrassatos [48]), friabiles [49]), superficiem externam rubram [50]), internam violaceam [51]), nigram [52]), spongiosam [53]), lympha coagulabili, pseudomembranis,

*) Hodgson l. c.
45) Pelikan, Czarniowski l. c.
46) Travers l. c.
47) Hodgson l. c.
48) Ribes l. c. Hodgson l. c.
49) Raiken l. c.
50) Recamier in *Dict. des scienc. méd.* l. c. p. 343.
51) Recamier l. c.
52) Palletta l. c. Raiken l. c.
53) Meckel l. c.

branis, in frustulis secedentibus [54]), obductam [55]), impermeabilem [56]), firmiter occlusam [57]), dilatatam [58]); valvulas partim erosas, partim laceratas, tumidas et obscure rubentes [59]), sanguinemque purulentâ materiâ remixtum [60]). Quandoque cruoris loco nil nisi materies puriformis, spissa, alba [61]), et foetida [62]), detegitur. Phaenomena allata plerumque ad locum affectum sat arcte circumscripta sunt [63]); alias venae quoque in locis dissitis inflammationis notas prae se ferunt [64]).

§. LXXV.

C a u s s a e.

Phlebotomia. 1. Frequentissima phlebitidis caussa est *phlebotomia*, tum directe, rudi scilicet manu, aut instru-

54) Meckel l. c.

55) Travers l. c.

56) Travers l. c. Raiken l. c. (ob lympham coagulabilem venam replentem).

57) Raiken l. c. (adspectu ligamentum referens).

58) Travers l. c. Puchelt l. c. p. 73. (Forte dilatatio venae cavae inferioris magis hic effectus fuit impediti circuitus sanguinis per pulmones, quam inflammationis. In genere hic iste auctor in admittenda phlebitide nimis promtus videtur).

59) Meckel l. c.

60) Palletta et fere omnes, me ipso non excluso.

61) Recamier l. c.

62) Fizeau l. c.

63) Palletta l. c. Travers l. c.

64) Schwilgué l. c. Hodgson l. c.

instrumento incongruo instituta; tum indirecte, membro laeso cito et fortiter agitato, aut aëre in cavum venae perducto [65], aut applicitis emplastris glutinatis ad sistendum sanguinem e vena secta ruentem [*]. Vulnusculum tunc venae sauciatae non coalescit, excrescentiis fungosis obsidetur, margines illius invicem recedunt et reflectuntur, puris quid fundunt, donec post dies quatuor, sex, octo et tardius, localia inflammationis symptomata appareant et sic porro.

Amputatio.

2. Sicuti contusiones, vulnera sclopetaria [66], et fracturae, inprimis complicatae [67], phlebitidi ansam porrigunt; ita etiam, et frequenter quidem, *amputationes* [68].

Excisio varicum et applicatio hirudinum.

3. Nec rarum est phlebitidem ortum debere *varicibus* [69], praecipue illarum *excisioni* [70]. Quid quod, ex ipsa *hirudinum* circa vasa haemorrhoidalia [71], et venas varicosas cruris [72])

65) Introductionem aëris in venas pro mortis ipsius caussa agnoscunt Bichat (*Anatomie générale. T. I.* p. 418.) et Magendi (*Journal de Physiologie* 1821. *Avril*).

*) Pelikan l. c.

66) Longuet l. c.

67) Palletta l. c.

68) Hunter, Villermé, Richard Carmichael, Pelikan etc. Ipse plurima exempla vidi, partim a Czarnowski l. c. descripta.

69) Ribes l. c.

70) Travers l. c.

71) P. III. Vol. I. Caput de haemorrhoidibus ani.

ris [72]) applicatione, symptomata phlebitidis observavimus.

Ligaturae venarum, et funiculi umbilicatis.

4. Praecipue vero in phlebitide excitanda accusantur *ligaturae venarum* [73]), et *funiculi umbilicalis*. Accidit nimirum ut, secedente nonnunquam ligatura umbilici, non cicatrix, sed suppuratio relinquatur, subsequentibus febre, ejulatu, diarrhoea, ictero et nervorum turbis. Sectio cadaveris exhibet peritonaeum inflammatum ac pseudomembranis coopertum, ramos venae portae

72) Die 16. Maji A. 1816. mihi venam saphenam pedis dextri secari jussi. Postridie jam aegrotos visitare multasque scalas ascendere coactus fui. Impedivi sic coalitionem vulnusculi brevi post in suppurationem transeuntis. Die 24. ejusd. mensis en in vena tibiali praecipua phlebitidis symptomata, eo magis timenda, cum singulae cruris mei venae, ex vitio haereditario, varicosae sint. In consilium deducto chirurgiae tunc temporis professore Niszkowski, circa venam inflammatam hirudines applicare jussit, ast tanto cum detrimento, ut symptomata inflammatoria venae non solum aucta, sed et fere ad genu propagatae fuerint. Aqua saturnina frigide applicata potius nocuit. Conduxit quammaxime aqua cum aceto, consilio directoris nosocomiorum militarium, equite a Tieffenbach, adhibita. — Hisce ultimis annis plura phlebitidis exempla, ex applicatione hirudinum sub malleolis, observavi.

73) Travers de operatione aneurysmatis narrat, ubi ob ligaturam, vena femoralis phlogosi correpta est, usque ad bifurcationem venae cavae propagata (l. c. et *dict. des scienc. méd.* l. c. p. 346.).

portae tumidos, cum parietibus incrassatis [74]), venamque umbilicalem materiâ puriformi repletam [75]).

5. Post *partum* inflammatio venarum uteri, iliacae et cavae observata est [76]). In puerpera omnes abdominis venae sanie repletae erant [77]). Venae sectionis ope sanguinem plane purulentum in puerpera eductum fuisse compertum habemus [78]). Et post abortum venae interdum inflammantur [79]). Ipse tumor albus puerperarum nonne phlebitis [80])? Partus.

6. Venas *inflammationis partium contiguarum* participes fieri, observationes relate ad curriculum erysipelatis [81]), ulcerum et praecipue gangraenae nosocomialis [82]) atque vari- Inflammatio partium contiguarum.

cum [83]),

74) Meckel l. c.

75) Osiander l. c.

76) Wilson et Clark l. c.

77) Ribes l. c.

78) Pater meus hoc phaenomenon in ipsa prima sua uxore observavit.

79) Meckel l. c.

80) Cfr. P. IV. Vol. II. Caput de tumore albo puerperarum. Et Schwilgué, ubi observationem Meckelii refert, de puerpera scilicet, praeviis febre, et doloribus abdominis, pelvis et cruris dextri demortuam, cujus cadaver exhibuit venam cruralem adspectum arteriae referentem, cum pure sanguini mixto etc.

81) Ribes, Majorlin l. c.

82) Longuet l. c. Breschet et Villermé l. c. p. 151.

cum[83]), collecta, docent. Ipsa arteriarum inflammatio ad venas propagari posset [84]).

Irritamenta mechanica et chemica.

7. *Irritamenta mechanica et chemica* venas inflammare, experimenta in animalibus instituta probant [85]). Ipse *calor* ope balneorum pedis administratus, magnam interdum systemati venoso irritationem infert *). Si porro *vermium* (*polystoma*, *hexanthyridium*) in venis hominum praesentia confirmaretur, forte et haec animalcula ad caussas phlebitidis spectarent. Ad illas certe spectant exanthemata praepostere fugata [86]). — Suspicari quoque licet venas interdum inflammari sub curriculo febris puerperalis [87]), biliosae [88]),

83) Ribes l. c. Broschet l. c. p. 333.

84) Saltem simultanea arteritis et phlebitis a Patre meo observata est (l. c.). Praeterea imperium arteriarum in venas et ab istarum *pulsatione* comprobatur. Luculentissimum hujus generis exemplum legitur in Hufeland's *Journal* 1815. *Septembr.* Pulsationes illarum cum iis arteriarum cohaerebant.

85) Meckel l. c.

*) In *Journ. général de méd. Franç. et étrangère* 1822. *Decembr.* p. 304. Casus narratur ubi post balneum pedum calidum ecchymomata comparuerunt, subsequente scorbuto (?).

86) Raiken in *Dict. des scienc. méd.* l. c. p. 355.

87) Ab eo tempore, a quo suspicionem hanc aleo, facultas mihi concessa est *unum* dumtaxat cadaver feminae ex febre puerperali demortuae secandi. In hoc venae non solum *non* erant inflammatae, sed prorsus sanguine orbatae.

sae [88]), variolae [89]), lienitidis, icteri, scorbuti, tetani [90]), hacque ex inflammatione haemorrhagias, praesertim vero morbum sic dictum maculosum WERLHOFFII [91]), ortum ducere.

§. LXXVI.

Diagnosis.

1. Ast caveamus ne conjecturae hujusmodi locum experientiae usurpent! Sane medici aevi nostri in inflammationibus omnis generis admittendis nimis prompti sunt. Monitum.

2. Ne praeterea *phlebitis* cum *inflammatione arteriarum*, *vasorum lymphaticorum*, et *nervorum*, cumque *typho* et morbis in quibus venae puriformem humorem includere possunt, confundatur! Facilis confusio.

3. In *arteritide* dolor ex trunco ad ramos extendi solet; in *phlebitide* contrarium expectandum est. Systemate universo jam in consensum deducto illa cum pericarditide, haec potius cum typho, similitudinem alit. Distinct. ab arteritide.

4. *Vasis lymphaticis inflammatis* plurimae striae parallelae in cute decurrunt; tument praeterea ganglia lymphatica totumque turget membrum affectum. Distinct. ab inflammatione vasorum lymphaticorum.

5. Laeso

88) FIZEAU l. c.
89) FALLOT l. c.
90) PATISSIER l. c.
91) P. III. T. II. Cap. de scorbuto.

Distinct. ab inflammatione nervi.

5. Laeso *nervo* dolor extemplo oritur, qui dolor, accedente dein inflammatione, omni alio dolore major est.

Distinctio a typho.

6. Distinctio *phlebitidis* a *typho* potius habita ratione caussarum et curriculi morbi, quam ex solo intuitu symptomatum, utrisque in morbis sibi sat similium, facienda est. De phlebitide suspectae sunto illae febres, sub quarum decursu praeter consueta typhi symptomata, dolores abdominis, haemorrhagiae, flavedo cutis (absente hepatis affectione) obveniunt, quae sine ulla contagii suspicione, in vulneratis, puerperis, et haemorrhoidariis oriuntur. Caeterum et typhus inflammationem systematis venosi sociam habere posset.

Distinctio ab aliis morbis cum pure in venis.

7. Cum venae officio absorptionis verisimiliter non sint plane alienae [92]), fieri posset ut humorem purulentum ex alio loco desumptum [93]) contineant, qui humor a puriformi materia, quae ex ipsa venarum inflammatione generatur [94]), probe

92) Mayer in *Deutschem Archiv f. Physiologie von* Meckel. 3. *B.* 4. *Heft.* 5. *B.* 4. *Heft.* et *Bibliothèque universelle.* 1818. *Janvier.* p. 51.

93) Shirven l. c. p. 20. — Palletta l. c. p. 21.

94) Nescio cur Breschet et Villermé (l. c. p. 359.) humorem quem parietes venarum inflammatarum *secernunt*, pro pure, abscessus sobole, declarent. Rectius judicat Puchelt l. c. p. 136.

probe distinguendus foret[95]. Talis humor quondam pro *lacte* habebatur[96].

§. LXXVII.

P r o g n o s i s.

1. *Periculum* phlebitidis a dignitate venae affectae, a statu illius anteriore, a conditione peculiari aegroti, a duratione morbi et a medendi ratione pendet. Itaque maxime timenda est phlebitis, si morbus prope venam cavam et portarum, aut in illis ipsis sedem figat; — si venam jam pridem labefactatam aggrediatur; — si homines cachecticos, a doloribus exhaustos, viribusque fractos detineat; si malum locale jam in universale transiverit, sique remedia calefacientia praepostere adhibita fuerint. Periculum.

2. Nisi phlebitis *resolvatur;* aut *morte* terminatur, aut in venarum *exulcerationem*, *occlusionem* et *dilatationem*[97]) transit. Exitus.

3. *Resolutio* phlebitidis expectanda est, dum cura localis, quominus universum systema in consensum trahatur, impedit, aut, in morbo jam universali reddito, dum lympha coagulabilis cruori mixta, per urinam, aut per alia colutoria elimi- Resolutio.

95) Sic Blancard (l. c. Cent. II. Obs. 37.) abscessum hepatis detexit, venâ cavâ ascendente pure repletâ.

96) Rhodius Cent. II. Obs. 32. — P. de Castro, — Thom. Bartholinus Cent. I. hist. 17.

97) Cfr. Cap. XIX.

eliminatur, aut ad partem quandam corporis aegroti deponitur. Nullibi sane *crises* et *metastases* evidentiores sunt, quam in inflammatione vasorum sanguiferorum. Post perfectam etsi resolutionem phlebitidis, interdum *sensibilitas morbosa* venarum prius affectarum relinquitur *).

Exulceratio. 4. Monuimus interdum secundum curriculum venarum, per phlebotomiam inflammatarum, abscessulos oriri [98]). Porro frequentissime venae exulcerantur, dum illarum inflammatio varicibus superaccedit [99]). Visae praeterea sunt: *vena jugularis interna* exulcerata [100]); — *vena cava* prope cor et ad superficiem internam erosa [1]); — circa auriculam dextram cordis perforata [2]); — vena cava *superior* disrupta [3]); — *inferior* foraminibus

*) Pelikan l. c. (Femina quaedam post quodlibet animi pathema dolorem per venas extremitatis, antea phlebitide detentae, simul cum venarum prius affectarum turgore, percipere solebat).

98) §. LXXIV. N. 2.

99) Cap. XIX.

100) Travers l. c. p. 255.

1) Morgagni Epist. LIII. 37. (In viro laesione externâ derepente mortuo).

2) Bellinus de morbis pectoris, tit. de internis pulsationibus. — Lancisius l. c. — Portal *Cours d'anatomie médicale. T.* 3. p. 354. (subsequente haemorrhagia pericardii).

3) Doubledey *Medic. observat. and inquiries. Lond.* 1776. *Vol.* 5. p. 144. (In equite qui vertigine correptus ab equo humum cecidit et post 48 horas obiit).

minibus notata [4]), *venaque azygos* abscessu detenta [5]). Venas etiam a contiguis ulceribus erodi posse, docetur [6]).

5. *Occlusio venarum* contingere potest: 1° per parietum *coalescentiam* [7]). Inflammationis adhaesione illa sistit effectum, modo salutarem [8]), modo nocivum [9]), modo indifferentem [10]); 2° Occlusio.

Cc 2 per

4) Puchelt l. c. p. 192.

5) Hallerus de morbis internis. L. II. C. 25.

6) Puchelt l. c. p. 190.

7) Exempla leguntur apud Bartholinum Obs. anat. Cent. II. hist. 35. (vena cava inferior prope cor), — Winkler de vasorum lithiasi. Vol. I. §. 6 Not. a (item), — Morgagni Epist. LVI. 10. (vena iliaca), — Hodgson l. c. p. 543. (vena iliaca) p. 544. (vena femoralis), ibidem (vena jugularis interna) *Edinburgh med. and chirurg. Journal. Vol.* 7. p. 407. et *Vol.* 5. p. 337. (vena jugularis interna).

8) Quatenus haemorrhagiae coalescentiae ope cohibentur. Cfr. Cap. XX. §. LXXXVIII. N. 4.

9) Rhodius Mantiss. anat. No. XXI. p. 15. (In hydropico venas venales et iliacas obliteratas invenit), Haller opusc. pathol. Obs. 20. et Program. de aortae et venae cavae gravioribus quibusdam morbis (casus similis).

10) Albinus (Acad. annotationes. L. VII. C. 9.) exemplum *venae cavae* prope venas iliacas obliteratae et cum vertebris dorsalibus concretae refert, quin aut viscera pelvis aut extremitates inferiores detrimentum visibile caperent. Plurimos annos vixit aeger de quo Knape narrat (Hufeland's *Journal.* 36. *B.* 1. *Heft.* p. 122.) cujusque *vena cava inferior* per inflammationem et incrassationem membranarum suarum plane

per *parietum incrassationem*; 3° per *coagulum*[11]), veluti polyposum, quandoque proficuum[12]); 4° per *massam adiposam* perque *medullosam substantiam*[13]); 5° per *concrementa lapidea*[14]), *lithiasin*

occlusa erat. Apud BAILLIE (*Transact. of a soc. for the improvement of med. Knowledge. Vol. I.* p. 127. et ejusdem auctoris: *Anatomie d. krankhaften Baues*) legitur de *vena cava* ab ingressu venarum renalium usque ad atrium cordis dextrum ligamentum simulante et nec aëris inflationem admittente.

11) HALLER l. c. Program. p. 6. — Opsc. Obs. 19. (In vena jugulari interna sinistra infra parotidem), MORGAGNI Epist. LVI. 10. (In vena femorali), COATES in *Chapman's Philadelphia Journal* 1822. (in vena cava).

12) Teste HODGSON (l. c. p. 534.) venae prope loca gangraenosa coagulo cruento replentur, quod illas a haemorrhagiis tuetur.

13) BONTIUS de medicina Indorum 1718. L. IV. Obs. 8. p. 101. (In vena cava inferiore apud hominem, cujus regio umbilicalis pulsationem, illam foetus in utero materno aemulantem, exhibebat), — HODGSON l. c. p. 537. (in vena lienali dilatata nodum veluti scirrhosum invenit).

14) SCHENK L. II. Obs. 8. (Per venae sectionem ex pede plurimi calculi exiere). Obs. 7. (In vena portarum), — J. G. WALTER Obs. anat. p. XLIV. et Museum anatom. Berolinense 1805. p. 422. (In venis vesicae urinariae et uteri), — LOBSTEIN v. CRUVEILHIER *Essay sur l'anatomie pathologique. T. II.* p. 70. (In venis haemorrhoidalibus, vesicae, et spermaticis), — ROSENMÜLLER v. PUCHELT l. c. p. 210. (In venis vesicae urinariae), — DUPUYTREN v. CRUVEILHIER l. c.

sin venarum confirmantia [15]), et 6° per *tumores externos* [16]). Quibus singulis in casibus, venae collaterales dilatatae, supplere solent [17]).

§. LXXVIII.

C u r a.

1. In phlebitide a venae sectione originem [illegible] ducente, Morbi localis.

p. 71. (In vena tibiali anteriore et posteriore), — Tilorier ibid. (In venis cutaneis pedis), — Langstaff apud Hodgson l. c. p. 536. (In venis uteri et prostatae), — John *Chemische Untersuchungen mineralischer, vegetabilischer u. animalischer Substanzen. Berl.* 1816. (In venis uteri) et ego (In venis uteri).

15) *Venae* longe rarius quam arteriae *lithiasi* subjiciuntur. Observata tamen est *lithiasis venarum coronarium cordis* — a Boneto (v. Cruveilhier), Blancardo (l. c. p. 14.), Fürstio (Ephem. Nat. Curios. Dec. II. A. 10. Obs. 175.); — *venae cavae* prope bipartitionem in venas iliacas — a Baillie (l. c. p. 134.); *venae saphenae* — a Marcartney (Hodgson l. c. p. 536.); *venae cruralis* — a Waltero (*Anatom. Museum, gesammelt von* J. G. Walter, *beschr. von* J. A. Walter. 1. *Th. Berl.* 1796.); *venae popliteae* — a Murray (Acta medica Suecica. T. I. p. 344.); qui multa ossicula usque ad truncum venae cruralis observavit.

16) Hunter (*Med. obs. and inquiries. Vol.* 5. p. 333.) casum narrat ubi aneurysma aortae venam cavam superiorem et truncos venarum jugularis et subclaviae ita comprimebat, ut propriam formam fere amiserint.

17) Exempla a Hodgson (l. c. p. 547.) et a Puchelt (l. c. p. 201.) enarrantur.

ducente, ante omnia examinandum, num forte apex lanceolae disruptae, inter vulneris labia vel inter venae parietes lateat, quo in casu corpus extraneum abigendum foret. Idem de ligaturis aliisque caussis irritantibus valet. Porro status inflammatorius venae, quo recentior morbus eo securius, ope aquae *frigidae* et *aceti*, ac *diaeta severa*, compescitur [18]). Suadent alii *glaciem*, *acetatem saturni*, *embrocationem*, et maxime *hirudines*, per decursum venae inflammatae apponendae. Nisi id fiat in magna distantia, augmentum irritationis timemus [19]). Aliter sentiunt qui per auctam irritationem, inflammationem adhaesivam membranae internae venae excitare optant, scopo concretionem parietum venae obtinendi, sicque circulo puris cum sanguine obstandi. Ad quem scopum eo certius assequendum, praeterea *compressionem* venae affectae, modo super [20]), modo infra [21]), locum affectum proponunt. Jure vir expertus [22]) hypotheticam istam indicationem rejicit. — Nisi vena adeo conspicua sit, ut ex illius sectione haemorrhagia timeri debeat, nobis potius illius *sectio transversa* [23]) arridet. Tandem quo diuturnior morbus quoque major partium

18) §. LXXV. N. 8 (72).
19) Ibidem.
20) Hunter l. c.
21) Abernethy l. c.
22) Hodgson l. c.
23) Breschet et Villermé l. c. p. 362.

tium affectarum tensio, eo majus erit levamen a *cataplasmatibus emollientibus et narcoticis.*

2. *Morbo universali* sese evolvente, quid *phlebotomia* prope mali focum instituta valeat, explorandum, reliquo regimine antiphlogistico non neglecto. Praeprimis *acida vegetabilia* e. c. *succus citri*, *acidum tartarosum* et, ad alvum simul apertam servandam, *tamarindorum* decoctum, commendari merentur. Necdum de virtute *foliorum digitalis purpureae*, hac sub rerum positione quid certi pronunciare audemus. Majorem fidem in *infusionem stipitum solani dulcamarae* locamus. In ea nempe versamur opinione, hoc pharmacum ita specifice in *venas* agere, ac supra laudatum in arterias. — Ingruentibus symptomatibus typhi, secundum regulas generales[24]), curandum. Si cutis fuerit sicca et ardens, pulsusque fortis, durus, *affusio aut lotio ope aquae frigidae* non negligenda est. Alias optatos effectus a minimis *camphorae* dosibus cum *nitrate potassae* obtinuimus. Caveas vero a farragine medicamentorum, hic eo magis nocua, cum de morbo, debitas crises, tractu solummodo temporis obtinendas, exposcente, agatur. Morbi universalis.

CAPUT

24) P. I. Vol. I. Cap. IV. §. LV.

Caput XIX.

De varicibus.

§. LXXIX.

Definitio. Literatura.

Definitio. 1. Tumor permanens et circumscriptus, compressioni cedens, ea ablata rediens, propria facultate non pulsans, ex venâ justo ampliore, plerumque nodis ex rubro coeruleis distincta, ortus, *varicem* *) constituit.

Literatura. 2. De varicibus scripserunt Hippocrates [1]), Galenus [2]), Aetius [3]), Avicenna [4]), Mancinus [5]), Seger [6]), Agerius [7]), Frankenau [8]), Miller [9]), Wedel [10]),

*) Graec. Κιρσός, Lat. Varix, ramex, varicula. Gall. *Varices. Phlebectasie* (Alibert). Germ. *Blutaderknoten. Krampfadern.*

1) In libro περὶ ἕλκωων. Sect. XVI. p. 678. edit. Lindeni.

2) De venae sectione. C. 1. — De atra bile. Lib. I. C. 4. — De tumoribus. C. 16.

3) Tetrab. IV. Sect. 2. C. 84. Sect. 3. C. 10.

4) Canon. Lib. III. Fen. 22. Tract. 1. Cap. 15.

5) Tractatus duo, alter de varicibus, alter de reficiendo naso. Francf. 1586.

6) Diss. de aneurysmate venarum, seu varicibus. Basil. 1661.

7) Diss. de varice. Argent. 1671.

WEDEL [10]), STORCH [11]), BORDENAVE [12]), BALDINGER [13]), HARRIS [14]), POHL [15]), STAMMELL [16]), GILIBERT [17]), PLOUCQUET [18]), J. P. FRANK [19]), HODGSON [20]), BRODIE [21]), GIROD [22]), MONTFALCON [23]), PUCHELT [24]), et quot quot sunt auctores chirurgiae.

§. LXXX.

8) De varicum spontanea apertione v. Miscell. Acad. Nat. Cur. Dec. II. A. 3.

9) Diss. de varicibus. Altdorf. 1680.

10) Diss. de varice. Jenae 1699. Et Miscell. Acad. Nat. Cur. Dec. II. A. 6. p. 220.

11) *Krankheiten der Weiber.* 3. B.

12) Theses de varicibus. Paris 1762.

13) Program. in Aretaeum de venae cavae acuto morbo. Jen. 1771.

14) Diss. de varice et aneurysmate.

15) Diss. de varice interno morborum quorundam causa. Lips. 1785.

16) Diss. de tumoribus varicosis. Mogunt. 1789.

17) Adversaria medico practica prima. Lugdun. 1791. p. 68.

18) Diss. de phleberysmate seu varice. Tübing. 1806.

19) Epitome de curandis hominum morb. Lib. V. P. II. p. 67.

20) Op. c. p. 548.

21) *Observat. of the treatment of varicose veins of the legs.* v. *Medico-chirurgic. transact. Vol.* 7. p. 1. p. 195.

22) *Deux observations rélatives à la cure de varices.* v. *Recueil périodique de la société de méd. de Paris. T. XX.* p. 64.

23) *Dictionaire des sciences médic. T. LVII.* p. 1—23.

24) Op. c. p. 148.

§. LXXX.

Symptomata. Autopsiae cadaverum.

Sympt. varic. extern.

1. *Varices externam corporis superficiem occupantes*, apparent sub forma modo nodulorum racemosorum, modo ramorum, illis qui in lapidum superficiebus vegetabilia aemulantur, similium, modoque congeriei hirudinum inter se invicem glomeratarum [25]). Qualiscunque autem varicum externarum fuerit forma, a compressione evanescere eaque ablata resurgere solent. Color est illis ex rubro coeruleus, subniger. Propria non gaudent pulsatione. — Varices plerumque sedem in extremitatibus inferioribus, praecipue ad partem internam crurum, circa malleolos et genua figunt, ac enorme interdum hic volumen acquirunt [26]). Rarissime in extremitatibus superioribus [27]), saepius in mammarum scirrhosarum superficie, obveniunt. Quantam varices in morbis cutis scenam ludant, alibi tradidimus [28]).

„Ubi

25) Alibert *Nosologie naturelle. T. I.*

26) Hildanus varicem vidit, de qua asserit: „crassitie brachium meum ad carpum adaequabat.“ — Pater meus ad crura varices magnitudinis ovi gallinacei habebat. Majores adhuc observavi in aegrotis plicâ laborantibus.

27) Vidi tamen nonnulla exempla quoque in aegrotis plicosis. Describitur casus varicis extremitatum superiorum a Petit *traité des maladies chirurgicales. T. 2. p. 49.*

28) P. I. Vol. II. Cap. XX. §. LXXXVII. 2. — Cap. XXXIV. §. CXXXIII. 5. — C. XXXVI. §. CXLIV. 2.

„Ubi tela cellulosa varicem laxior circumdat, extenditur facilius venae saccus, donec major distentio, aut fluidi indoles stagnantis [29]), dolorem [30]), et phlogosin hic excitet. Sub istis humor puriformis ex venae superficie secretus et in cellulas vicinas effusus, vel pseudoabscessus in istis efformant; vel easdem arcte cum venae dilatatae membranis connectit, crassiores, densiores has reddit, aut cum cute forsitan vicina, strictissime colligat. Cutis ipsa jam dudum a tumore extensa, durior, callosa, hoc in loco, et a statu sanitatis aliena, phlogosis fit particeps; quae, si forsitan verus abscessus nascatur, erosa, disrupta, difficilis curae in ulcus convertitur. Interdum varix, aut nimis extensa, aut illatâ violentiâ rumpitur [31]), et sanguis sub cute in cellulas vicinas effusus ecchymoses constituit; aut ipsa pellis, forte tenuior simul adperitur, nigrumque cruorem — nunc sub aliquo symptomatum levamine, nunc saltem sine damno, nunc vero cum summo aegrotantis, a sanguinis jactura, discrimine eructat“ [32]).

2. *Va-*

29) De varice in qua sanguis densatur. v. Nessi *Instituzioni di chirurgia. T.* 2. p. 146.

30) Interdum *periodicum.* v. Pelargus *Medicinische Jahrgänge.* 2. *B.* p. 248.

31) Varix ad dorsum, menstruam secretionem perficiebat (Eph. Nat. Cur. Cent. VII. p. 206.).

32) J. P. Frank l. c. p. 70.

Sympt. varic. intern.

2. *Varices internae* pro varia sede varia excitant symptomata, nimirum, ut monuimus, in *encephalo* — dolorem capitis [33]), encephalitidem [34]), apoplexiam [35]), somnolentiam [36]), maniam [37]); in *specu vertebrali* — rhachialgiam [38]); in *oculis* — cirsophthalmiam [39]), amaurosin [40]); in *trachea* et *pulmonibus* [41]) — respirandi difficultatem, tussin, pneumonorrhagiam et phthisin [42]); et, ut docebimus, in *ore* — stomatorrhagiam; in *oesophago* — dysphagiam; in *ventriculo* — cardialgiam, haematemesin; in *intestinis* — colicam, diarrhoeam cruentam et haemorrhoides; in *vesica* — dysuriam, ischuriam, haematuriam; in *utero* — fluorem album, metrorrhagiam; in *vagina* — coitum cruentum; in *testiculis* — vari-

33) P. II. Vol. I. Sect. 1. Cap. II. §. VIII. 5 (68).

34) ibid. Cap. III. §. XIV. 7 (99).

35) ibid. Cap. V. §. XXIV. 3 (47): „Varices sinuum venosorum minorum durae meningis, sunt rudimenta apoplexiae; saepe tales in fulguratis, sideratis apoplexia inveni.“ Gilibert l. c. p. LXIX.

36) §. LXXXI. (54).

37) Ibid. Cap. XXV. §. CVII. 2 (24).

38) Op. c. Sect. II. Cap. I. §. III. 4.

39) ibid. Cap. XVIII. §. CV. 28.

40) ibid. Cap. XIX. §. CVIII. (13).

41) De tumoribus sanguineis pulmonum v. Diss. Coschwitzii in Halleri disput. academ. T. II.

42) P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. IV. §. XVI. 1. — Cap. IX. §. XXXVIII. 2. — Cap. X. §. XLVII. 6.

varicocelen etc. Nec *cor* varicum semper expers [43]).

3. Varices delectae sunt: in vena cava [44]), azygos [45]), jugulari [46]), subclaviâ [47]), iliaca [48]), portae [49]), haemorrhoidali [50]), spermatica [51]) et in vase brevi [52]). Autopsiae cadaverum.

§. LXXXI.

43) Albertini in Commentariis Academiae Bononiensis. T. I. p. 389.

44) Acta medica Berolinensia. Vol. VII. Sect. 5. (in maniaco) — Bleuland Spec. acad. de difficili alimentorum depulsione. Lugd. Bat. v. *Samml. auserles. Abhandlungen f. prakt. Aerzte.* 9. *B.* p. 73. (in infante quinque annorum) — Morgagni Epist. LIV. 37. (in juvene sano ex vulnere perempto) — Hufeland's *Journal f. prakt. Aerzte.* 5. *B.* p. 820. (femina dyspnoea, livore faciei et oedemate pedum laborans) — Puchelt l. c. p. 157.

45) Morgagni Epist. XXVI. 29. (in phthisi) — Portal *Cours d'anatomie medicale. T.* 3. p. 373. (in viro dyspnoea et hydrothorace laborante).

46) Morgagni Epist. VIII. 11. (in maniaco) — Hodgson l. c. p. 553.

47) Portal l. c. p. 354. 373.

48) Bonet Sepulchr. anatom. Lib. VI. Sect. 3. Obs. 22.

49) Stahl vena portarum, porta malorum (saltem suspicio).

50) Vesalius de fabrica corporis humani. Lib. II. Cap. XV. p. 662.

51) Dyson *Memoirs of the medical society of London. Vol.* 3. *Lond.* 1792. p. 556.

52) Wedel Physiologia reformata. — Stange v. Stahl l. c. p. 29. — Lieutaud Historia anatom. medica.

§. LXXXI.

Caussae.

Praedisponentes. 1. Varix, interdum congenita [53]), saepe haereditaria [54]), sexui femineo [55]), senibus, hominibus vitam sedentariam ducentibus, aut opificia stante pede perficientibus [56]), plicosisque praecipue addicta est.

Excitantes. 2. *Excitant* varices graviditas [57]), partus [58]),

53) Cortier *Précis d'observations de chirurgie. Lyon* 1802. p. 134. v. *Samml. auserl. Abhandlungen f. prakt. Aerzte.* 21. *B.* 2. *St.* p. 149.

54) „Senem nobilem Bruchsaliae cognovi (Liber Baronet. Deyring) fere perpetuo somno correptum, caeterum sanum, cui omni fere anno varices rumpebantur sponte ad crura, cum magno levamine. *Filius* hujus viri, non minus fuit somnolentus, cum varicibus faciei." Ex Schedis Patris mei; qui ipse, ut dixi, magnis varicibus crurum laboraverat, quas et ego, licet longe minori hucusque in gradu, patior.

55) Feminas etiam praeter graviditatem varicibus obnoxias esse, rite monet Storch l. c. p. 103.

56) „. . . *on voit souvent des varices à l'hôspital de St. Louis, sur des maçons, des soldats, des danseurs de corde.*" Montfalcon l. c. p. 13.

57) Haase diss. de gravidarum varicibus. Lips. 1781. — Birkholz de quibusdam gravidarum varicibus. Lips. 1782. — Lützelberger diss. de symptomatibus quibusdam gravidarum, praecipue de varicibus et oedemate pedum. Jenae 1791. — Bh. H. Brasse diss. de varicibus, praesertim gravidarum. Berol. 1819. c. tab. aen.

tus [58]), faeces durae in intestinis collectae [59]), cibus nimius et flatus illa distendentes, fasciae et vestes corpus arcte circumdantes [60]), contusiones, fracturae, exostoses, fumus carbonum sub vestibus evolutus, ignis caminorum cruribus prope admotus, glandulae mesenterii, pulmonum volumine auctae, vitia cordis aliorumque viscerum, respiratio, per cantum, flatum tubarum, longa oratione, suspensa; ponderum gestatio [61]) et animi pathemata [62]).

3. *Caussam proximam* varicum alii in sanguine pigro, crasso ac denso, melancholico et atrabilario [63]), alii in systematis venosi debilitate, alii in mechanica parietum venarum dilatatione, alii in praegressa phlebitide, quaerunt. Ultimae opinioni maxime faventes, reliquas tamen non plane excludimus. Proxima.

§. LXXXII.

Diagnosis. Prognosis.

1. Dilatationem venarum *fugacem*, caussâ caloris, motus, impedimenti transitorii cruoris ortam [64]), Diagnosis.

58) Exempla varicum, sub ipso partus opere natarum, habentur apud Storch l. c.

59) Thom *Erfahrungen und Bemerkungen.* p. 51.

60) J. P. Frank l. c. p. 75.

61) „In bajulorum et gravidarum tibiis, inquit Gilibert, *varices nodosae* observantur" l. c.

62) Albertini l. c. p. 388.

63) Opinio veterum.

ortam [64]), a permanente illa, quae varicibus propria est, distinguere vellemus. Distinctionem autem inter *dilatationem venae* et *varicem* [65]), utpote lusu verborum et falsis praemissis superstructam, arbitrariam et utilitate destitutam, non admittimus. Magni vero momenti divisionem varicum, in *externas* et *internas*, inque illas quae ex vitio aut *universi systematis venosi*, aut *partis illius* oriuntur, facimus. In varice externa dijudicanda *varicis aneurysmaticae* [66]) memores esse juvabit. *Varicum internarum* suspicio alitur, ubi partem externam, cum internis, continuam, venulis varicosis obtectam, ac symptomata visceris aegroti, quae facile huic caussae tribuantur, conspicimus [67]).

2. *Va-*

64) „Praeter mechanicas passivas, inquit Gilibert, aliam speciem novi, et novit Stahlius, (in qua (varice) vera adest energia naturae, in hystericis observanda. In hoc casu varices numerosae inveniuntur in cruribus, brachiis, prorsus evanidae post aliquot dies.“ l. c.

65) Puchelt (l. c. p. 174.) sequentem distinctionem stabilivit: in *dilatatione venarum* 1° tumor cylindricus, 2° sedes in venis majoribus, 3° malum indolens, 4° partes vicinae in consensum haud trahuntur et 5° morbus chronicus. In *varice:* 1° tumor globosus, 2° sedes in venis minoribus, 3° malum dolens, 4° in partibus vicinis rubor et tumor excitatur et 5° morbus acutus.

66) Cap. XVI. §. LXV. N. 1. (94).

67) J. P. Frank (l. c. p. 72.) addit: „Frequenter in

2. *Varices externae* parvae, ac a caussis localibus venientes 68), pericula vix minantur et aliquando critica sunt 69), et calvitiem impediunt 70): Prognosis.

senibus, copiosis oculi albugineam varicibus obsessam, ac morbi soporosi, apoplexiae imminentis vestigia simul observavimus: ubi facile ad eandem venarum cerebri, quam oculorum ea apparuit, conditionem conclusimus. Sub dysphagia, cardialgia, vomitu chronico, interdum cruento, inprimis periodico, quorum aliam, quae magis satisfaciat, rationem non detegimus; ubi venulae pharyngis quamplurimum varicosae cernuntur, — si eundem venarum oesophagi ventriculi statum esse suspicamur, non semper a vero aberrabimus. In colicis doloribus, tensione abdominis, si recti intestini venas turgere videamus, aliarum caussarum defectu, non sine fundamento ad abdominis infarctum localem venosumque concludimus. Sub tumente ex venis haemorrhoidalibus recto, si urinae vel retinendae, vel mittendae difficultas periodice recurrat, sat aequo judicio in venarum, quae vesicam, aut istius cervicem exornant, habitu varicoso, aut saltem infarctu sanguineo, morbi caussam collocabimus."

68) e. c. in gravidis: „a partu absoluto hae varices disparent; sed frequentior, brevi spatio annorum graviditas, has denuo venas in tumorem attollit." J. P. Frank l. c. p. 74.

69) Memorabilis est aphorismus Hippocratis (Sect. VI. Aph. 21.): „insanis, si *varices* vel haemorrhoides supervenerint, insaniae solutio." Confirmatur iste aphorismus praecipue ab observationibus Rolfinkii in med. consil. Lib. II.

diunt [70]): secus autem magnae et cum morbis universi systematis cohaerentes. Hae enim si negligantur, haemorrhagiis interdum lethalibus [71]), et, praeviis repetitis inflammationibus, ulceribus varicosis [72]), fungo, inprimis haematodi, ansam praebent. *Internae varices* pro loci, quem occupant, pro caussae unde descendunt, ac pro suae extensionis ratione, periculi plerumque plenae sunt [74]). Caeterum in varicibus, tum externis tum internis, natura, veluti in aneurysmatibus, pericula interdum arcet [75]).

§. LXXXIII.

70) „Quicunque calvi sunt, his varices magnae non fiunt. Quibuscunque vero calvis varices accedunt, hi rursus hirsuti sunt." Hippocratis Aph. Sect. VI. Aph. 34. — Pater meus in juventute galericulum capiti adoptaverat, in senio, magnis comparentibus, ut dixi, varicibus, illud rejicere potuit. Ipse magnam ad calvitiem dispositionem quondam habui, ast quo magis nunc in cruribus meis varices evolvuntur, eo magis mihi crines, saltem ad occiput, succrescunt. — Nexus inter varices et crines etiam in plicosis animadvertitur.

71) Mortem subitaneam ex rupta varice pedis in gravida observavit Storch (l. c. p. 109. 110.) ac similem casum ex Germanni observatione (Miscell. nat. cur. Dec. I. A. 3. Obs. 204.) refert de gravida.

72) Heister Institut. chirurg. P. II. p. 1101. — Bernstein *Handbuch für Wundärzte*, verbo, *varix*.

74) Baglivi Prax. med. Cap. XI. de occultis et lethalibus viscerum varicibus.

75) Pulchre ait Gilibert (l. c.): „In aliis (varicibus)

§. LXXXIII.

C u r a.

1. *Curam varicum externarum* chirurgis relinquimus cum monitu, eas non esse dispellendas, dum cum vitio universi systematis cohaerent [76]). In genere quaevis externa varix, nisi doleat, aut exercitio functionis cujusdam obstet, naturae committenda est. Attamen si nimis alicubi promineat, cum lamina aut plumbea, aut chartacea [77]), superimposito huic emplastro, obtegi potest. Forte etiam *argilla* adhiberi meretur. Ubi tumor ruptionem minatur, fasciae vino madidae involvitur [78]). *Tibialia* ex pelle, quae ad libitum stringi et relaxari queunt, adhibemus. Suadentur quoque *lotiones adstringentes* *) Varicis externae.

 alu-

etiam natura sicuti in aneurysmatibus, *saccum illinit stratis lymphaticis, densis, quae rupturam impediunt.*

76) Non semper tutum esse varices dispellere, monuit Storch (l. c. p. 107.) ex hypothesi quidem, quod natura materiam morbosam in illas deponat; meretur tamen res ipsa, ob alias rationes, medicorum attentionem. Cfr. P. III. Vol. I. de haemorrhoidibus ani.

77) Germanice *Pappendeckel.*

78) Storch l. c. Ettmüller Opp. T. II. p. 814.

*) Dürr in Hufeland's *Journ. d. pr. Heilk.* 1823. *Mai.* p. 47. (Adversus varices gravidarum: R. Corticis ulmi camp. Rad. tormentillae ââ unc. unam. coq. c. Vino rubro. Sub finem adde herb. Cicutae unc. unam. col. libr. unius adde sacch. saturni drachmam unam cum dimidia. Spir. formic. uncias quatuor.

alumen purum [79]), sal *ammoniacum* [80]), *venae sectio* [81]), *varicis punctio* [82]), *incisio* [83]), *excisio* [84]) et *ligatura* [85]). Vitâ periclitante, nisi *compressio varicis* sufficiat, illi *ferrum candens* [86]) applicandum.

Varicis internae.

2. *Varicum internarum cura*, praeceptis, sanguinem a loco affecto revellendi, venae rupturam impediendi, aut, si ea jam facta sit, illius obliterationem promovendi, innititur. Quo pacto istis indicationibus, modo per *venae sectionem* et *hirudines*, modo per *resolventia* et *eccoprotica*, modo

M. — Formula haec saltem simplicitate non peccat!).

79) „R. Aluminis, salis communis, fructuum acaciae. Haec coque in aceto acerrimo. Spongia hoc aceto ebria pro fomento applicetur, mane et vesperi, loco varicoso et ita arctissime deligetur per mensem integrum. Postmodum, ubi exsiccatae apparent varices; removenda est spongia et solum stricte per quinque vel sex menses locus varicosus est ligandus, donec omnino dispareat." Ettmüller l. c.

80) Richter's *chirurg. Biblioth.* 4. *B.* p. 541.

81) In varicibus sanguinem mittebat Heister (l. c.) victus regimen ordinabat et fasciam repellentem. Sine hac, varices meae, quoties venam saphenam aperire curo, eo in latere imminuuntur.

82) Ettmüller l. c. (cum acu aurea, aut argentea).

83) Petit l. c.

84) Celsus Lib. VII. Cap. 4.

85) Everard Home, Travers.

86) Celsus l. c. „Vena omnis, ait, quae noxia est, aut *adusta* tabescit, aut manu exciditur."

modo per *adstringentia* et *tonica* satisfaciendum sit, in cura morborum cerebri, medullae spinalis, oculorum, tracheae et pulmonum docuimus, et in illa morborum tubi intestinalis, viscerum uropoieticorum et partium genitalium, docebimus.

Caput XX.

De haemorrhagiis.

§. LXXXIV.

Definitio. Literatura.

1. Sanguis cum vehementia et celeritate, vel exterius, vel in corporis cavum prorumpens, *haemorrhagiam**) constituit. Idem phaenomenon, quatenus sine impetu, copiâ minore et guttatim, praeter leges sanitatis contingit, *sanguinis stillicidium* dicitur. Definitio.

2. Haemorrhagiarum doctrinam explanarunt Doldius[1]), Neudorfer[2]), Cajus[3]), Matisperger[4]), Literatura.

*) A Graec. αἷμα, sanguis, et ῥήγνυμαι, erumpo. Lat. Sanguifluxus. Germ. *Blutflüsse.* Gall. *Hémorrhagies.* Angl. *Haemorrhages, flux of blood.*

1) Diss. de omni sanguinis profluvio. Basil. 1594.

2) Diss. de haemorrhagia, seu fluore sanguinis. Basil. 1597.

3) Diss. de sanguinis effusione. Venet. 1607.

PERGER [4]), MÜLLER [5]), GÜNTHER [6]), PAULIS [7]), FINK [8]), MICHAELIS [9]), SCHLEGEL [10]), MOEBIUS [11]), KOZAK [12]), AMMANN [13]), BORRICHIUS [14]), MEIBOMIUS [15]), LANGIUS [16]), VERRYN [17]), MEMMIUS [18]), EDAMS [19]), PINKER [20]), HEUSCH [21]), VAN DER BERGH [22]), STAHL [23]), BIERMANS [24]), HELVETIUS [25]), FR. HOFFMANN [26]), ALBERTI [27]), BÜTZER [28]),

4) Diss. de haemorrhagia. Basil. 1620.

5) Diss. de haemorrhagia. Tübing. 1625.

6) Diss. de haemorrhagia. Lipsiae 1627.

7) Diss. de haemorrhagia. Hafn. 1629.

8) Diss. de haemorrhagia. Hafn. 1629.

9) Diss. de haemorrhagiis. Lipsiae 1636.

10) Diss. de haemorrhagia. Jenae 1640.

11) Diss. de haemorrhagiis ejusque speciebus principalibus. Lips. 1652.

12) De haemorrhagia. Ulm. 1666.

13) Diss. de haemorrhagia. Lips. 1667.

14) Diss. de haemorrhagia. Hafn. 1682.

15) Diss. de haemorrhagiis. Helmst. 1684.

16) Diss. de haemorrhagiis. Lips. 1685. Opp. Vol. III, p. 224.

17) Diss. de haemorrhagia. Leid. 1687.

18) Diss. de haemorrhagiis. Basil. 1690.

19) Diss. de haemorrhagia in genere. Leid. 1692.

20) *Vom Blutfluſs. Dresden* 1701.

21) Diss. de haemorrhagia. Leid. 1703.

22) Diss. de haemorrhagia. Lugd. Bat. 1704.

23) Progr. de consulta utilitate haemorrhagiarum. Hal. 1704.

24) Diss. de haemate et haemorrhagia. Leid. 1704.

25) *Traité des pertes de sang. Paris* 1706. 2. *édition.*

26) De haemorrhagiarum genuina origine atque cura-

tzer [28]), Hagemann [29]), Goebel [30]), Wedel [31]), de Pré [32]), Juch [33]), Junker [34]), Gaelike [35]), Schwarzmann [36]), Crell [37]), Hieronymus [38]), Heben-

tione ex principiis mechanicis. Hal. 1697. — Diss. compendiosa et clinica praxis haemorrhagiarum cum cautelis. Hal. 1708.

27) Diss. pathologica haemorrhagiarum. Hal. 1704. — Diss. de haemorrhagiis criticis. Hal. 1710. — Diss. de adstringentium perverso usu et effectu in haemorrhagiis. Hal. 1729. — Diss. de haemorrhagiarum statu praeternaturali. Hal. 1735. — Diss. de haemorrhagiarum complicatione. Hal. 1752.

28) Diss. de haemorrhagiis in genere. Harder. 1712.

29) Diss. de haemorrhagiis in genere. Regiomont. 1713.

30) Diss. de haemorrhagia generatim et speciatim narium. Ultraj. 1717.

31) Diss. de haemorrhagia. Jen. 1718.

32) Diss. de haemorrhagiis in genere. Erf. 1721. — Diss. de natura prudentia medica dirigenda. Erf. 1725.

33) Diss. de haemorrhagia. Erf. 1729. — Diss. consideratio haemorrhagiarum, tam ad theoriam quam ad praxin. Erf. 1735.

34) Diss. de motuum augmento, post haemorrhagias tam naturales quam artificiales, saepius observando. Hal. 1734. — Diss. de haemorrhagiis naturalibus generatim consideratis. Hal. 1739. — Diss. de quadruplici haemorrhagiarum naturalium respectu. Hal. 1746.

35) De vera methodo curandi haemorrhagias spontaneas excedentes. Francf. ad Viadr. 1741.

36) Progr. de haemorrhagiis naturalibus et morbis cum iis cohaerentibus. Mogunt. 1742.

HEBENSTREIT 39), BÜCHNER 40), STENHUYS 41), VAN WAGENINGER 42), KALTSCHMID 43), BAUMER 44), BOEHMER 45), CALVET 46), KOCH 47), SCHOENMETZEL 48), GMELIN 49), LUDWIG 50), KIRKLAND 51),

37) Diss. de sanguinis jactura. Helmst. 1744.

38) Diss. de haemorrhagiis. Erford. 1748.

39) Progr. specimina XVII. de haemorrhagiis criticis. Lips. 1749.

40) Diss. consideratio generalis pathologiae haemorrhagiarum. Hal. 1750. — Diss. de notis haemorrhagias praesagientibus. Hal. 1755. — Diss. de salubritate haemorrhagiarum in mitigandis deliriis. Hal. 1756. — Diss. de difficultatibus circa promotionem haemorrhagiarum naturalium obviis, earumque caussis. Hal. 1757.

41) Diss. de haemorrhagiis in genere. Groening. 1753.

42) Diss. de haemorrhagiis spontaneis in genere. Lugd. Bat. 1754.

43) Diss. de methodo haemorrhagias vulnerum sistendi. Jen. 1756.

44) Diss. de eo quod in haemorrhagiis proprium est et commune. Erford. 1758.

45) Diss. de haemorrhagia suppuratoria. Hal. 1759.

46) Diss. de haemorrhagiis internis. Avenioni. 1761.

47) Diss. de spiritu vini rectificatissimo, tanquam medicamento ad sistendas haemorrhagias optimo. Hal. 1762.

48) Diss. de haemorrhagiis. Heidelb. 1762.

49) De probato tutoque usu interno vitrioli ferri factitii adversus haemorrhagias spontaneas largiores. Tübing. 1763.

50) Progr. de nimiis haemorrhagiis, causa debilitatis in morbis. Lips. 1763.

LAND [51]), BOHN *), TESSORI **), REBENSCHEID [52]), STRUVE [53]), KOSTER [54]), NONNE [55]), LINNAEUS [56]), BALDINGER [57]), NIEMANN [58]), STEIDELE [59]), KRAUSE [60]), DOUGALL [61]), SAYERS [62]), MAYER [63]), SZKROCHOWSKI [64]), RITTER [65]), TAYLOR [66]), SCHMIDT [67]),

51) *Essay on the method of suppressing haemorrhagies from divided arteries.* *Lond.* 1763.

*) Diss. de haemorrhagia. Lips. 1764.

**) Sanguinis fluxus multiplex. Venetiis 1765.

52) Diss. de diversis sanguinem sistendi artificiis. Duisburg. 1766.

53) Diss. de haemorrhagiis. Kiloniae 1766.

54) *Verhandeling over bloedstorting.* *Leyd.* 1768.

55) Diss. an in haemorrhagiis lenia purgantia prosint? Erford. 1768.

56) Diss. de haemorrhagiis ex plethora. Upsal. 1772. v. Amoen. Acad. Vol. IX. N. 181.

57) Diss. haemorrhagiarum therapia. Jenae 1772.

58) Diss. de potentia animata morbifica, variarum haemorrhagiarum causa. Hal. 1772.

59) *Abhandlung von Blutflüssen.* *Wien* 1776.

60) Diss. de haemorrhagiarum pathologia. Lips. 1777. — Diss. de remediis haemorrhagiarum externarum. Lips. 1778.

61) Diss. de haemorrhagiis. Edinb. 1778.

62) Diss. de haemorrhagia. Edinb. 1782.

63) Diss. saluberrimus aquae frigidae externae applicatae in sistendis haemorrhagiis internis. Francf. ad Viadr. 1783.

64) Diss. de haemorrhagia. v. EYREL diss. STOLLII. Vol. I. !

65) Diss. de haemorrhagiarum pathologia, semiologia et therapia in genere. Marb. 1785.

Schmidt [67]), Felix [68]), Birg [69]), Langford [70]), Engelhart [71]), Fr. Hufeland [72]), Klose [73]), Krimping [74]), Panzani [75]), Boehmer [76]), Haller [77]), Klevesak [78]), Vogel [79]), Klingharz [80]), Garnier [81]), Kergel [82]), Rey [83]), Chrétien [84]), Jusse-

66) Diss. de haemorrhagiis. Edinb. 1787.

67) Diss. de varia haemorrhagias dijudicandi ratione. Helmst. 1788.

68) Ep. de haemorrhagia pro critica evacuatione aestimanda. Viteb. 1789.

69) Diss. remediorum glutinosorum in sistendis haemorrhagiis vis et virtus. Hal. 1791.

70) Diss. de haemorrhagiis. Edinb. 1791.

71) Diss. de haemorrhagiis. Lundunae 1794.

72) Diss. sistens pathologiae atque therapiae haemorrhagiarum adumbrationem. Jen. 1795.

73) Diss. profluvii sanguinis pathologia et therapia generalia. Francf. ad. Viadr. 1797.

74) Diss. de haemostaticis mechanicis. Hal. 1797.

75) *Considerazioni patologiche intorno alle cause e fenomeni dell'emmorragie. Venezia* 1799.

76) Diss. pathologica haemorrhagiarum in universum spectata. Viteb. 1799.

77) Diss. de haemorrhagiis. Helmst. 1800.

78) Diss. de fluxionibus sanguinis. Gies. 1800.

79) *Handbuch zur Kenntniſs und Heilung der Blutflüsse. Stendal* 1801.

80) Diss. de signis haemorrhagias praesagientibus. Erf. 1802.

81) *Dissertation sur les hémorragies considérées en général. Paris* 1802.

82) Diss. de haemorrhagiis in universum. Jenae 1802.

usserandot[85]), Meyer[86]), Tresling[87]), Woll-
kopf[88]), Spangenberg[89]), Jones[90]), Kelch[91]),
Boux[92]), Legoues[93]), Lordat[94]), Latour[95]),
Pinel et Bricheteau[96]), Boyer[97]), W. Rehm*)
et F. W. K. Schulz**).

§. LXXXV.

83) *Essai sur les hémorragies produites par des causes externes.* Paris 1803.

84) *Essai sur les hémorragies actives, considérées chez l'enfant, l'adulte, et le vieillard.* Paris 1803.

85) *Essai sur les hémorragies actives du système muqueux.* Paris 1804.

86) *Systematisches Handbuch zur Erkenntniſs und Heilung der Blutflüsse.* Wien 1804.

87) Diss. de sistendis haemorrhagiis. Groen. 1804.

88) *Untersuchungen über die Erscheinung, Bildung und Heilung der Blutflüsse.* Leipz. 1805.

89) *Ueber die Blutflüsse in medicinischer Hinsicht.* Braunschweig 1805.

90) *Treatise on the process employed by nature in suppressing the haemorrhage from divided and punctured arteries, and on the use of ligature.* London 1805.

91) *Ueber das Wesen der Heilung der Haemorrhagien.* Kopenhagen 1806.

92) *Quelques considérations sur les hémorragies par lésion physique des vaisseaux.* Paris 1807.

93) *Essai sur les hémorragies.* Paris 1808.

94) *Traité des hémorragies.* Paris 1808.

95) *Histoire philosophique et médicale des causes essentielles immédiates ou prochaines des hémorragies.* Orléans 1815.

96) *Dictionaire des sciences médicales.* T. XX. p. 339.

97) Ibidem p. 371.

*) Diss. momenta quaedam ad pathologiam et nosolo-

§. LXXXV.

Symptomata. Autopsiae cadaverum.

Symptomata prodroma. 1. „Dum haemorrhagiae non illico ingruunt, ad ea quae oculis patent loca, *congestio*, venarum inflatio, intumescentia levis, aut rubor longe lateque circa partem, ex qua sanguis prodibit, observantur; atque tum his in locis tum ad partes profundas ac nobiles, quae sanguinem expellent, plenitudinis, repletionis molestae, tensionis, titillationis, pruritus, caloris sensus, — interdum certus horroris gradus, cui calor, pulsus frequens, plenus, subdurus ac vere febrilis succedunt, observantur" [98]).

Symptomata constituentia. 2. „Pro ipsius vero sauciati canalis hiatu, ac fugientis vitalis undae diametro, celeritate ac impetu diversis, — pro varia partis, quae sanguinem aut rejecit, aut, effusum, coacervat, indole, functione, — pro causae, quae profluvium induxit, diversitate, — pro sexus, aetatis, constitutionis ratione, alia aliaque, sub hac *praesentis* haemorrhagiae periodo, *symptomata* nascuntur" [99]). Ubi gravior urget cruoris jactura, mox

giam haemorrhagiarum venosarum spectantia, Marb. 1816.

**) Diss. de haemorrhagiis, ischaemiam supplentibus, adnexa hist. morbi, singularem casum exhibente haemathidroseos et gastrorrhagiae vicariae. Vratisl. 1822.

98) J. P. FRANK Epitome. Lib. V. P. II. p. 95.

99) ibidem p. 97.

mox summa anxietas suboritur; succedunt visus obnubilatio, oscitationes frequentes, vomitus, tinniunt aures; lipothymiae et facile convulsiones scenam claudunt lethales. Sanguis ita amissus interdum est solito spissior, aut fluidior, quin tamen analysis chemica differentiam in partibus ejus constitutivis demonstrare hucusque potuerit [100]). Quanta nonnunquam cruoris copia amittatur, ex doctrina speciali haemorrhagiarum elucet [1]).

Autopsiae cadaverum.

3. Ex specialibus quoque haemorrhagiarum tractatibus, phaenomena per autopsiam cadaverum emergentia, elucent. Elucet nimirum, modo arterias, modo venas, modo utrasque sanguinem largiri, et quidem saepe sine illorum vasorum erosione [2]). Dari cadavera, sanguinem fundentia, fasti medici docent [3]).

§. LXXXVI.

100) Deyeux et Parmentier *sur l'analyse du sang.*

1) P. II. Vol. I. Sect. II. Cap. XXVII. §. CXXXV. 2. — P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. IX. §. XXXVIII. 1.

2) Bichat (*Anatomie générale. T. 2. Paris* 1801. p. 563.) ait: „*J'ai très souvent ouvert des sujets morts pendant une hémorragie; j'ai eu occasion d'examiner, sous ce rapport, les surfaces bronchiques, stomacales, intestinales et utérines; jamais la moindre trace d'érosion ne m'y a paru sensible, malgré la précaution de laver exactement les surfaces, de les laisser macérer et de les examiner même à la loupe.*"

3) Riedlin Millenarius. N. 983. — Eph. Nat. Cur. Dec. III. A. 4. Obs. 31. — Garmann de miraculis

§. LXXXVI.

C a u s s a e.

Praedisponentes.

1. *Disponunt* ad haemorrhagias, conditio peculiaris corporis [4]), saepe haereditaria [5]), tempora

mortuorum. — HAGENDORN Cent. III. Obs. 45. — PELARGUS *medicinische Jahrgänge.* 3. *B.* p. 377.

4) Ex levibus vulneribus magnae haemorrhagiae describuntur a FORDYCE (*Sammlung auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 11. *B.* p. 477.). Sic filius quatuor annorum Dni. KRASSOWSKI, Adjuncti universitatis Vilnensis, quoties illi hirudo una alterave apponitur, toties in haemorrhagias vitae insidias struentes incidit. Lethales a hirudinibus haemorrhagiae describuntur in Actis R. Societ. Havniensis. Vol. II. Obs. 126. — in Ephem. Nat. Cur. Dec. II. A. 2. Obs. 142. Cfr. etiam HEIM in HORN's *Archiv f. med. Erfahrung.* 1810. *Novembr.* p. 339. PAULET in *Journal gén. de méd. T. XXXII.* p. 269. — Quisne infantes et feminas non cognosceret, in quibus ex levissimo etiamsi attactu, haemorrhagiae illae cutaneae nascuntur, quae *ecchymomata* dici solent? — Altera ex parte homines observantur, qui ipsas graves laesiones, sine sanguinis jactura, sustinere valent; e. c. evulsionem manus (Nov. acta Nat. Cur. T. IV. Obs. 51.), et brachii (*Philosophical Transact. N.* 449. — *Mém. de la société médic. d'emulation a. V.* p. 216.), laesionem arteriae (*Philosoph. Transact. Vol. LX.*) etc.

5) De haemorrhagiis per plures generationes protractis lege OTTO *Account of one haemorrhagic disposition existing in certain families*, in *the med. and physic Journ. for* 1808. *July.* et HUFELAND's *Journ.* 1810. *May* p. 116. atque *Sept.* p. 124. Cfr. NASSE in HORN's *Archiv f. med. Erfahrung* 1820. 1. *B.* p. 385—434.

pora aequinoctialia [6]), certae annuae constitutiones [7]), sexusque sequior. Cuique porro aetati speciales haemorrhagiae propriae sunt [8]).

2. Ex

6) Fr. Hoffmann med. rat. systema. T. IV. P. 2. §. 4.

7) Et ego observationem Melitschii (Stark's *Archiv f. die Geburtshülfe.* 3. *B.* 4. *St.*) haemorrhagias interdum *epidemice grassari*, confirmatam habeo. Quoties id acciderat, erat atmosphaera praeter modum aut sicca aut humida. Suspicor hinc *electricitatem* hac in re praecipuam scenam ludere. Atque hic desiderium, ut experimenta circa electricitatem sanguinis et illius cum electricitate atmosphaerica rationem, ulterius prosequantur, reticere nequeo. Si enim verum sit, quod Vasalli (v. Bellingeri *sulla elettricità del sangue nelle malattie* — in *Annali di medicina compilati dall'* Omodei 1819. *Aprile*) contendit: 1° sanguinem generatim habere electricitatem positivam illamque solum vigentibus inflammationibus cum negativâ commutare, — 2° sanguinem plus quam par est electricitatis possidentem corium haud formare, — et 3° sanguinem parum electricum partem fluiditatis suae amittere, ideoque magis spissum et tenacem evadere; — haec, inquam, si vera sint, amplus pro phaenomenis in congestionibus, inflammationibus et haemorrhagiis obviis, explicandis aperitur campus. Utinam ille a zizaniis, hypothesibus videlicet, liber manere possit!

8) „Sic pueris, nasus, — juvenibus, pulmones, ventriculus, — alvus, vesica, adultis, cruorem facilius, quam partes aliae fundunt. Jam senes, iterum ad nares, sed maxime ad cerebrum . . . . sanguinem emittunt." J. P. Frank l. c. p. 94. — Aurea verba de morbis aetatum Hippocrates (Sect. III. Aph. 27. 29. 30.) protulit.

Excitantes.

2. Ex speciali haemorrhagiarum doctrina palam fit illas *excitari* a caussis quae vasa sanguinea aut mechanice [9]), aut chemice [10]), aut modo mixto, laedunt; — ab obstaculis quae liberam et aequalem cruoris per universum corpus distributionem impediunt; — a plethora [11]), a potu liquorum fermentatorum [12]), a calore [13]) et frigore [14]), inprimis aestuante corpore suscepto, ab aëris raritate [15]), a cursu, saburris, bile, vermibus intestinalibus, contagiis, febribus, exanthematibus, a methodo alexipharmaca [16]), seu exci-

9) E. c. *scarificationes*, lethali cum eventu institutae (Eph. Nat. Cur. Cent. IX. Obs. 8.).

10) E. c. *arsenicum* (HILDENBRANDT in HORN's *Archiv f. med. Erfahrung*. 1811. *Sept.* p. 317.).

11) Sic maxima testatur medicorum pars.

12) Vere monuit STAHL (l. c.) haemorrhagias non sub ipsa ebrietate, sed altero demum die, postquam universus impetus quorumlibet reliquorum e vino incommodorum satis requisite subsedit, contingere.

13) E. c. balneorum (RITTER in HUFELAND's *Journal der pr. Heilk.* 7. *B.* 3. *St.* p. 67.).

14) „*Les soldats de l'armée françoise en Russie* (1812) *étoient saisis d'hémorragies qui se montroient sur les différentes parties du corps, sur les mains, sur les jambes, sur les joues, au nez et à la bouche* . . .“ KERKHOFFS *observat. médical. Mastricht* 1813. p. 56.

15) SAUSSURE *Voyage au Montblanc.* — HUMBOLDT in VOIGT *Magazin der Naturkunde.* 5. *B.* p. 474.

16) Ephem. Nat. Cur. Dec. III. A. 9 es 10. Obs. 108.

excitante [17]), a morsu serpentum [18]), et maxime ab animi pathematibus [19]).

3. Suffecerat HIPPOCRATI nosse haemorrhagiarum caussas praedisponentes et excitantes [20]), signa [21]), effectus [22]), et curandi rationem *). Posteritas autem et *caussam* haemorrhagiarum *proximam*, explicare conabatur per leges hydraulicas [23]), per conditionem acrem et corrosivam sanguinis [24]), per archaeum nimiam cruoris copiam eliminantem [25]), per principia mechanica [26]), per salutare naturae conamen [27]), per vim a tergo [28]), Proxima.

17) Tempore methodi Brunonis, quot non observabantur haemorrhagiae, quibus natura benefica, artis maligna conamina vincere conabatur!

18) NICANDER, theriaca, versus 282. (colubri lebetini).

19) NIEMANN l. c.

20) Aph. Sect. III et V.

21) Prorrhet. et Praenot.

22) Praedict. 1. 150. 152. Coacae 311.

*) Aphor. V.

23) SORANUS, ERISISTRATUS, CAELIUS AURELIANUS, ARETAEUS et quodammodo GALENUS.

24) PARACELSUS.

25) VAN HELMONT.

26) HALLER Elem. phys. T. II. Cfr. ARNOLD GULICH meditationes theoretico-practicae de furore haemorrhoidum internarum. Lugd. Bat. 1733.

27) STAHL l. c.

tergo [28]), per debilitatem vasorum [29]), perque secretionem sanguinis morbosam [30]).

§. LXXXVII.

D i a g n o s i s.

D. sanguinis. 1. Ne omnis humor, ob id quod ruber est, illico pro *sanguine* declaretur! Celebrata hoc sub respectu sunt sic dicta *prodigia sanguinis* [31]), fabulae scilicet solis sanguinei [32]), pluviae sanguineae [33]), crucium purpurearum in aëre [34]), lapidum sanguineorum [35]), aquarum sanguinearum [36]), panis cruenti [37]), plantarum sanguine adsper-

28) Frid. Hoffmann l. c.

29) Brown Elem. med.

30) Jam Stahl hujus opinionis fundamenta posuisse videtur. Illam J. Hunter (*vom Blute*) clare exposuit. Secuti sunt J. P. Frank et Bichat l. c.

31) Diss. de prodigiis sanguinis, auctore Stark, praeside Beckmann. Francf. ad Viadr. 1676.

32) Conr. Lycosthenis Prodigiorum ac ostentorum chronic.

33) Strada Dec. I. Lib. 7. — Gassendus in vita Peirescii. Lib. II. p. 270.

34) Michael Sachse *Kaiserchronik.* p. 4. f. 371.

35) Lavacrum conscientiae. Cap. 15. — Nauclerus Vol. 2. gener. 34.

36) Calvisius in Opp. chronol. Fol. 583. — Herold *im Wunderbuche. Fol.* 349. (Fons sanguinis qui A. 933. Genuae fluxit). — Joh. Phil. Abelin chron. cont. ab A. 29. ad A. 33. Fol. 486. A. 1624. (Sanguis in fossis Lipsiensibus). — Walther *Blutpredigt.* p. 5. (Hu-

adspersarum [38]), aliaeque [39]). Praesentia sanguinis ex coagulo, quod ope caloris vel acidorum mineralium obtinetur, dignosci solet. Certitudo non nisi per analysin chemicam [40]) acquiritur, quam vero synthesis hucusque confirmare haud potuit [41]).

2. *Haemorrhagiam internam* [42]) denuntiant morbi arteriarum et venarum praegressi, virium repen- D. haemorrh. internarum.

Ee 2

sumi in Holsatia glacies guttis sanguineis adspersa apparuit).

37) L. Martio et Sexto Julio Coss. cum bellum italicum consurgeret, Arretii frangentibus *panes* cruor è mediis fluxit, Op. Jul. Obsequent. de prodigiis. C. 114. — Cfr. Wolfius lect. mem. T. I. Fol. 311. et 346. et T. II. F. 556 et 559. — Walther l. c.

38) Stark l. c. p. 27.

39) Hume *history of London. Vol. V.* p. 275. 276. 278.

40) Recentiores analyses chemicae sanguinis debentur Berzeljo (*Afhandlingar i Fysik. D.* 1.), Brandio (*Philosoph. Transact. for the Y.* 1812.), Ever. Home (ibid. *for the Y.* 1818 et 1820.), Davy (ibid. *for the Y.* 1814.).

41) *Sanguinis formationem artificialem*, ex albumine, aqua, sale culinari et phosphate ferri albo, ope columnae galvanicae, Grindel promiserat (Hufeland's *Journal* 1811. 8. *St.* p. 98—103. et 1812. 2. *St.* p. 99—114.). Ejusdem refutatio a Dr. Fischer invenitur in Schweigger's *Journal f. Chemie u. Physik.* 9. *B.* 4. *Heft.* p. 339—400.

42) Calvet l. c.

repentinus lapsus, pallor, pulsus exilis vel nullus, convulsiones, lipothymiae et mors [43]).

Divisio haemorrh. in primarias et symptomatica.

3. Cavendum ne profluvium sanguinis, quatenus quammaxime attentionem nostram attrahere solet, illico pro *morbo primario* habeamus; enim vero illud saepe aliorum morborum, praecipue inflammationum, sistit *symptoma*.

Haemorrh. traumaticae.

4. Inter haemorrhagias primarias illae eminent, quae ex cohaesione fibrarum soluta laesaque (per *diacrisin*), nunc vi mechanica externa, secante, pungente, contundente, lacerante (per *rhexin*); nunc erosione ab acribus (per *diabrosin*) oriuntur. Comprehendimus illas sub nomine *haemorrhagiarum traumaticarum*.

Haemorrh. ex obstaculis mechanicis.

5. Accedunt *haemorrhagiae ex obstaculis mechanicis*, quibus fit ut cruor, legibus hydraulicis obediens, in partes minorem resistentiam exhibentes, forte dilatatis ostiorum diametris (per *anastomosin*), vel sejunctis ab invicem fibrillis adhuc integris, quasi per cribrum (per *diabetesin*), ruat. Spectant huc haemorrhagiae, aut ex obliteratione, angustatione, dilatatione, ossificatione

43) Doctrina haemorrhagiarum internarum quoad encephalum — in tractatu de apoplexia; quoad pectus — in illo de pneumonorrhagia; quoad abdomen et pelvim in tractatibus de haemorrhagiis cavitatum peritonaei et uteri, exponitur.

tione ipsorum vasorum sanguiferorum; aut ex obstructione aliorum viscerum, ortum ducentes. — Interdum agitur minus de *obstaculo*, quam potius de *stimulo*, qui nervos, partem sanguinem fundentem adeuntes, in loco dissito irritat [44]); — tunc *haemorrhagia* dicitur *ex consensu*.

6. Sequuntur haemorrhagiae ex nimia sanguinis copia, forte ex ejus potestate plus quam par est irritante, venientes, quaeque statum inflammatorium cordis, arteriarum venarumque socium agnoscunt. Tali statu inflammatorio vigente, *cruor* non aliter quam lympha coagulabilis *secerni* videtur. *Haemorrhagiae* istiusmodi a nobis *inflammatoriae* dictae, ab aliis *activae*, *hypersthenicae*, vocantur. Haemorrhagiae inflammatoriae.

7. Magnam cum illis alunt affinitatem *haemorrhagiae*, quibus transspiratio suppressa ansam porrigit, *rheumaticae* dicendae. Haemorr. rheumaticae.

8. *Haemorrhagiae gastricae* amplectuntur profluvia cruenta, a saburris, a bile, a vermibus, a flatibus intestinalibus et a morbis viscerum abdominalium, excitata. Aliae hujuscemodi haemorrhagiarum ex consensu nervorum, aliae ex obstaculis mechanicis pullulant. Haemorr. gastricae.

9. Quivis imperii diatheseos arthriticae in cor, arterias et venas memor, non mirabitur, Haemorr. arthriticae.

non

44) Vide infra N. 8.

nos quoque *haemorrhagias arthriticas* agnoscere.

Haemorrh. scorbuticae. 10. *Scorbuticam diathesin* haemorrhagiis ansam porrigere neminem latet. Doctrinam ejusmodi haemorrhagiarum in tractatu de scorbuto exponemus, quo loco et *morbum maculosum haemorrhagicum* Werlhoffii ad trutinam vocabimus.

Haemorrh. atonicae. 11. Et meram vasorum *atoniam* sanguinis profluvia excitare posse, exempla haemorrhagiarum ex inanitione pullulantium, probant. *Haemorrhagiae* hujus generis sine scrupulo *passivae*, aut *asthenicae* vocari possunt. Ne vero atoniae ea symptomata adscribas, quae *ex terrore* propter conspectum sanguinis oriuntur! Ex animi etenim isto pathemate in qualicunque haemorrhagia pallor faciei, frigus et sudor extremitatum, tremor membrorum, palpitatio cordis, pulsus exilis, aliaque debilitatis summae signa obvenire possunt.

Haemorrh. nerveae. 12. Quae singula iterum docent, quantum sit imperium, quod systema nervosum in cor et vasa sanguinea exercet. Quoties *haemorrhagia* ex tali nascitur fonte, illa *nervea* dicenda.

Monitum. 13. Divisio haemorrhagiarum hucusque tradita, illam quae ab origine profluvii aut ex *arteriis*,

teriis, aut ex *veris* [45]), aut ex *vasis capillaribus* [46]), non excludit.

§. LXXXVIII.

P r o g n o s i s.

Boni effectus.

1. Bonos multarum haemorrhagiarum, omni aevo observatos effectus [47]), et nostra, potissimum

45) Saepius certe venae quam arteriae rumpuntur (HALLER Elem. Physiolog. T. I. p. 129.). Ast, quamvis venae eo loco ex quo sanguis fluit maxime soleant esse extensae, cruor tamen non semper ex his, sed saepe ex *arteriolis* venarum membranas superscandentibus (*vasa vasorum*) et per tunicas mucosas distributis pullulat.

46) Hujusmodi vasorum doctrinam pulchre exposuit LORDAT l. c.

47) Legi de hoc argumento merentur dissertationes citatae HEBENSTREITII, ALBERTII et BÜCHNERI. Jam HIPPOCRATES de quadam constitutione epidemica loquens, inquit: „In ista constitutione epidemica, signis maxime quatuor convaluerunt. In quibusdam enim aut illud erat, ut *sanguis ex naribus flueret;* aut ex vesica urinae multae et copiosum sedimentum et bonum habentes; aut per alvum tumultuosa, biliosa, tempestive veniebant; aut dysenterici uno horum solo judicarentur.“ (De morbis vulgar. Lib. I.). STAHLIUS „moderata, inquit, haemorrhagia non solum non debilitat, sed trahit potius post se veluti sensilem corporis alacritatem et agilitatem: cum ante tales eruptiones, in constitutione corporis ad illas idonea, peculiaris quaedam gravitas et fatigatio atque lassitudo revera impotens, familiariter sentiatur.“ l. c.

mum respectu ad haemorrhagias inflammatorias, rheumaticas aliasque habituales [48]), confirmat experientia.

Obstacula. 2. Quod vero frequenter bonis haemorrhagiarum effectibus *obstat* „est sanguinis ex viscere nobili, vel in cavum istius, vel in telam cellulosam vicinam, effusio, infiltratio, coagulum, impedita rejectio, corruptio, corrupti resorptio et inducta ex illis, partium compressio, irritatio, functionis necessariae suppressio" [49]).

Mali effectus. 3. „Si talis est (profluvii) caussa aut auferri non queat; si sanguis multus in cavum corporis, quo educi haud possit, aut in visceris parenchyma effunditur; si subito [50]), ex vase conspicuo [51]), aut majore quantitate, aut longum per

48) „Qui statis temporibus sanguinem fundere debent, nisi fundant, epileptici fiunt." Hippocrates Prorrhet.

49) J. P. Frank l. c. p. 107.

50) Clari viri „collegerunt ex historia medica exempla hominum, qui maximam sanguinis de naribus, aut alia corporis sui parte, amiserunt. Nunc, si *lenta haemorrhagia* fuerit, multo eo major est, quam in *subitis illis sanguinis jacturis*, quae de violato majore vase erumpunt." Haller l. c. T. II. §. 3.

51) Aut arteria, aut vena: „*L'hémorragie produite par l'ouverture d'une grosse* v e i n e, *peut cependant devenir très dangereuse; lorsque cette veine est unique dans un membre; car alors la compression ou la ligature neces-*

per tempus, vel in viribus exhaustis, in gravidis, in sene, vel tenero infante haemorrhagiae contingunt; tunc majora ex hoc phaenomeno rerum imminebunt discrimina: sanguis, rubris particulis amissis, aquosum vix non in laticem resolvetur, fibras cordis motrices efficacia minori stimulabit, secretiones quae sat valido cordis a motu pendent, imminuet, ac praeter pallorem, languorem corporis universi, facile vel hydrops[52], vel febris lenta cum tabe, vel lethalis aliquando convulsio[53], praedicenda sunt" [54]. Illa, aut lipothymia, timeri maxime debent, dum tantum sanguinis prorumpit, ut visus obscuretur, ut anxietas major nascatur, aures ut tinniant, utque extremitates frigeant.

4. Verum et hac sub deterrima rerum positione *natura* interdum *succurrit*, tum cordis et arteriarum actionem per temporis punctum ope lipo- Succurrens natura.

saire pour arrêter le sang, empêchant le retour de ce liquide envers le coeur, le membre s'engorge excessivement et la gangrène peut s'en emparer." Boyer l. c. p. 273.

52) Non haec ignorabat Hippocrates dicens: „cui autem plurimus sanguis fluxerit desuper et infra, et febris superveniat, *aquis repleri*, multa est suspicio."

53) „Quibus fluunt impetuosa et multa; apta sunt ad convulsiones deduci." Hippocrates Prorrhet. II.

54) J. P. Frank l. c. p. 109.

lipothymiae suspendendo [55]), — tum arteriae contractionem et retractionem [56]) efficiendo [57]), — tum coagulum inter arteriam et illius vaginam generando [58]), — tum ambientis cellulosae tumorem inducendo [59]), — tumque inflammationem adhaesivam excitando, qua vigente, vasa vasorum lympham coagulabilem, in pseudomembranas, vices parietum vasorum destructorum agentes, desinentem, secernunt [60]).

§. LXXXIX.

C u r a.

Quando haemorrh. 1. Haemorrhagiae salutares coërceri non debent.

55) Gmelin diss. de lipothymia haemorrhagiam sistente. Altd. 1767.

56) „Vena dissecta collabitur; arteria se retrahit et cava manet, nihilo arctior. Neque quidquam ultra requiri crediderim ad plicas illas faciendas, in quas dissecta arteria in vulneribus collabitur, et ad quas non minima pars pertinet ejus curae, qua natura haemorrhagias compescit." Haller op. c. T. I. p. 7.

57) Morand *Mém. de l'acad. R. des sciences a.* 1736. — Sharp *Operat. in surgery.* 3. *édit. Introduct.* p. 2. — Gooch *Cases and pract. remarks in surgery. Vol.* 2. p. 352. — White *Cases in surgery* p. 171. — Kirkland l. c.

58) Petit *Mém. de l'acad. R. des sciences. a.* 1735.

59) Pouteau *Mélanges de chirurgie.* p. 331. — J. Bell *Principles of surgery. Vol. I.* p. 179.

60) J. Hunter *Versuche über das Blut, die Entzündungen u. s. w.* 1. *Th.* — Senes l. c. Hodgson l. c. p. 474—483.

debent. Quod tamen praeceptum non impedit quominus illarum fons non solum destrui possit, sed immo destrui debeat. Aliud enim est haemorrhagias vi et praemature coërcere, aliud est illis blande et prudenter occurrere [61]).

sistendae sint, necne.

2. Quomodo *haemorrhagiis traumaticis* ope adstringentium, absorbentium, stypticorum, causticorum, compressionis et ligaturae, prudenter [62]) occurrendum sit, chirurgia docet.

C. haem. traumaticarum.

3. In *haemorrhagiis ex obstaculis mechanicis et ex consensu* indicationes generales sunto: sanguinem a parte affecta per phlebotomiam revulsoriam, hirudines, cucurbitulas tum cruentas tum siccas [63]) deducendi; — stimulum ex longinquo agentem, per idonea auxilia (e. c. vermes [illegible] et

C. haem. ex obst. mechanicis et ex consensu.

61) Recte monet Cullen (*First lines.* §. 741—747.) in plethoricis necessitatem haemorrhagiae ex eo elucere, quod illius suppressio videatur varios morbos producere. Nihilominus defendis in genere, praeter menstrua, *omnem evitandam esse haemorrhagiam:* 1° quia ista non semper ad partes succedat, in quibus satis secure incedat; — 2° quia saepe, dum plethoram delet, morbum periculosum simul inducit; — 3° quia facile excedit limites, atque, vel vitam periculo exponit, vel aegrum in periculosum morbum conjicit; et 4° quia plethoricum statum adauget.

62) Büchner de damnis ex praematura suppressione haemorrhagiarum. Hal. 1767.

63) Home *Klinische Versuche.* p. 513. (Multum iis utor).

et saburras ope anthelminthicorum et purgantium) auferendi, aut per majorem irritationem (e. c. sinapismos) vincendi; — obstacula in locis dissitis (e. c. obstructiones viscerum, glandularum) per resolventia removendi; — atque erethysmum, sensibilitatem morbosam debilitatemque partis affectae, applicatione frigoris [64]), narcoticorum [65]), et adstringentium [66]) tollendi.

C. haem. inflammatoriae. 4. *Haemorrhagiae inflammatoriae* veluti inflammationes curantur. Ex therapia specialium haemorrhagiarum elucet, quantum hic conducant modicae evacuationes sanguinis tum universales tum locales, temperatura frigidiuscula, eccoprotica [67]), diaeta severa, vegetabilis, potus aqueus, multus, subacidulus, folia digitalis purpureae, et quies cum necessaria patientia, ut natura salutaria sua conamina perficere possit; — quantumque noceant adstringentia [68]), irritantia, cale-

64) Cfr. N. 5.

65) Cfr. N. 8.

66) Cfr. N. 7.

67) Nonne diss. an in haemorrhagiis lenia purgantia prosint? Erfort. 1768.

68) Quartier non ergo in quavis haemorrhagia admovenda adstringentia. Paris. 1685. — Schmidt de haemorrhagiis aliisque fluxibus, adstringentibus non sistendis. Helmst. 1727. — Wallerius diss. de abusu adstringentium in haemorrhagiis. Lund. 1735. — Alberti diss. est de adstringentium perverso usu. — Nunn diss. de cautelis quibusdam circa usum adstringentium in haemorrhagiis. Erf. 1765.

calefacientia et tumultuaria medendi, seu potius necandi, ratio.

5. *Cura haemorrhagiarum rheumaticarum et arthriticarum* quoque antiphlogistica est; solum transspirationis operi, magis quam in simplici haemorrhagia inflammatoria studendum. Quamobrem et frigoris 69) hic applicatio locum non obtinet. Praemissis antiphlogisticis, si pars sanguinem fundens doleat, vesicatorium, quo propius fieri potest, illi admovendum. Podagrae evolutio quoque in arthriticis solicitanda. C. haem. rheumaticarum et arthriticarum.

6. Quae ex *scorbuto* proficiscuntur haemorrhagiae, methodo specifica aggrediendae sunt 70). Aër purus, acida vegetabilia et succus ex herba recente *urticae dioicae* 71) expressus, cum congrua diaeta, certissima sistunt auxilia. C. haem. scorbuticae.

7. *Haemorrhagiae atonicae*, pro vario aegroti sensibilitatis gradu, variam quoque exposcunt medendi rationem. Exhaustum enim a haemorrhagiis corpus, interdum adeo sensile evadit, ut stimulo paululum majore irritetur; — hic, nulla obstante complicatione 72), cura ope *frigoris* 73) inchoanda. Debet vero illius admini- C. haem. atonicae.

69) Cfr. N. 7.

70) P. III. Vol. II. Caput de scorbuto.

71) Gaelicke diss. cit.

72) e. c. metu inflammationis pulmonum, uteri, peritonaei.

73) Gervasius a Montefalisco de usu frigidae in haemoptysi et quocunque sanguinis profluvio. Ro-

ministratio esse brevis, transitoria et cauta. Porro *acida* jure celebrantur et quidem, in haemorrhagia venosa, illa *vegetabilia*, e. c. succus citri, acetum, acidum tartarosum; — in haemorrhagia, *acida mineralia*, e. c. acidum sulphuricum, tum simplex, tum compositum, uti in *elixirio acido* HALLERI, in *elixirio vitriolico* MYNSICHTII, in *alumine*, invenitur. In haemorrhagiis originis mixtae, *acidum phosphoricum* [74]) omni alio anteponendum est. Haemorrhagiis venosis rebellibus cum debilitate ita *plumbum*, sicuti arteriosis *digitalem* opponimus. Quo magis debilitas universum detinet corpus, eo magis cortex *cinchonae*, radices *acori calami* et *ratanhiae* [75]), maxime vero *ferrum* et *vinum* locum obtinent.

C. haem. nervosae. 8. *Nervorum systematis in haemorrhagiis* exaltationem — *opio*, *hyoscyamo*, *pruno lauroceraso*, temperare; dejectionem autem — *ammoniâ* [76]),

mae 1756. — HAHN *Von der Kraft u. Wirkung d. frischen Wassers.* — MAYER diss. saluberrimus usus aquae frigidae externe applicatae in sistendis haemorrhagiis internis. Francf. 1783.

74) Drachma semis in libra aquae et syrupi rubi idaei q. s. ad gratum vaporem.

75) *Krameria triandra.* v. HURTADO in *Bulletin de la société d'émulation. N. 4. Novembre* 1816. — *Abhandlung von der Ratanhia von* Dr. KLEIN. *Stuttg.* 1818.

moniâ[76]), *ipecacuanha*[77]), et *cinnamomo*, debellare studemus. Nec aegrotis animum addere negligimus. Quantam enim in haemorrhagiis scenam ludat imaginatio, virtus amuletorum[78]), remediorumque sympathicorum[79]), in sanguine sistendo, docet.

9. *Fasciae* ita adhibitae circa artus, ne arterias majores simul comprimant, non exigua in haemorrhagiis, quae ex venis contingunt, sistendis, virtute, transitoria licet, pollent[80]). Fasciae.

10. De

76) La Pira *Memorie sulla forza dell' alcali fluore per fermare l'emorragie de' vasi arteriosi e venosi. Napoli* 1790.

77) Putarem ipecacuanham in parva dosi exhibitam, nervos ventriculi stimulando, indeque plexibus cardiacis salutarem irritationem inferendo, vires partis illus systematis nervosi, quae circuitui sanguinis imperat, restaurare, sicque haemorrhagias interdum compescere. Est vero ista opinio mera hypothesis.

78) Riedlin lin. med. 1696. p. 626. (ex haematite). — Ephem. Nat. Cur. Dec. III. A. 5. et 6. Obs. 86. (radix cichorei in manu detenta).

79) Acta erudita Lips. 1712. p. 347. (haemorrhagia intuitu curata). — Eph. Nat. Cur. Dec. II. A. 1. Obs. 108. Schol. — A. 4. Obs. 11. (verbis). — Cent. I. et II. Obs. 25. (aspectu fixo).

80) Slevogt diss. ligaturam artuum antiquum, necessarium, utile atque tutum haemorrhagiarum esse remedium. Jen. 1697.

Transfusio sanguinis.

10. De *transfusione sanguinis*, auxilio, in hominibus ab haemorrhagiis in animi deliquia conjectis, tentando, in capite sequenti mentio fiet.

DE

DE

ANIMI DELIQUIIS.

Caput XXI.

De animi deliquiis in genere.

§. XC.

Definitio. Varii morbi gradus.

1. *Animi deliquium* [1]) adesse dicitur, dum homo se ita viribus repente destitui sentit, ut pallescat, frigeat, pulsibusque arteriarum evanescentibus morituro, aut mortuo similis evadat. Definitio.

2. Hujus morbi varii sunt *gradus*. Levissimus omnium est *Eclysis* [2]), sive *virium resolutio* [3]). Hunc subsequitur *Lipothymia* [4]), subitanea scilicet et brevis virium dejectio, cum pallore, frigore corporis, superstite pulsu et respiratione. His omnibus adhuc gravior est *Syncope* [5]), nimirum subitanea sensuum, motuum ac respirationis abolitio. Omnium denique gravis- Varii morbi gradus.

1) Germ. *In Ohnmacht fallen.* Gall. *S'évanouir, tomber en défaillance.*

2) A Graec. Ἐκλύω, exsolvo.

3) Germ. *Anwandelnde Schwachheit.* Gall. *Eblouissement, se trouver mal.* Ital. *Trovarsi male.*

4) A Graec. Λείπω, deficio, et Θυμός, animus.

5) A Graec. Σὺν, cum, et Κόπτω, labor, caedo.

gravissima habetur *Asphyxia* [6]), mortis imaginem referens, ideoque rectius [7]) *Mors putativa* dicenda.

§. XCI.

Literatura. Rerum ordo.

Literatura de lipothymia et syncope.

1. *Lipothymiae* et *syncopes* doctrinam illustrarunt, praeter medicorum Principes [8]); SEILER [9]),

6) A GRAEC. α, negativo, et σφύξις, pulsus.

7) Cum *pulsus defectus* non solum per diem unum et alterum, sed et per plures hebdomadas vel menses locum habere possit, quin homo ob id respirare, loqui, sentire, seseque movere cesset, uti apud LANCISIUM (Opp. T. I. Lib. I. de subitaneis mortibus), RAMAZZINUM (constitutio epidemica. A. 1692. 1693.) et HALLERUM (Opp. minora. T. III. p. 306.) videre est; patet vocem *Asphyxiae* immerito pro synonymo *mortis putativae* usurpari. Interea consuetudo haec nomina confundendi ita invaluit, ut illi, praemissa allata declaratione, me quoque submittere minime haesitem.

8) AETIUS Tetrab. II. Sect. I. C. 96. Tetrab. III. Sect. I. C. 7. — PAULUS AEGINETA Lib. II. C. 36. — AVICENNA Canon. Lib. III. Fen. 2. Tract. 2. C. 6. — ORIBASIUS Synopsis Lib. VI. C. 26. 28. 45. 46. — ZACUTUS LUSITANUS med. pract. histor. T. I. Lib. 2. Hist. 45. Prax. admirab. Lib. I. Obs. 144. — MERCURIALIS Consil. N. 122. — FABRICIUS HILDANUS Cent. VI. Obs. 33. — BALLONIUS Consil. I. N. 9. III. p. 32. — FORESTUS Lib. XVII. Obs. 8. — FR. HOFFMANNUS med. rat. system. — BURSERIUS Institutiones Vol. IV. Cap. 7.

LER [9]), JUSTI [10]), SCHROETER [11]), SCHNEIDER [12]), SCHALIER [13]), MAGIRUS [14]), MEIBOMIUS [15]), HEINTZE [16]), MEISNER [17]), MICHAELIS [18]), COOLS [19]), POLISIUS [20]), WILDHOLTZ [21]), GRAMM [22]), CONRINGIUS [23]), HAFENREFFER [24]), PAZ [25]), SEBIZ [26]), FREYTAG [27]), ROLFINK [28]), METZGER [29]), COEN [30]), STRAUCH [31]), GIGAS [32]), LIEVENS [33]), RUPERT [34]), BECHT [35]),

9) Diss. de syncope. Francf. ad Viadr. 1600.

10) Diss. de syncope seu animi deliquio. Basil. 1601.

11) Diss. de syncope. Lips. 1606.

12) Diss. de syncope. Basil. 1608.

13) Diss. de syncope. Viteb. 1618.

14) Diss. de syncope. Hal. 1620.

15) Diss. de syncope. Helmst. 1622.

16) Diss. de syncope. Lugd. Bat. 1628.

17) Diss. de syncope. Vitemb. 1629.

18) Diss. de syncope. Lips. 1636.

19) Diss. de syncope. Lugd. Batav. 1642.

20) Diss. de gravissimo cordis affectu, syncope. Francf. 1642.

21) Diss. de syncopes natura et cura. Argent. 1651.

22) Diss. de syncope. Leid. 1652.

23) Diss. de gravissimo cordis affectu, syncope. Helmst. 1652.

24) Diss. de corde ejusque affectu gravissimo, syncope. Tübing. 1658.

25) Diss. de syncope. Lugd. Bat. 1658.

26) Diss. de syncope. Argent. 1659.

27) Diss. de lipothymia. Alt. 1660.

28) Diss. de syncope. Jen. 1662.

29) Diss. de syncope. Tüb. 1665.

30) Diss. de syncope. Lugd. Bat. 1665.

31) Diss. de syncope. Wittemb. 1667.

Becht [35]), Kolb [36]), Wedel [37]), Leslaan [38]), Koerber [39]), Camerarius [40]), Berger [41]), Alpinus [42]), Lepner [43]), Mosseder [44]), Deckers [45]), Balen [46]), Winter [47]), Ludolff [48]), Vater [49]), Heister [50]), Müller [51]), Hilscher [52]) aliique.

Literatura de morte putativa.

2. De *morte putativa*, vulgo *asphyxia*, scri-

32) Diss. de lipothymia. Lugd. Bat. 1668.

33) Diss. de syncope. Lugd. Bat. 1669.

34) Diss. de syncope. Erford. 1675.

35) Diss. de syncope. Gies. 1680.

36) Diss. de aegro syncope laborante. Erf. 1682.

37) Diss. de syncope. Jen. 1680. — Diss. aeger laborans syncope. Jen. 1682. — Diss. de syncope et lipothymia ex epitome praxeos clinicae. Jen. 1715. — Miscell. Nat. Cur. Dec. I. A. 2. p. 298.

38) Diss. de syncope. Ultraj. 1684.

39) Diss. Eclipsis Microcosmi. Erf. 1685.

40) Diss. tensio cordis, lipothymiae caussa. Tüb. 1686.

41) Diss. de deliquiis animi. Wittemb. 1689.

42) Diss. de syncope. Alt. 1690.

43) Diss. de syncope cardiaca. Regiom. 1690.

44) Diss. de deliquio animi. Argent. 1692.

45) Diss. de syncope. Lugd. Bat. 1694.

46) Diss. de syncope. Lugd. Bat. 1699.

47) Diss. de syncope, ejusque origine, indiciis et curatione. Rintel. 1716.

48) Diss. de syncope. Erf. 1722.

49) Diss. de affectu magno, mortique proximo, syncope ejusque caussis et cura. Witeb. 1723.

50) Diss. de animi defectione. Helmst. 1726.

51) Diss. de syncope. Argent. 1731.

52) *Nouvelle théorie de la syncope. Paris* 1802.

scripserunt praeter antiquos [53]), BARSCHER [54]), HENSLER *), SCHOSULAN [55]), ESSIG [56]), THYERY [57]), KITE [58]), PRÉVINAIRE [59]), G. S. HOFMANN [60]), LEO-

53) KÜHN diss. de caussa mortis hominum aqua submersorum, eosque in vita revocandi methodo Graecis observata. Lips. 1778. Cfr. Opp. AETII, ORIBASII, HALY ABBATIS, DIOSCORIDIS, AVICENNAE ubi de cura mortis putativae quaestio fit. Item ALEXANDER BENEDICTUS, BAPT. CONDRONCHIUS, GUIL. FABRICIUS, PETR. FORESTUS, DAN. SENNERTUS, PETRUS A CASTRO, BARTHOLINUS, de quibus vide ALBERTI praxis medica extemporanea, Casus VII. p. 994.

54) Disp. de reviviscentibus iis qui mortui credebantur.

*) *Anzeige der hauptsächlichsten Rettungsmittel derer, die auf plötzliche Unglücksfälle leblos geworden sind. Altenb.* 1770. *Umgearbeitet von* SCHERF, *unter dem Titel: Anzeige der Rettungsmittel etc.* 1787.

55) *Gründlicher Unterricht für das Landvolk, wie und auf was für Weise Jedermann seinen ertrunkenen, erhenkten, erstickten, erfrornen, von Hitze verschmachteten, und vom Blitz berührten unglücklichen Nebenmenschen Hülfe leisten, der Retter aber für sein eigenes Leben sich selbst sicher stellen solle. Wien* 1786.

56) *Bewährte Rettungsmittel für Selbstmörder und andere Gattungen schnell verunglückter Personen. Augsb.* 1788.

57) *La vie de l'homme respectée et défendue dans les derniers moments.*

58) *Ueber die Wiederherstellung scheinbar todter Menschen und die Erhaltung der aus sterbenden Müttern lebendig genommenen Kinder. A. d. E. von* MICHAELIS. *Leipz.* 1790.

59) *Abhandlung über die verschiedenen Arten des Scheintodes und über die Mittel, welche die Arzneykunde und*

LEOPOLD Comes a BERCHTOLD [61]), STOLL [62]), ZARDA [63]), STRUVE [64]), WIDEMANN [65]), PORTAL [66]),

Polizey anwenden können, um den gefährlichen Folgen allzufrüher Beerdigung zuvor zu kommen. A. d. Franz. von SCHREGER. *Leipz.* 1790.

60) *Ueber den Scheintod, und über gewaltsame Todesarten überhaupt; nebst den Mitteln zur Wiederbelebung der Verunglückten und zur Verhütung, daſs Niemand lebendig begraben werde. Coburg* 1790.

61) *Kurzgefaſste Methode, alle Arten von Scheinbartodten zu beleben. Wien* 1791.

62) *Rettungsmittel in plötzlichen Unfällen; nach dem Lateinischen mit Zusätzen von* A. D. C. *Leipz.* 1795.

63) *Alphabetisches Taschenbuch der hauptsächlichsten Rettungsmittel für Todscheinende. Dresd.* 1796. — *Tabellarischer Auszug aus dem alphabetischen Taschenbuche.* 1798. — *Zuschreiben an meine Landsleute, die Rettungsanstalten plötzlich verunglückter Menschen betreffend. Prag* 1799.

64) *Neue Noth- und Hülfstafel für den Bürger und Landmann von den Rettungsmitteln in den gröſsten Lebensgefahren. Hannover* 1799. — *Uebersicht der Rettungsmittel zum Gebrauche für Wundärzte. Hannov.* 1799. — *Versuch über die Kunst Scheintodte zu beleben, und über die Rettung in schnellen Todesgefahren; ein tabellarisches Taschenbuch. Braunschw.* 1797. — *Gesundheitslehre; nebst einer faſslichen Anleitung, Verunglückte ins Leben zu rufen, und Vorsichtsregeln zur Verhütung der gewöhnlichen Lebensgefahren. Braunschweig* 1799.

65) *Anweisung zur Rettung der Ertrunkenen, Erstickten, Erhenkten, vom Blitze Erschlagenen, Erfrornen und Vergifteten. Braunschw.* 1804.

TAL [66]), WELZER [67]), ACKERMANN [68]), VIETZ [69]), HUFELAND [70]), BARZELLOTTI [71]), POPPE [72]), CURRY [73]), J. P. FRANK [74]), BERNT [75]), CALOVINI [76]), ORFI-

66) *Unterricht über die Behandlungsart der Erstickten, der Ertrunkenen, des Scheintodes bei Neugebornen, der von einem wüthenden Thiere Gebissenen, der Vergifteten und der Erfrorenen. A. d. Franz. mit Zusätzen von* HEMPEL. *Wien* 1798.

67) *Ueber das Fehlerhafte der zeitherigen Methode, Scheintodte zu behandeln. Landshut* 1801.

68) *Der Scheintod und das Rettungsverfahren: ein chimiatrischer Versuch. Frankf. am Main* 1804.

69) *Program zu den Vorlesungen über das Rettungsgeschäft scheintodter, und in plötzliche Lebensgefahr gerathener Menschen. Wien* 1804.

70) *Der Scheintod, oder Sammlung der wichtigsten Thatsachen und Bemerkungen darüber; in alphabetischer Ordnung. Berlin* 1808.

71) *Memoria per servire di avviso al popolo sulle asfissie o morti apparenti, e su i mezzi più facili, pronti ed efficaci per vincerle, o distinguerle dalla vera morte.* v. *Giornale della soc. med. chirurgica di Parma.* 1808.

72) *Noth- und Hülfslexikon zur Behütung des menschlichen Lebens vor allen erdenklichen Unfällen. Nürnburg* 1811.

73) *Observations on apparent death. Lond.* 1715.

74) *System einer vollständigen medicinischen Polizey.* 5. *B. Tübing.* 1813.

75) *Vorlesungen über die Rettungsmittel beim Scheintode und in plötzlichen Lebensgefahren. Wien* 1819.

76) *Sulle varie morti apparenti e su i pronti e validi soccorsi che amministrar debbonsi. Memoria medico-politica. Pavia* 1820.

Orfila [77]), P. Gerber *), Sal. Jac. Levy **), Troussel ***), aliique [78]) in tractatibus specialibus commemorandi.

Ordo rerum.

3. Priusquam autem ad tractatus speciales perveniamus, *notiones generales* de *diagnosi, prognosi* et *cura* animi deliquiorum praemittere juvabit. Quo opere peracto, morbi illud genus, quatenus id prime ex intercepta actione aut systematis nervosi, aut respirationis, aut circuitus sanguinis originem trahit, ita explanabitur, ut, non neglectâ ratione nexus perpetui inter istas functiones, quaestio fiat de *animi deliquiis* 1° *nerveis*, 2° *pneumaticis* et 3° *cardiacis*. Hac in

77) *Secours à donner aux personnes empoisonnées et asphyxiées.* *Paris* 1821.

*) Diss. de vulneratorum asphyxia, in acie et nosocomiis castrensibus justo minus aestimata. Landish. 1819.

**) Diss. introductio in commentat. de asphyxia s. morte apparente. Kil. 1821.

***) *Des premiers secours à administrer dans les maladies et accidens, qui menacent promtement la vie. Paris* 1823.

78) Hawes *Abhandlung der Londner Königl. Gesellschaft zur Rettung Verunglückter und Scheintodter v. Jahre* 1774—84.; *nebst Zusätzen vom Jahre* 1794. *Breslau* 1798. *Annual report* 1802. *By* W. Hawes. — *Kurzgefaſste Methode, alle Arten von Scheintodten wieder zu beleben und der allergrausamsten Mordthat, lebendig in das Grab zu legen, vorzubeugen. Von einem reisenden Deutschen.* — *Allgemeines Rettungsbuch. Eine gekrönte Preisschrift.* *Grätz* 1807.

in doctrina exponenda, confinia politiae medicae, medicinae forensis et toxicologiae, quantum fieri licet, evitabimus.

§. XCII.

D i a g n o s i s.

1. Non solum animi deliquia sed et ipsa *mors simulari potest.* Dantur etenim vaferrimi homines, qui, „ut facile ex commeritis evadant suppliciis, inducto per sulphuris halitum squallore, injectis itidem validis ad brachia vinculis, tandemque blando epoto narcotico, aut sponte parumper coacta respiratione, subito *mortuos se fingunt*, quod ut expeditius patrent, custodem, amicum, vel servum, quo ex pacto, et conventu rem agant, sibi adsciscunt" [79]). Mors simulata.

2. Ut fraus detegi aut *animi deliquium a morte* distingui possit, *istius signa* *) perpendenda Distinctio a morte.

79) Lancisius Opp. T. I. Lib. I. — Ignaz Monti *Medicinische Dictata. A. d. Italiänischen. Stuttgart* 1781. p. 1.

*) Winslow an mortis incertae signa minus incerta a chirurgicis quam ab aliis experimentis? Paris. 1740. — Bruhier *dissertation sur l'incertitude des signes de la mort et de l'abus des enterremens et embaumemens précipités. Paris* 1742. — J. G. Janke *Abhandlung von der Ungewißheit der Kennzeichen des Todes Leipz.* 1749. Brinkmann's *Beweis der Möglichkeit, daß einige Leute lebendig begraben werden können. Düsseldorf* 1772. — Camerer de signis mortis diagnosticis. Argent. 1785. — Gruner semiotices P.

denda sunt, nimirum: cessatio circuitus sanguinis, ita ut sauciato vase nec gutta cruoris effluat, — defectus respirationis, ita ut flamma ori admoveri et vas aqua repletum pectori imponi possint, quin minima fluctuatio in illis percipiatur; — extinctio caloris animalis, ita ut corpus humanum temperaturae ambientis particeps fiat; — illius pallor cadaverosus **); cutis a frictione non rubra sed flava simulque veluti cornea facta ***), — planities locorum qui a decubitu comprimuntur [80]); sphincterum officium abolitum, — rigor membrorum ****), — abolitio splendoris corneae, foveam impressam retinentis; —

II. Cap. XII. §. 925. — Hufeland *Die Ungewißheit des Todes und das einzige untrügliche Mittel, sich von seiner Wirklichkeit zu überzeugen, und das Lebendigbegraben unmöglich zu machen. Frankf.* 1791. — Metzger *Ueber die Kennzeichen des Todes. Königsb.* 1792. — Врачебныя извѣстїя о преждевременномъ попеченїи мертвыхъ, собраннїя Еллизеномъ. въ Санктпетербургѣ. 1801.

**) Caeterum et rubor faciei in cadaveribus observatus est v. Morgagni de sed. et caus. morbor. Epist. XXVI. N. 33. Ep. XIV. N. 3.

***) Magendie et Fine in *Repertorio medico-chir. di Torino* 1822. *Agosto.*

80) *Der Arzt als Rathgeber und Hausfreund. Von* J. A. Pitschaft. *Heidelb.* 1817. p. 43.

****) Verum observatur et in aegris tetano affectis et in asphyxia a gelu.

tis; — inaequalis pupillarum dilatatio [81]); — depressio maxillae inferioris; — caput pendulum, — sensus, stimulis suis specificis non respondentes [82]), — denegata contractio fibrae muscularis etiamsi illi moxa [83]), ammonia [84]), electricitas [85]), galvanismus [86]) admoveantur; — maculae lividae [87]), foetor aliaque putredinis indicia, quibus ultimis unice fides tribui potest [88]).

3. Quaeritur tandem quo pacto *animi deliquia* ab *apoplexia* distingui possint? Inter hos morbos Distinctio animi deliquii ab apoplexia.

81) Bernt l. c. p. 4.

82) e. c. oculus, luci, aures sono grato, ut compellationi nominis objecti amati, si agatur de avaro, auri etc.

83) Romero in *Medical transactions, published by the College of Physicians in London. Vol. I.* (Suadet moxam ad caput ossis peronei, ubi nervus popliteus cutaneus exit).

84) Idem, ibidem. (Lintea carpta ammoniâ imbutâ in nasum introducenda esse docet, atque spumam oris inde ortam, pro certo mortis indicio habet!)

85) Nicolas de variis vaporibus mephiticis et novo quo suffocati ad vitam revocentur auxilio. Nanceji 1781. — Kite l. c.

86) Klein *Neues Journal der Physik* 1795. 1. *B.* p. 54. — Creve *Vom Metallreize, einem neuentdeckten, untrüglichen Prüfungsmittel des wahren Todes. Leipz.* 1798. — Heidemann *Zuverlässiges Prüfungsmittel des wahren und des Scheintodes. Wien* 1804. — Struve infra citando.

87) Ab ecchymomatibus viventium distinguendae.

88) Hufeland l. c.

morbos sane maxima animadvertitur affinitas, praecipue dum animi deliquia ex vitio systematis nervosi, potissimum cerebri, ortum ducunt. Verum apoplexiis proprium est, quod vestigia paralyseos aut saltem torporem in exercitio animi facultatum relinquunt [89]), quod ab animi deliquiis alienum est.

§. XCIII.

Prognosis. Cura.

Prognosis. 1. Quoniam ingruens putredo unicum certum mortis indicium sistit [90]), sequitur inde, quod ad illud tempus usque (illaesâ caeterum corporis fabricâ), spes latentis adhuc vitae scintillae ali potest. Spem istam nil magis sustinet, quam exempla animi deliquiorum ad plures horas pluresque dies protractorum [91]), ac successus, quo conamina societatum philanthropicarum, in asphycticis salvandis, coronata fuere [92]).

2. Suc-

89) Rochoux *Recherches sur l'apoplexie.*

90) §. XCII. N. 2.

91) „In filia Principis R. . . a. 1802. lipothymias vidi, ad 140 sexagesimas horae partes protractas." Ex Schedis Patris mei. Schenk Obs. Lib. II. N. 219. 226. (24 horarum). — *Journal des sçavans* 1740. (8. dies in uxore praefecti militum Roussel). — Saillant in *Hist. de la soc. R. de méd. a.* 1776. p. 318. (audiens praeparationem ad sepulturam) et Hufeland *Wiederderauflebensgeschichten scheintodter Menschen.* in op. c.

92) §. XCI. N. 2. (78). Jos. Frank's *Reise nach Paris, London u. s. w. Wien* 1805. 2. *B.* p. 3—8. — J. P.

2. Successus autem *curae* aliter expectari nequit, nisi tempestivâ administratione auxiliorum requisitorum. Haec ut semper in promptu sint, *apparatus* 93), illa includens, requiritur 94). Quo simplicior ille, eo melior. Minimum amplecti debet: vasa alcohol, acetum, ammoniam, aetherem, semina sinapis, folia nicotianae, flores matricariae chamomillae, sal culinare, tartarum emeticum, radicem ipecacuanhae et sulphatem zinci continentia; — syringas pro clysteribus aliisque injectionibus; — instrumenta ad aërem in pulmones introducendum *); — pannos laneos, lintea, Cura.

Frank l. c. p. 49. ubi ait: „*In Zeit von 25 Jahren hatte die Amsterdamer Gesellschaft* 990 *Menschen wieder hergestellt. Durch die eben erwähnte humane Society wurden vom Jahre* 1774 *bis* 1779 *an* 2319 *Verunglückte gerettet. Nach neuen Nachrichten hat eben diese Gesellschaft zwey Drittel ihrer Verwendungen bei Verunglückten und Scheintodten mit Erfolg gekrönt gesehen. Unter* 115 *Verunglückten hat die Hamburgische Gesellschaft zur Beförderung nützlicher Künste und Gewerbe vom Jahre* 1790 — 1793 *fünf und siebenzig wieder zurecht gebracht.*"

93) Germ. *Rettungs-Apparat*, *Rettungskasten*, *Nothkasten.*

94) Poppe l. c. p. 430 — 433. — J. P. Frank l. c. p. 82. — Bernt l. c. §. 75. — Rudtorfer *Abhandl. über die Verbesserung der zur Wiederbelebung der Scheintodten erforderlichen Instrumente, Geräthe u. Nebenerfordernisse. Wien* 1821.

*) Cap. XXIII. §. CI. N. 8 (64 — 75).

lintea, fascias, pennas, pectines setaceos, spongias, pyrithecam, foculos et galvanodesmum [95]). — Machinas, quae salvationi submersorum aliorumque asphycticorum dicata sunt, quatenus politiae medicae objectum sistunt, silentio praeterimus. — Cura illorum debet esse prompta [96]), debito in loco suscepta [97]), placida [98]) et constans [99]).

95) Struve: *Der Galvanodesmus, ein besonders in Krankheiten nützlicher, leicht transportabler u. vorzüglich anwendbarer Apparat.* *Hannov.* 1804. — Ejusdem: *Der Lebensprüfer, oder Anwendung des von mir erfundenen Galvanodesmus zur Bestimmung des wahren vom Scheintode, um d. Lebendigbegraben zu verhindern. Hannov.* 1805.

96) „*Die grofsen Rettungsinstrumente sammt den Tragbahren sowohl, als auch die Rettungsgeräthe, welche der Nothkasten umschliefst, müssen an solchen Oertern aufbewahrt werden, wo möglicher Weise das gröfste Unglück zu besorgen steht. Dies wäre nun hauptsächlich in der Nähe eines Flusses, Hafens u. s. w., in Wachhäusern, Brückenhäusern, Mühlen u. s. w.*" Koppe l. c. p. 433.

97) „*In den meisten Fällen ist es unmöglich, einen im Wasser Verunglückten, einen in einer Grube Erstickten u. s. w. nach seiner eigenen Wohnung zu bringen, und doch ist es nöthig, dafs er möglichst schnell an einen gesunden, geräumigen, im Winter leicht zu erwärmenden Ort gebracht werde.*" Koppe l. c. p. 437.

98) „*Ein übereiltes zu ungestümes Verfahren ist nicht selten Schuld an dem Mifslingen unserer Versuche, und nur zu oft hat solches den unglücklichen Ausgang noch gar beschleunigt. So wie die allzu grofse Thätigkeit*

stans [99]). Si illius conamina succedant, conceditur subinde necessaria, ut natura ipsa operari possit, quies [100]). Ne spectatores impedimento sint *)! Peracta vitae restauratione convalescens sedulo curandus est **); nova enim illum circumdant pericula ***).

CAPUT

der Aerztè in Krankheiten, die sich einmal von ihrem natürlichen Laufe nichts abbrechen lassen, oft zur Ursache ihres tödtlichen Ausgangs wird; eben so ist es auch bei der Behandlung des Scheintodes." J. P. FRANK l. c. p. 108.

99) „*Sind so viele, so ganz vernachlässigte Scheintodte, selbst nach mehr denn 24 Stunden wieder zurecht gekommen; wie könnte man es ohne Verantwortlichkeit, was auch lieblose, müſsige und unwissende Zuschauer dafür sprechen möchten, bei einer oder der andern Stunde Verwendung beruhen lassen?*" J. P. FRANK l. c. p. 111.

100) „*.... wenn man eine geringe Bewegung der Augenlieder, ein Zucken der Gesichtsmuskeln, ein Erbrechen, einige leichte Athemzüge bemerkt; muſs man durch Aussetzen der Reitzmittel dem Scheintodten, oder dem zum Leben schon Zurückkehrenden die nöthige Zeit lassen, und während kleinen Pausen in der Arbeit, die Wirkung derselben, und jene der Natur aufs genaueste beobachten.*" STRUVE l. c. p. 51.

*) J. P. FRANK l. c. p. 72.

**) Idem, ibidem p. 113.

***) *Verhandeling over de Oorzaken, waarom Drenkelingen, Verstikte, en Verhangenen, na uit den Schyndood tot het leven terug gebragt te zyn, dikwerf kort daarna eene prooi van den wezenlyken dood worden.* Door H. S. SCHOUTEN. *Amst.* 1822.

Caput XXII.

De animi deliquiis nerveis.

§. XCIV.

Ex violentiis mechanicis systemati nervoso illatis.

Violentiae externae.

1. Mora diuturna, vel positio obliqua capitis infantilis, inprimis praemagni, in pelvi potissimum angustâ, tumoribus obsessâ, extra modum profundâ, verbo male constructâ, — encephali rudis pertractatio per instrumenta obstetricia aut sub versionis opere; — extensio colli, in partu praevia facie, subsequente inde expansione et pressione medullae spinalis [1]); — luxatio vertebrarum cervicalium orta in evolvendo capite extremo [2]); — haec, inquam, singula saepe *recens natos* asphycticos reddunt [3]). Praeterea nutri-

1) Ploucquet *Abhandlung über die gewaltsamen Todesarten.* p. 140. N. 7.

2) Wigand *Die Geburt des Menschen. Berlin* 1820. 2. *B.* p. 179.

3) Ehrhard Diss. de asphyxia neophytorum. Erlang. 1786. — Regnier diss. de aphyxia neonatorum. Regiom. 1789. — Loeffler *Ueber d. Scheintod neugeborner Kinder u. ihre Wiederbelebung* in Stark's *Archiv f. d. Geburtshülfe.* 4. *B.* 1. *St.* p. 85. — Fro-

nutrices et matres haud raro infantes in lecto obterunt. Quacunque demum in aetate omnes animi deliquiorum gradus observati fuere, a concussione [4]), nisu [5]), alapa [6]), hernia [7]), ictu insecti [8]), scarificatione [9]), constrictione thoracis [10]), pugilatu [11]), aliisque violentiis regioni epigastricae illatis [12]).

RIEP de methodo neonatis asphycticis succurrendi. Vinariae 1801. — HERHOLDT *Commentation über d. Leben, vorzüglich der Frucht im Menschen u. über den Tod unter der Geburt. Kopenhag.* 1803. — FRÉTEAU *Essai sur l'aphyxie de l'enfant nouveau né. Paris* 1804. — LEBRETON *Recherches sur les causes et le traitem. des plusieurs maladies des nouveau-nés. Paris* 1819. — GNOINSKI de asphyxia neonatorum. Vilnae 1823.

4) STOLL l. c. p. 64. et ratio medendi. P. III. p. 48. — J. P. FRANK l. c. 3. *B.* 4. *Abth.* 2. *Absch.* p. 822. — 4. *B.* 1. *Abth.* 1. *Absch.* p. 32. et l. c. p. 25. 304.

5) J. P. FRANK l. c. p. 307.

6) Ephem. Nat. Cur. Dec. I. A. 2. Obs. 122.

7) Miscell. Nat. Cur. Dec. I. A. 6. et 7. p. 79. — SAY in *Mem. of the medical society of London. Vol. III.* — Operis nostris P. II. Vol. I. Cap. V. §. XXVII. 2 (55).

8) FABRICIUS HILDANUS Cent. I. Obs. 96.

9) RIEDLIN lin. med. 1700. p. 283.

10) Dum in congregationibus feminarum elegantium, una alterave animo linquit, sociae perfecte sciunt, illis ope relaxationis *indumenti fibularii* succurrendum esse. Miratus sum quanta tunc cum vi thorax, a vinculis suis liberatus, prosilit.

11) *Pugilatio*, graece πυγμὴ dicitur, a voce πύξ, quae pugnum denotat. Pertinebat illa ad magnos Graeco-

Violentiae internae. 2. Non solum violentiae mechanicae plexui coeliaco nervisque diaphragmatis et ventriculi *extrinsecus* illatae, sed et illae quae *intrinsecus* locum obtinent, animi deliquiis et morti improvisae ansam porrigunt. Loquimur de vi, quam illo plexui illisque nervis inferre possunt scirrhus hepatis [13]), et pancreatis [14]), distensio ventriculi a sa-

rum ludos. Inter nostri aevi Europaeas gentes, Angli praebent nobis hujus antiqui exercitationis vestigia, ac aliqua similitudo inter anglicum *Box* atque Πὺξ graecum vocabulum intercedit. V. Ephemerides Vilnens. A. 1816. et de pugilatu apud antiquos. Vilnae 1818.

12) „Sic olim vidimus, inflicto vehementer pugno, sub cartilagine mucronata, vitae nodum ex tempore solutum.“ Lancisius l. c. — Curry l. c.

13) Mense Decembris 1810. matronam Vilnens. (Lisaniewicz), quinquaginta annorum, ictero ex hepatis scirrho laborantem curavi. Morbus quidem conclamatus erat, ast mors adhuc procul apparebat. En aegram de magno cruciatu et *sensu distensionis* in regione epigastrica conquerentem, subsequentibus lipothymiis. Adducor noctu, aegramque cum morte luctantem invenio. Curo ut mox et alter medicus advocetur, qui adveniens totam scenam ab affectione spasmodica accidentali repetiit. Verum post quartam horae partem, aegra, mentis compos, obiit. Secto cadavere invenimus, quod lobus sinister hepatis scirrhosus et maximus, ventriculum adeo deorsum premebat, ut hujus visceris positio fere perpendicularis evaderet. Quanta nervorum distensio ex hac ventriculi depressione oriri debuerit facile intelligitur.

a saburris [15]), a flatibus aut vermibus [16]), a corporibus extraneis [17]), et a sanguine *).

3. In animi deliquiis, excitatis a violentiis mechanicis systemati nervoso illatis, sese commendant *venae sectio*, *hirudines* circa loca maxime affecta, *cucurbitulae scarificantes* ad partes, quae illis cum locis maximum alunt consensum, *affusio aquae frigidae*, *clysteres ex aqua*, *sale* et *aceto*, *emetica*, *arnica* et *electricitas* [18]). Cura.

§. XCV.

14) Comitissa T...cz A. 1814. scirrho pancreatis laborabat. Videbatur vitam adhuc per unum alterumve mensem protrahere posse. Quodam vespere dolor epigastrii plus solito urgebat, ac tandem intolerabilis redditur. Quo facto en lipothymia, aliquoties repetita, subsequente brevi post morte. Sectio cadaveris recusata est. Putarem pancreas tumens plexibus nervorum propinquis vim intulisse. — Ex apostemate pancreatis in abdominis cavum rupto, lipothymia jam dudum observata est. V. Boneti Sepulchr. L. II. Sect. 10. Obs. 19.

15) Riedlin lin. med. 1700. p. 97. — Innumerabiles lipothymias ex erroribus in diaeta, praecipue inter infantes vidi.

16) Bonet Sepulchr. Lib. II. Sect. 10. Obs. 21.

17) Pruni nuclei (Eph. Nat. Cur. Dec. I. A. 10. Obs. 109.) — acus deglutita (ibid. A. 4. et 5. Obs. 86.).

*) Ex tractatu de *haematemesi* (P. III. Vol. I.) palam fiet, morbum istum arctissimum cum lipothymiis nexum habere.

18) W. Hufeland diss. sistens usum vis electricae in asphyxia. Goett. 1783. — Struve l. c. p. 117.

§. XCV.

Ex idiosyncrasia, imaginatione, animi pathematibus, doloribus, voluptate et inanitione.

Idiosyncrasia.

1. Systematis nervosi unicuique homini peculiaris sentiendi ratio, verbo *idiosyncrasia*, efficere potest, ut animi deliquia, sine omni praegressa violentia mechanica, ex rebus alias innocentissimis producantur e. c. ex odore rosarum [19]), pomorum [20]), aceti [21]), casei [22]), anguillae assatae [23]), — ex intuitu raparum rubrarum [24]), coloris qualiscunque coccinei [25]), sanguinis [26]); — ex ranarum coaxatu [27]); — ex pectinatione et pressione capitis [28]), ex praesentia felis [29]) etc.

2. Jam

19) Amatus Lusitanus Cent. II. Cur. 36. — Bohn de officio medici duplici p. 642. — Castelli de morbis pectoris p. 114. — Ephem. Nat. Cur. Dec. II. A. 8. Obs. 169.

20) Ephem. Nat. Cur. Dec. I. A. 1. Obs. 125.

21) Fabricius Hildanus. Opp. p. 990.

22) Ephem. Nat. Cur. Dec. I. A. 1. Obs. 125.

23) Miscell. Nat. Cur. Dec. II. A. 8. p. 412.

24) Brambilla *vom Phlegmone.*

25) Miscell. Nat. Cur. Dec. II. A. 5.

26) Brauser an lipothymia venae sectioni semper sine aliqua probabili caussa superveniens ab ea abstinere jubeat? Goett. 1756. — Vidi plurimas feminas plicâ detentas, quae intuitum sanguinis, quin in lipothymiam inciderent, perferre nequibant.

27) Ab Heer Obs. 29.

28) Fabricius Hildanus Obs. Cent. VI. N. 33.

2. Jam una *imaginatio* ad animi deliquia excitanda valet [30]. Eundem effectum producere queunt *mentis intentio* [31], *animi pathemata* [32], *dolores* [33], *voluptas*, inprimis a *coitu* [34], quod uteri in animi deliquiis excitandis *vim*, aliunde in *hysteria* [35], *graviditate* [36] et *partu* [37] obviam, probat.

Imaginatio, animi pathemata, dolor et voluptas.

3. Ve-

29) Borellus Cent. I. — Ephem. Nat. Cur. Dec. I. A. 2. Obs. 50.

30) Eph. Nat. Cur. A. 3. Obs. 35. (In viro caseum abhorrente). J. P. Frank l. c. p. 313. Not. ***.

31) Plater Obs. Lib. I. p. 29

32) e. c. *commiseratio* (ab intuitu tum aegrorum operationibus chirurgicis, tum nefariorum executioni criminali subditorum); — *moeror* (Amatus Lusitanus Cent. VII. C. 1.); — *zelotypia* (et quidem haud raro); — *timor* (pro prima vice scenam theatralem ascendendo, examina pro gradu absolvendo etc.).

33) Riedlin lin. med. 1700. Spec. 2. (Nephritici). — Sauvages Class. VI. Gen. XXIII. Spec. 2. (Colici). — Vidi lipothymias ex atrocissima odantalgia; item sub exstirpatione mammae cancrosae, aegrâ dumtaxat absoluta operatione animi compote redditâ.

34) Timaeus Cas. p. 106. — Dolaeus Encyclopaed. med. p. 364. — Eph. Nat. Cur. Dec. I. A. 3. Obs. 232.

35) P. II. Vol. I. Sect. II. Cap. XIV. §. LXX. 3. (89).

36) Vallisneri Opp. T. 3. p. 521. — Schenk Obs. Lib. II. p. 227. — Langius Opp. Vol. III. p. 548. — A. 1806. puellam curavi clandestine gravidam, quae, quoties positionem supinam in lecto derelinquebat, toties in lipothymiam incidebat. Venae sectio illam sanavit.

37) Ex placenta, maxime vero ex grumis sanguineis in

Inanitio. 3. Verum et *inanitio* ex partu cito nimis absoluto, inprimis si infans fuerit corpulentus, aquae copiosae et metrorrhagia conspicua, animi deliquiis ansam porrigere solet. Idem effectus ex inanitione, cui aliae haemorrhagiae [38]), seminis jactura [39]), diarrhoea [40]), sudor [41]), aquarum in hydrope ascite repentina eductio [42]), fames [43]), morbi-

utero retentis. Et *menstruorum suppressionem* lipothymiam producere posse, docent observationes Timaei Epist. LII. N. 21., — Binningeri Obs. Cent. III. N. 99., — Dekkeri exercitat. pract. p. 528.

38) Forestus Lib. XVII. Obs. 8. 9. — Cap. XXXV. §. CLV. 2. — A. 1814. vir in cubiculum meum vix intraverat, cum jam animi deliquio correptus humum ceciderit. Corpore illius prope examinato, caligae sanguine e vasis intestini recti exulceratis veniente, repletae detectae fuerant.

39) Timaeus Cas. p. 106. — Onanitici prae omnibus ad lipothymias dispositi sunt.

40) Riedlin Observat. Cent. II. N. 46. — Saepe in hystericis a quinque vel sex alvi evacuationibus sibi repenter succedentibus lipothymias observavi.

41) Forestus l. c. Obs. 10.

42) P. III. Vol. II. Cap. de hydrope peritonaei.

43) Rhazes ad Almans. Tr. VI. C. 6. — Riedlin Millenar. N. 43. — Vacuitatem ventriculi ad lipothymias disponere, in judaeis Lithuanis jejunio severe indulgentibus, atque in militibus, exercitiis militaribus stomacho jejuno intervenientibus, quotidie observamus.

morbique praegressi [44]), ortum praebent, observatur.

4. Praeter remotionem caussarum, conducunt: — in animi deliquiis hystericarum — *odoramenta et subfumigia* [45]); in illis gravidarum — *venae sectio;* in illis parturientium — exclusio foetus, secundinarum, grumi sanguinis retenti, forte *sanguinis transfusio* [46]), et in illa ex inanitione — *lenta restauratio.* Nutrimenta enim et pharmaca ad vitam sufflammandam idonea, ita exhiberi debent, ut a minimo stimulo sensim sensimque ad validiorem ascendatur. Cura.

§. XCVI.

E x g e l u.

1. Haec quoque regula in illis valet animi deliquiis, quibus *subtractio caloris*, systemati nervoso admodum inimica [46]), ansam praebet, quaeque in regionibus septentrionalibus communissima sunt [47]). Notio.

2. Gelu

44) Convalescentes minima porrecta occasione in lipothymias incidunt. Jam ipse illorum *situs erectus* id efficere potest. V. Fr. Hoffmann de animi deliquiis. Obs. 2. Opp. T. III. p. 274. — De Man *Abhandl. vom bösartigen Faulfieber* p. 130.

45) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. I. §. VI. 47. (81. 83.).

46) Ploucquet Literatura medica digesta. T. V. art. chirurgia infusoria et transfusoria.

46) Kloeckhof diss. de frigidis, nervorum systemati inimicis, ad ductum aphorismi Hippocratis. Lugd. Bat. 1736.

Symptomata.

2. Gelu expositus homo (inprimis si fuerit debitis vestibus orbatus, quietus, ebrius) primum famem [48]), dein dormiendi desiderium experitur. Quodsi desiderio isto cedatur, de vita actum est. Praevio enim cutis pallore, cruoris circuitus magis magisque languet, donec tandem ipse humor vitalis, omnisque alius in corpore et praecipue in textu celluloso cutis contentus in glaciem convertatur. Partes solidae substantiam duram, fragilem, elasticam, efformant, ex quo universi corporis rigor. — Interdum asphyxia ad *unam* dumtaxat corporis partem, sub forma *gangraenae* circumscribitur. Praecedit tunc macula alba, indolens, cui pruritus, rubor, calor, dolor, succedunt, superveniente tandem vesicula, in ulcus mali moris, et, nisi recta adhibeatur cura, ut diximus, in gangraenam transitura.

Cura.

3. Est autem *cura congelatorum* (saepe successu coronata [49])) sequens: corpus asphyctici spoliatur caute vestibus, cultro et forficibus levi manu solvendis, non vi detrahendis, ne membra rigida frangantur. Ad hoc periculum antevertendum aegrotus in illa ipsa corporis positione,

47) Vilnae fere omni anno contingit, ut rustici trahae congelati insidentes, ab equis suis, mercatum adire solitis, ad urbis portas ducantur.

48) „. . . . . qui per nives multas incedunt intensissima *fame* et prae hac saepe *lipothymia* corripiuntur." PLUTARCH. Symph. VI. Cap. 8.

49) EL. CAMERARII diss. Taurinenses. p. 66—199.

sitione, quam ei gelu conciliavit, servandus est. Praeterea circumdatur universum corpus, ore et naribus exceptis, *nive*, cum qua et lenes instituuntur frictiones [50]. Regelato sic quodammodo corpore, *lavatio* ope *aquae frigidae*, primum simplicis, dein vino aut alcohol mixtae, institui debet. Detersum postea corpus pannis laneis, lecto frigido, in cubiculo frigido locato committitur. Possunt et *clysteres frigidi* ex aqua et aceto injici. In malo rebelli, pulmonibus aër, dummodo non calidus, introducendus est [51].

§. XCVII.

Ex calore et electricitate.

1. Et hic extremitates oppositae se tangunt. *Calor* anim ex balneo [52], inprimis vaporis [53], vel Calor.

50) De curationibus tali pacto peractis lege Beckersche *Noth- und Hülfsbüchlein.* 1. *Th. Frankfurt* 1790. p. 22. — J. P. Frank l. c. p. 277. — Memorabilis quoque casus a Sauvages (Nosologia method. Cl. VI. Gen. XXIII. Spec. 5.) narratur. Miles, inquit, quidam sub plaustro jacens nive tectus erat, alter eundem locum dormiturus occupat et priori inscius incumbebat; calore superincumbentis inferior reviviscens alterum excitat, et sic ambo evadunt, secus somno perpetuo premendi.

51) Cap. XXVII. §. CI. N. 8. (64—75.).

52) Aetius Tetrab. III. S. I. C. 8. — Plura exempla lipothymiarum in balneo nimis calido ortarum vidi; bis gravissimi morbi acuti subsequebantur.

53) Qui balnea vaporum in Rossia pro prima vice ingrediuntur, saepe in lipothymias incidunt.

vel ex congregationibus [54]) evolutus, saepe lipothymias, ope aurae frigidae non nisi caute profligandas [55]), producit.

Electricitas. 2. Eundem effectum praestat *electricitas atmosphaerica* [56]), potissimum *fulmen.*

Literatura. 3. De *asphyxia sideratorum* legi merentur: CHARLETON [57]), MAJOR [58]), CRAUS [59]), ROESER [60]), VALENTINI [61]), JUCH [62]), MÜNNICH [63]), VOLMAR [64]), MARKER [65]), BÜCHNER [66]), BIEDERMANN [67]),

54) In ecclesiis, comitiis, theatris a magno congregatorum hominum numero excalefactis, quin aër jam inquinatus dici possit, plurimi animo linqui solent.

55) Gravissimos morbos pulmonum aliorumque viscerum ex incauta hominum lipothymiâ correptorum frigori expositione, observavi.

56) Uxor Nuntii Hispanici A. 1799. Vindobonae degentis, appropinquante tempestate çum tonitru animo linquebat.

57) De cerebro et fulmine. Lònd. 1665.

58) Diss. de tactis fulmine. Kil. 1673.

59) Diss. de fulmine tactis. Jen. 1694.

60) Diss. de fulminatis. Regiom. 1704.

61) De ceraunia et de fulmine tactis. Gies. 1717.

62) Diss. de eo quod medicum decet circa fulmine tactos. Erf. 1737.

63) Relatio physico-medica *von zwo durch einen Donnerschlag in Osterwyk verunglückten Personen, deren eine gerettet wurde. Halberst.* 1742.

64) Diss. de fulmine tactis. Argent. 1765.

65) Progr. de electricitatis aëreae in corpus humanum actione. Pragae 1766.

66) Diss. de morte in fulmine tactis. Hal. 1766.

MANN [67]), ACKERMANN [68]), NIETZKI [69]), RETZ [70]), LYON [71]), STADTHOFER [72]), VAN MARUM [73]), aliique [74]).

4. Fulmine tactus modo in lipothymiam, modo in asphyxiam incidit. In *lipothymia* facies tumet, rubet, oculi fixi sunt, sanguine suffusi, lacrymantes; os, nares et aures [75]) cruorem fundunt; Symptomata.

67) Diss. caussae subitae mortis fulmine tactorum. Lips. 1768.

68) De morbo et sectione fulmine nuper adusti. Kil. 1771.

69) Diss. de methodo morbos inflammatorios a fulmine ortos curandi. Hal. 1771.

70) *Fragmens sur l'électricité humaine.* *Paris* 1785.

71) *Account of the phaenomena discovered in examining bodies killed by lightening.*

72) *Von der tödtlichen Wirkungsart des Blitzes.* *Dresd.* 1791.

73) *Beschreibung einer ungewöhnlich grofsen Elektrisirmaschine.* *Leipzig* 1798.

74) Ephem. Nat. Cur. Dec. I. A. 2. Obs. 37. — Dec. II. A. 10. Obs. 136. A. 9. et 10. Obs. 58. — Cent. I. et II. Obs. 28. — Commercium literar. Norimberg. 1732. p. 402. p. 739. p. 13. — *Journal des sçavans* 1684. *N.* 24. — *Histoire de l'académie des sciences à Paris* 1772. p. 14. — *Histoire de la société de médecine* 1776. p. 351. — *Memoirs of the med. society of London.* *Vol. VI. Append.* — *Journal de médecine. T. XI.* p. 27. *T. XXIV. T. LXI.* p. 606. — *Philosophical Transact. Vol.* 49. *P.* 2. *Vol.* 80. *P.* 2.

75) HEMMER Commentaria Academicae Theodoro-Palatinae. Vol. V. p. 150.

dunt; musculi, praesertim extremitatum, resoluti cernuntur; respiratio cohibetur; pulsus aut plane desideratur, aut parvus et irregularis fit, deletis simul animi facultatibus [76]). Praesente *asphyxia*, homo, aut in ea, qua a fulmine tactus fuit, positione manet [77]), aut dormienti similis invenitur. Hujusmodi asphyctici diutius quam alii calorem retinere solent. Plurimi illorum odorem sulphuris [78]), aut phosphori [79]), spirant. Corporis superficies alias intacta, saepius strias rubras, serpentiformes, praesertim ad brachia et ad pectus, exhibet [80]). Interdum cutis adspectum, ac si a ferro candente tacta fuisset, refert. Nonnunquam illa a vesicis notatur. Crines fere semper adusti.

Autopsiae cadaverum.

5. Sectis *cadaveribus*, citissime putrescentibus [81]), suffocatisque similibus [82]), nec ossa, nec

76) Sprengel *Handbuch der Pathologie.* 3. *Th.* §. 364. p. 218. 3. *Edit.*

77) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. XIV. §. LXI. 2. (33). Beaulieu tractatus de tonitru et fulmine.

78) „Omnibus fulguritis odor sulphuris est." Seneca Nat. Quaest. II. 2. — Roeser l. c. §. XVI. p. 16.

79) Bernt l. c. p. 119.

80) Struve *Versuche über die Kunst Scheintodte u. s. w.*

81) Jam Euripides dixerat: *Phaetontem* a fulmine tactum in putredinem abivisse. Poetam errasse contendit Bulengerius (De terrae motu et fulmine. L. V. Cap. 11.), propterea quod Plutarchus (Cap. II. Sympos.) asseruerit: „eorum, qui de coelo tacti sunt, corpora *non* putrescunt." Verum et Brandesii (*Versuch

nec vasa sanguinea (exceptis iis cerebri, utpote interdum dilatatis et disruptis [83])) morbosi quid exhibent [84]). Visa tamen sunt medulla oblongata lacerata, et tympanum evulsum [85]). Pulmones utplurimum sunt collapsi et cor sanguine turgidum [86]).

7. Qui memor est, dari homines adeo ad combustionem dispositos, ut sponte comburi possint [87]); ille minime inficias ibit, dari etiam homines, qui prae aliis fulminis imperio subjiciuntur. Illius periculum maxime incurritur in *cubiculis* humilibus, angustis, moram faciendo prope parietes, caminum, hypocaustum, specula, candelabra, aliaque utensilia metallica, in lectis ferro munitis, locisque per quae fulmen jam prius sibi viam paraverat; — in *ecclesiis* prope turrim, campanas, organum, imagines sanctorum auro vel argento obductas, portas ferreas elathratas; — in *plateis* prope domus, stillicidia, rivos; — et in *campis* prope arbores, flumina, lacus, Caussae.

über die Lebenskraft. Hannov. 1796. §. 30.) et Wendtii (Loder's *Journal f. die Chirurgie.* 1. *B.* p. 245.) observationes, de cita cadaverum fulmine tactorum putredine abunde testantur.

82) Leske *Auszüge aus den Transactionen.* 4. *B.* p. 231.

83) *Histoire de l'académie R. des sciences.* l. c. p. 308.

84) Reimarus *Vom Blitze.* p. 200.

85) Charleton l. c.

86) *Histoire de l'académie* l. c.

87) P. I. Vol. II. Cap. XLIII. §. CLVII.

lacus, frumentum, foenum, equitando curruque vehendo. — Caussa proxima sideratorum in suffocatione per vapores sulphureos, in concussione systematis nervosi per ictum, et in compressione cerebri a cruore effuso locata est. Illam potissimum in stimulum electricum principium vitae exhaurientem, aliis praeeuntibus [88], locamus.

Diagnosis. 8. Cognoscitur quod asphyxia, aut mors, fulmini tribuenda sit [89]), dum tempestas cum tonitru vehemente praeiverat; dum cubiculum et vestes miseri odorem sulphureum aut phosphoreum exhalant; dum corpus, vestes, parietes cubiculi, arbores propinqui fulminis praegressi vestigia prae se ferunt, dumque metalla fusa inveniuntur. Posset *combustio spontanea*, in errorem ducere.

Prognosis. 9. Fulminis ictus interdum effectus salutares exerit [90]). Nec ubi ille diuturnam inducit asphy-

88) *Tübingische Anzeigen* 1799. p. 758. — PARKINSON *Merkwürdige Abhandlungen von London.* 2. B.

89) „*Hier kann es sich allerdings leicht zutragen*, ait BERNT (l. c. p. 120.), *was drey Reisegefährten begegnet ist, von denen der eine während eines Gewitters vom Blitze erschlagen wurde, die andern von den Verwandten als des Mordes verdächtig vor Gericht gezogen, jedoch nach der ärztlichen Leichenuntersuchung von allem Verdachte frei gesprochen worden sind.* (FORT. FIDELIS p. 594.)“

90) De morbis rebellibus a fulminis ictu sanatis lege

asphyxiam [91]), necessario semper interficit [92]). Visa est mater fulmine perempta salva prole tum brachiis insidente [93]), tum utero inclusa [94]), et vice versa [95]). Siderati, qui convalescunt, exhibere solent desquamationem epidermidis [96]), anaesthesiam [97]), impotentiam electricitatem atmosphaericam perferendi [98]), dolores, tumores, paralyses in variis corporis partibus, praesertim vero in extremitatibus inferioribus.

10. Si-

Cartheuserum diss. de singularibus quibusdam morborum curationibus. Francf. 1777. p. 17.

91) Duas horas asphycticus erat aeger fulmine tactus ac sanatus, de quo legitur in *Abhandlungen aus der Naturgeschichte u. s. w., aus den Schriften der Harlemer und andern Holländischen Gesellschaften. 2. B.* p. 330. — Roeser l. c. §. 14.

92) Bene elementa politiae medicae. Budae 1807. p. 278.

93) Schenk Obs. Lib. I. p. 89. (Exemplum celeberrimi Fracastorii).

94) *Repliques à* Veyras *sur la nature des arquebusades. Lyon* 1590.

95) De infante mortuo per abortum excluso, matre fulmine tactâ salvâ, narrat Hoppel (Relat. cur. T. II. p. 42.).

96) Zacchias quaest. med. legales. Lib. II. p. 89.

97) Benevienius de abdit. Cap. 13.

98) Hoc phaenomenon per notas hucusque stimulorum leges *non* explicatur; deberet enim exhausta a fulmine excitabilitas, ad minorem electricitatis stimulum vix sensilis esse.

Cura

10. Sideratus illico ex loco recluso [99]) re movendus et vestibus spoliandus est. Porro s indicia inflammatoria adsint, mox *vena*, au jugularis aut mediana, *sauciari* debet. Copiosa dein *hirudines* ad tempora, et *cucurbitulae sca rificantes* ad nucham applicantur. Adspergitu interea aeger *aqua frigida*, foveturque capu epithemate ejusdem temperaturae, non neglecti *clysteribus* ex aqua tepida, aceto et sale. A re mediis calefacientibus et a frictionibus abstinen dum [100]). Illis dumtaxat locus est, si aegri ha bitus fuerit gracilis, pallidus, pulsusque nullus tunc quoque *calor*, *vinum*, *electricitas* [1]), e auxilia respirationis opus restituentia [2]), indi cantur. Summam laudem in asphyxia siderato rum sibi promeruit *Geochosia* seu *balneum ter- rae* [3]), posito corpore denudato oblique et capite elevato in fossam cooperiendoque corpus, ex- cepta

99) „Romani locum in quem fulmen inciderat pro *sacro* habebant, quod eum (locum) sibi Deus dicasse vide- retur.“ (Festus).

100) Zarda l. c. — Stoll l. c. p. 62. — Struve l. c. p. 98.

1) Fothergill apud Hawes l. c. — Stoll l. c. p. 63. — Schouten l. c.

2) Cap. XXIII. §. CI. N. 8. (64—75).

3) Poppe l. c. p. 490. — Struve l. c. p. 98. — Stoll l. c. — *Deutscher Mercur* 1786. — *Salzburger medi- cinisch-chirurg. Zeitung* 1790. 4. *B.* p. 224. — Lithua- niae incolae magni hoc auxilium faciunt momenti, ipse vero relate ad illud experientia destitutus sum.

cepta facie (aqua frigidâ reiteratis vicibus adspergendâ), levi terra ad altitudinem manus, donec aut convalescentiae aut mortis indubitata appareant vestigia. Agitne terra instar alcali, exhaustam a fulminis stimulo excitabilitatem resarciendo [4])? Revera et *alcali* fixum hìc commendatum fuit. Forte cura tetani, auctore Stütz [5]), conveniret?

§. XCVIII.

A miasmate. Contagio et narcoticis.

1. Fulminis vim quodammodo aemulantur exhalationes paludum, vulgo *miasmata.* Prosternunt nempe quandoque ita sanissimos robustissimosque homines, ut pro tempore in agone constitui videantur. Pro tempore, inquam, nam tale malum *periodice* decurrere solet, quamobrem *febris intermittens perniciosa syncopalis* auditur [6]). Typum iste morbus servare solet tertianae aut simplicis aut duplicis. Aeger nullo dolore perculsus, frequenter, graviter et absque caussa manifesta languet, exsolvitur, et animâ deficit sive de latere in latus se velit convertere, an manum tentet loco movere. Faciem tunc habet cadavericam, colorem plumbeum, oculos Miasma.

 semi

4) Humbold *Versuche über die gereitzte Nervenfaser.* *Berlin* 1797.

5) P. II. Vol. I. Sect. II. Cap. XIII. §. LXVIII. N. 2.

6) *Synonyma.* Amphimerina syncopalis, triteophia syncopalis, syncope febricosa, febris syncopalis.

semi clausos, albumque tantummodo exhibentes anhelitum sublimem, supinumque sine motu decubitum 7). Nisi (fugatis si opus sit prius complicationibus) *cortex cinchonae officinalis*, uti in aliis febribus perniciosis *), porrigatur, secundus aut tertius febris accessus aegrum e medio tollit.

Contagium. 2. Et febres continuae a *contagio* excitatae interdum cum lipothymiâ ingruunt 8), eaque hinc inde solvuntur 9).

Narcotica. 3. Doctrinam, quae ad animi deliquia a *narcoticis* excitata spectat, jam in alio hujus operis loco 10), explanavimus. Mentio quoque injicienda fuisset de *seminibus colchici autumnalis* 11) et de *stipitibus solani dulcamarae* 12).

§. XCIX.

7) Torti therapeutica specialis ad febres periodicas perniciosas. Venet. 1732. Lib. IV. Cap. 2. p. 210.

*) P. I. Vol. I. Cap. II. §. XXX. N. 16.

8) Senac de corde. Lib. IV. Cap. 12. p. 548. — *Annales de la société de médecine de Montpellier*. T. 25. p. 367.

9) J. P. Frank l. c. p. 45. (Proprii sui morbi historia enarratur. Asphyxia quatuor perduravit horas).

10) P. II. Vol. I. Sect. II. Cap. XXV.

11) Chirurgus Vindobonensis conspicuus, affectionibus arthriticis excruciatus, sibi *tincturam colchici autumnalis* cum vino madera paratam ex Anglia committi curavit. Lagena hac tincturâ repleta, in cellario deposita, atque, commutando domum, oblivioni tradita fuit. Detecta illa lagena fortuito a famulo (A. 1823. mense Octobri), ille liquidum, quod pro vino puro

§. XCIX.

A vaporibus carbonum.

1. *Fodinae carbonum fossilium et carbones accensi*, homines qui illis exponuntur, vigiles — in *lipothymiam;* dormientes, — in *asphyxiam* conjicere solent. Notio.

2. *Lipothymiae*, praevio capitis dolore summo, aurium susurru, proclivitate ad somnum, virium prostratione, vomituque ingruunt; *asphyxiae* a sensu angustiae sub somno, aegro caeterum motus voluntarios instituendi impote, annuntiantur [14]. Priusquam asphyxia omnibus nume- Symptomata.

habuit, cum familia sua epotavit, duobus inde subsequentibus funeribus.

12) A. 1819. mense Majo, feminae nobilissimae, infarctu glandulae in mamma laboranti, infusum *solani dulcamarae*, ex drachmis duabus stipitum ad colaturam librae unius paratum, ac quotidie sumendum, praescripseram. Cum vero aegrota sex dosibus jam usa esset, lipothymiis obnoxia facta est. Caussam illarum in dulcamara quaerens, eam seposui. Evanuerunt ab illo tempore lipothymiae. Elapsis nonnullis diebus, experimenti gratia, iterum laudatum infusum praescripsi, ac eodem plane cum effectu. — De lipothymia ex *massa pilularum de cynoglosso* lege Ephem. Natur. Cur. Dec. II. A. 6. Obs. 202. deque alia ex *opio*, per glaciem super abdomen et clysteres frigidos sanata, Mich. Portal in *Journal de médecine, chirurgie et pharmacie* 1815. *Juin.* p. 136.

14) Sic mihi nonnulli homines, quos ex asphyxia sanitati restituere potui, narrarunt.

numeris absoluta fiat, aegroti apoplecticorum more, tamen sine notis paralyticis, decumbunt. Facies illis rubet, livetque; respiratio est stertorosa. Sphyncterum officium conspicitur deletum. Pulsus tangitur modo magnus et lentus, modo frequens et filiformis. Plurimi vomitum patiuntur.

Autopsiae cadaverum.

3. *Cadavera* exhibent [15]): livorem fere universalem, oculos rubros, interdum spumam coram ore, semper membranam Schneiderianam, musculos capitis et faciei, atque pericranium purpureo colore notatos, — meninges et cerebrum in statu normali vasaque sanguinea encephali nonnunquam dilatata cruore turgida membranam mucosam tracheam et bronchia investientem ruberrimam, — pulmones sanos, — aortam vacuam, — venam cavam cruore repletam, — sanguinemque tum arteriosum tum venosum aequo pacto atrum et solutum **).

Caussae occasionales.

4. Quadraginta tres casus asphyxiarum a vapore carbonum, quos novendecim annorum curriculo Vilnae ex propria experientia collegimus, ortum debebant fornacibus, sic dictis Svecicis [16]), quate-

15) Plurima cadavera ipse secavi, alia Lobenwein. Illius observationes continentur in *Pamiętnikow Towarzystwa lekarskiego Wilenskiego. T. I. Wilna* 1818. p. 145.

**) Bernt l. c. p. 115.

16) Sub nomine *fornacis Svecici* intelligitur fornax, cui ligna in ipso cubiculo committuntur. Vices hinc agit

quatenus videlicet canalis, per quem vapor carbonum avolare deberet, aut fortuito, aut consulto [17]), mature nimis claudebatur. In Gallia et Italia idem malum a carbonibus accensis, ad cubicula dormitoria, aut ad alia loca reclusa, deportatis, observatum et ut rarum descriptum est [18]).

5. Carbonum vapor corpori humano duplici Diagnosis. ratione infensus est, nimirum tum per evolutionem gaz acidi carbonici opus respirationis laedentis, tum per principium aliquod narcoticum systemati nervoso, praecipue cerebro, infensum. Effectus veneficos vaporis carbonum, magis ab hoc principio narcotico, quam ab illo gaz

simul camini, ac mirifice aërem cubiculi mutare adjuvat. Ast dum canalis, exitui vaporis carbonum dicatus, antequam hi plane ardere cessaverint, clauditur, malorum non datur finis.

17) Rustici Lithuani in propriis tuguriis *fumo* (ast illo innocenti ex lignis ardentibus manante) delectantur. Dum hyemali tempore ad urbem se conferunt, ac cubicula fornacibus svecicis instructa inhabitant, ad fumum obtinendum, canalem, per quem carbonum vapor avolare deberet, hora somni (aeterni), claudunt.

18) *Histoire de l'académie R. des sciences a.* 1701. p. 18. — Buquet in *Mémoire de la société R. de médecine a.* 1776. p. 183. — Hermant *Mémoires sur les effets funestes du charbon allumé.* — Portal *Rapport sur les effets des vapeurs méphitiques dans le corps de l'homme.* p. 1. 2. 3. — J. P. Frank l. c. p. 132.

gaz repetimus; vidimus enim quod, dum plures homines in uno eodemque a vapore carbonum contaminato loco, diversa super strata jacent, ii qui superius locati sunt, plus quam inferiore loco positi, patiuntur, cum tamen, si gaz acidum carbonicum caussa praecipua asphyxiae esset, contrarium phaenomenon contingere deberet. Vidimus porro homines sanos, in loca a vapore carbonum contaminata, intrasse, ibique tam diu, quam ad asphycticos extrahendos requirebatur, mansisse, quin illi homines detrimentum acceperint, quod in atmosphaera respirationi non idonea neutiquam fieri potuisset. Nil praeterea clarius demonstrat, vim veneficam vaporis carbonum, quin negotium respirationis laedatur, locum habere posse, quam experimenta cum animalibus capta, quae scilicet animalia etiam tunc, dum excepto capite, vapori illo exposita erant, necabantur [19]). Nullibi vis venefica caussae allatae magis patet quam in infantibus, quos, etiamsi vaporis carbonum vix aut ne vix quidem in cubiculo obvenerint vestigia, attamen febre cum faciei rubore, inquietudine et vomitu graviter laborasse observavimus. Quoniam vero haec symptomata etiam *dentitioni laboriosae* et *encephalitidi* communia sunt, cavendum ne, quod

19) Carminati de animalium ex mephitibus et noxiis halitibus interitu ejusque caussis. Laude Pompeja 1779.

quod carbonum vapori tribuendum est, illis tribuatur morbis.

6. Nisi aeger citissime extra atmosphaeram a carbonum vapore contaminatam trahatur, morbus radices adeo altas agere solet, ut, etiamsi perfecta necdum locum obtineret asphyxia, arduum sit auxilium afferre. Licuit nobis tamen semel [20]) inter novem milites asphycticos septem salvare. Semper lenius affliguntur, qui in vomitum aut spontaneum aut artificialem incidunt. Pessimum hinc etiam indicium esse solet, dum emetica, majori dosi exhibita, effectum recusant. Caeterum prognosis maxime a statu sensorii communis et respirationis desumenda est. Interdum tamen capite sat libero, febris, notas typhoideas exhibens, et bronchitidi rupta, vitae insidias struit. Haec simultanea actio vaporis carbonum tum in systema nervosum, tum in membranam mucosam vias aëreas ambientem, affinitatem illius cum nonnullis contagiis febrilibus ostendit. Prognosis.

7. *Methodus medendi*, a multiplici nostra experientia confirmata, sequens est. Deportato quo citius id fieri licet, aegro in aërem liberum, spolietur vestibus et locetur capite elevato super mensam. Si pulsuum obvenient vestigia, illico *venae sectio* aut ex jugulari aut ex mediana instituenda est. Simul copiosae *hirudines* circa Cura.

20) A. 1806. Vilnae.

circa tempora et retro aures applicandae sunt. Facies et reliquum aegri corpus *aqua frigidiuscula et aceto* adspergitur, loca dein madida panno laneo abstergendo. Solae palmae manuum et plantae pedum pectinibus setaceis perfricantur. Ano injicitur *clyster* ex aqua frigida, aceto et sale. Omni jure clysteres ex fumo nicotianae (utpote intestina distendentes hincque pulmones in angustum spatium comprimentes atque aliunde vi narcotica praediti) damnantur [21]). Si aeger deglutire valeat, et sponte non multum vomat; *solutio tartari emetici* [22]) ingerenda. Turpiter enim errant qui vomitum non esse excitandum docent [23]). — Quodsi respirationis opus jam deletum foret, illud ope introductionis aëris in pulmones [24]) excitandum. Comparente febre cum notis bronchitidis, frigus evitandum, et aeger secundum regulas generales [25]) curandus.

Alii vapores.

8. In cubiculis recenter dealbatis aut coloribus oleariis pictis nec non in fodinis metallicis, aër,

21) Portal l. c.

22) Fortis solutio exhibenda e. c. grana tria in duabus aquae destillatae unciis, capiat binis vicibus, tempore octavae horae partis, et repetatur si opus fuerit.

23) Orfila l. c. p. 199.: „*ce moyen (la saignée) est préférable à l'émetique, dont on a quelque fois fait usage en pareil cas, et qui a été plutôt nuisible qu' utile.*"

24) Cap. XXIII. §. CI. N. 8. (64—75).

25) P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. VIII. §. XXXVI.

aër, particulis *calcis* [26]), *plumbi* [27]), *arsenici, olei terebinthinae* [28]) imbutus, simulque debita gaz oxigenii portione orbatus [29]), tum systemati nervoso, tum viis pneumaticis insidias struit, quibus secundum leges vix expositas [30]) occurrere studemus.

CAPUT XXIII.

De animi deliquiis pneumaticis.

---

§. C.

Ex impedito ad pulmones recens natorum aëris accessu.

1. Communissimum est animi deliquium *ex impedito ad pulmones recens natorum aëris accessu.* Doctrina huc spectans a scriptoribus de asphyxia infantum in genere [31]) illustrata est. Notio.

2. *Caus-*

26) P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. VIII. §. XXXIII. N. 2.

27) P. II. Vol. I. Sect. II. Cap. XII. §. LXI. 2. (18). §. LXII. 5.

28) *Gazette de santé.* 1815. *Juillet.*

29) Knape *Kritische Annalen der Staatsarzneykunde für das neunzehnte Jahrhundert.* 1. B. 1. *Th.* p. 123.

30) N. 7.

31) Cap. XXII. §. XCIV. N. 1. (3).

Caussae. 2. *Caussae* accessum aëris ad pulmones recens natorum impedientes sunt, mors matris gravidae, partus foetus adhuc a membranis circumdati [32]), contractio orificii uteri capite sive praevio sive postero, spasmus vaginae capite postero [33]), obvolutio colli a funiculo umbilicali, glandula thymus praemagna [34]), liquor amnii [35]), cruor, mucus os et pulmones oppilantes.

Cura. 3. Quo ultimo in casu cavitas oris illico ope digiti a corporibus extraneis liberanda est. Hoc labore peracto homo sanus proprium in pulmones infantum introducere debet halitum. Methodum hujusmodi, qua permultos infantes salvavimus, illi aërem per *follem* introducendi, cum aliis [36]), longe anteponimus. Vanus enim est timor quod aër, qui jam semel respirationi inservierat, ad functionem istam provocandam altera vice non sit idoneus. Immo, aër ille, utpote

32) Bernt l. c. p. 84.

33) Plenk *Anfangsgründe der Geburtshülfe. Wien* 1768. p. 158. — Wigand *Die Geburt des Menschen. Berlin* 1820.

34) Schallgruber *Aufsätze und Beobachtungen aus dem Gebiete der Heilkunde. Grätz* 1816. (Ponderis granorum 345).

35) Scheel Commentatio de liquoris amnii asperae arteriae foetuum humanorum natura et usu. Hafn. 1799. p. 15. 59. — Tode *Medicinisches Journal.* 3. *B.* p. 221.

36) Smellie, Levret, Portal, Duffot, Faissole, J. P. Frank (l. c. p. 249.) et Struve (l. c. p. 112.).

utpote minus oxygenii continens ideoque minus stimulans, ita sensibilitati exquisitae recens natorum quadrare videtur, uti tenuissimus victus, illis qui a fame exhausti sunt, quadrat. Praeterea thorax, opus respirationis imitando, vicissim comprimitur et relaxatur. Haec operatio in *balneo tepido*, ex aqua et vini portione, infante in alterutrum latus decumbente suscipitur, non neglectis frictionibus totius corpusculi et praesertim regionis epigastricae. Haec porro regio, aeque ac facies vicissim aquâ frigidusculâ adspergitur. Sunt qui *embrocationem* commendant [37]). Nec *applicatio caloris sicci* ope panni lanei, nec *clysteres* ex infuso florum chamomillae oleo et sale, negligendi sunt; quae si non juvarent, *electricitati* [38]) quoque locus foret.

§. CI.

Ex submersione in aquis.

1. Asphyxiarum nulla tot indaginum fuit objectum illâ *submersorum*. Notio.

2. Quod probant, praeter supra allatos auctores [39]), Condrochius [40]), Thomasius [41]), Seb. Literatura.

37) Niemayer in *Journal der Erfindungen, Theorien und Widersprüche in der Natur und Arzneywissenschaft.* 2. *Th.* p. 101.

38) Boer *Abhandlungen und Versuche, Geburtshülflichen Inhalts.* 2. *Th.* p. 13. 26.

39) Cap. XXI. §. XCI. N. 2 (78).

40) De rabie — de iis qui submerguntur. Francf. 1610.

Seb. Albinus *), Pechlinus 42), Seligmann 43), Becker 44), Crausius 45), Detharding 46), Charisius 47), Laurembert 48), Behrens 49), Schulzen 50), Brendel 51), Zieglern 52), Roederer 53), Squa-

41) De morte in undis contra Servium. Lips. 1667.

*) *Kurzer Bericht und Handgriff, wie man mit den Personen, so in Wassergefahr gerathen, nicht zu lange im Wasser gelegen, doch gleichsam für todt herausgezogen werden, umgehen solle.* 1675.

42) De aëris et alimentorum defectu et vita sub aquis. Kiel. 1676.

43) De hominibus 'Ενυδροβιοσις. Rostock. 1681.

44) De submersorum morte sine pota aqua. Gies. 1704.

45) Diss. de restitutione in vitam suffocatorum laqueo vel in aqua. Jen. 1705.

46) Epistola de methodo subveniendi submersis per laryngotomiam. Rost. 1714.

47) Diss. de morte submersorum in aquis. Regiom. 1735.

48) Diss. ergo demersorum vitae fons ultimus est respiratio. Paris. 1740.

49) *Kunst ertrunkene Menschen wieder zu erwecken. Braunschw.* 1742.

50) *Nachricht von den neuesten Versuchen im Wasser verunglückte Menschen wieder zu erwecken.* v. *Hall. Anzeigen* 1742.

51) Diss. experimenta circa submersos in animalibus instituta. Goett. 1754.

52) Diss. de submersis et methodo illis succurrendi. Basil. 1754.

53) Diss. sistens de submersis aqua. Goetting. 1760.

Squario [54]), Isnard [55]), Eberhard [56]), Jaeger [57]), Bonamy [58]), Duchemin de l'Etang [59]), Eschenbach [60]), Papius [61]), Haen [62]), Champeau et Faissole [63]), Grummer [64]), Menn [65]), Pia *), Redlich [66]), Nachtigall [67]), Platz [68]), Kühn [69]),

54) *Dissertazione epistolare intorno al ravivar i sommersi. Venezia* 1761.

55) *Cri de l'humanité en faveur des personnes noyées. Paris* 1762.

56) Diss. de submersorum vita restituenda. Helmst. 1767.

57) Diss. experimenta de submersis. Tübing. 1769.

58) *Nouvelles expériences pour sauver les noyés.* v. *Gazette salutaire.* 1770.

59) *Mémoires sur la cause de la mort des noyés pour servir de reponse à Mrs.* Faissole et Champeaux 1770.

60) *Arzneymittel z. Rettung der Ertrunkenen. Rost.* 1771.

61) Diss. exhibens tum modum et caussam in aquis submersorum, tum etiam generalem methodum et remedia, quibus illi qui in aqua vel fumo carbonum extincti videntur ad vitam iterum resuscitari possunt. Herbip. 1771.

62) *Abhandlung über die Art des Todes der Ertrunkenen, Erhenkten und Erstickten. A. d. Lat. Wien* 1772.

63) *Erfahrungen und Wahrnehmungen über die Ursachen des Todes bey Ertrunkenen. Danzig* 1772.

64) Diss. de submersorum resuscitatione. Lips. 1774.

65) Diss. de submersis et suspensis. Erlang. 1774.

*) *Détail des succès de l'établissement que la ville de Paris a fait en faveur des personnes noyées.*

66) Diss. de submersorum resuscitatione. Lips. 1774.

67) Diss. de caussa mortis submersorum. Viennae 1775.

68) De caussa mortis submersorum. Viennae 1775.

Kühn [69]), Pohl [70]), Kohlreff [71]), Testa [72]), M'Donnel [73]), Leiter [74]), Fuller [75]), Leonhardi [76]), Goodwyn [77]), Schimm [78]), Metzger [79]), Franks [80]), Schrage [81]), S. G. Vogel [82]), Colemann [83]),

69) Diss. de caussa mortis hominum aqua submersorum, eosque in vitam revocandi methodo Graecis usurpata. Lips. 1778.

70) Progr. de difficili disquisitione cadaverum aqua submersorum. Lips. 1778.

71) *Von der wahren Todesart der Ertrunkenen.* *Lübeck* 1778.

72) *Della morte apparente degl' annegati.* *Firenze* 1780.

73) Diss. de submersis. Edinb. 1784.

74) Diss. de asphyxia aquis submersorum. Argent. 1785.

75) *Some new hints relative to the Recovery of Persons drowned.* *Lond.* 1785.

76) Progr. de latice pulmonum spumoso, hominis vivi submersi signo ambiguo. Viteb. 1786.

77) *The connexion of life with respiration, or an experimental inquiry into the effects of submersion.* *Lond.* 1788.

78) Diss. de submersis. Argent. 1788.

79) Animadversiones in hypothesin Goodwyni de submersis. Regiom. 1789.

80) *Observations on animal life and apparent death from accidental suspension of the function of the lungs, with remarks on the Brunonian system of medecine.* *Lond.* 1790.

81) Diss. de submersis. Harderov. 1790.

82) *Medicinisch-politische Untersuchungen der Ursachen, welche die Wiederherstellung der Ertrunkenen so selten machen.* *Hamb.* 1791.

lemann [83]), Gehler [84]), Hamilton [85]), Woodford [86]), Rüdiger [87]), Fothergill [88]), Kite [89]), Murray [90]), Van Marum [91]), Wiedemann [92]), Schmidt [93]), Ploucquet [94]), Fine [95]), Berger [96]),

83) *Abhandlung über das durch Ertrinken, Erdrosseln und Ersticken gehemmte Athemholen; nebst Vorschlägen zu einer neuen Behandlungsart dieser Krankheit. A. d. E. Leipzig* 1793.

84) Cur rarum sit, submersos vitae reddi. Lips. 1787. — Pr. momenta quaedam, quae ad vitam hominum submersorum restituendam multum favere videntur. Lips. 1793.

85) *Rules of recovering Persons recently drowned. Lond.* 1794.

86) Diss. de resuscitatione submersorum. Edinb. 1794.

87) *Ueber die Rettungsmittel, welche bey Ertrunkenen anzuwenden sind. Tübing.* 1794.

88) *Inquiry into the suspension of vital action in cases of drowning and suffocation. Lond.* 1795.

89) *Essays and observations physiological and medical on the submersion of animals. Lond.* 1795. — *Memoirs of the medical society of London. Vol.* 3. *N.* 14.

90) Diss. de natura mortis ex submersione oriundae. Edinb. 1796.

91) *Beobachtungen und Versuche über die Rettungsmittel Ertrunkener. Leipzig* 1796.

92) *Anweisung zur Rettung der Ertrunkenen. Braunschw.* 1797.

93) Diss. de caussa mortis submersorum. Goett. 1798.

94) Diss. sistens animadversiones quasdam in statum et therapiam submersorum. Tub. 1799.

95) *De la submersion, ou recherches sur l'aphyxie des*

GER [96]), GÜNTHER [97]), VIBORG [98]), STEVENS [99]), FINE *), aliique [100]).

Sympto-mata.

3. Homines in aquis submersi exhibent corpus frigidum, extremitates rigidas, caput inflatum, faciem tumidam, ex livido rubram, oculos fixos et prominentes, linguam saepe volumine auctam ac interdum extra os pendulam, hocque cavum

noyés et sur la meilleure méthode de les secourir. Paris 1800.

96) *Sur la cause de l'asphyxie par submersion.* Paris 1805.

97) *Geschichte und Einrichtung der Hamburgischen Rettungsanstalten für im Wasser verunglückte Menschen. Hamburg* 1808.

98) *Pathologische Bemerkungen über ertrunkene Thiere.* v. *Nordisches Archiv.* 1. *B.* 1. *St.* p. 1.

99) V. *The medical and surgical Register, consisting chiefly of cases in the New-York hospital. By* J. WATTS, V. MOTT. *New-York* 1818.

*) Chirurgus Genevensis opus de submissione publici juris reddidit, quod necdum accepi.

100) *Avis pour donner du secours à ceux qu'on croit noyés. Strasb.* 1740. — *Die Kunst ertrunkene Menschen wieder zu erwecken. Augsb.* 1756. — *Anzeigen der bewährtesten Mittel, dadurch Menschen, die im Wasser erstickt, gerettet werden können. Hamb.* 1769. — *Anleitung, wie den Ertrunkenen zur Rettung des Lebens Hülfe zu leisten. Zürich* 1779. — *Magazine:* — *Berliner.* 2. *B.* p. 472.; — *Bremisches.* 2. *B.* p. 567.; — *Dresdner.* 2. *B.* p. 284.; — *Hamburgisches.* 26. *B.* p. 205.; — *Hannöverisches* 1764. p. 367. — 1768. *N.* 100. — 1769. *N.* 51. 52. — *Mercure Suisse.* 1733.

cavum nec non faucium illud a muco cruento repletum, pectus et abdomen prominentia, sensuum officium deletum, respirationem abolitam, pulsumque nullum.

Autopsiae cadaverum.

4. In *cadaveribus* tum hominum tum animalium (experimenti gratiâ) submersorum observata fuere: vasa cerebri vacua [1]), saltem non plena [2]), alias cruore distenta [3]), nunquam vero disrupta [4]); venae jugulares et cava turgidae [5]), venae pulmonis et arteria aorta sanguinem atrum continentes [6]), — cor dextrum cruore plenum [7]), sinistrum sanguine nigro refertum [8]); — epiglottis erecta [9]), vel saltem non depressa [10]); pulmonum parenchyma aëre et sanguine repletum [11]), cellulaeque aëreae disruptae [12]). — Quaeris vero praecipue, *num pulmones et ventriculus aquam contineant nec ne?* — Aquam vel nullam vel admodum paucam in illis visceribus invenerunt

Ii 2 DETHAR-

1) SCHRAGE l. c.

2) CHAMPEAUX et FASSIOLE.

3) PORTAL l. c. *Dictionaire encyclopédique. Edit. Genev.* *T.* 33. p. 196.

4) GOODWYN l. c. p. 4.

5) Medic. Siles. satyrae. Spec. II. p. 14.

6) VIBORG l. c.

7) COLEMANN l. c.

8) VIBORG l. c.

9) HAEN l. c. PORTAL l. c.

10) MORGAGNI de sed. et caus. morb. Epit. XIX. 44.

11) WEBER obs. med. Fasc. I. N. 1.

12) WALTER de apoplexia p. 64.

DETHARDING [13]), BECKER [14]), GARDANE [15]), TISSOT [16]), MORGAGNI [17]), ISENFLAMM [18]), J. HUNTER [19]), KITE [20]), LEPROTTI [21]), GOODWYN [22]), aliique [23]). Altera ex parte, aquam, vel quodcunque demum liquidum, in quod homo immersus fuit [24]), in pulmonibus aut ventriculo reperierunt ROEDERER [25]), HALLER [26]), LENTIN [27]), STRUVE [28]), FOTHER-

13) l. c.

14) l. c.

15) *Journal de* ROZIER 1778. *Mois de Janvier, Février, Mars.* V. SCHERF *Archiv für die medicinische Polizey.* 3. *B.* p. 194.

16) *Anleitung für das Landvolk.* p. 426.

17) Epist. anatom. medic. XIX.

18) *Versuch einiger praktischen Anmerkungen über die Muskeln.* §. 53.

19) *Proposals for the recovery of persons apparently drowned;* in *Observations on certain parties of the animal oeconomy. Lond.* 1786.

20) l. c. p. 91.

21) Commentar. Bonon. T. I. p. 345.

22) l. c. p. 14. 15. 19.

23) Act. Berolinens. Dec. II. Vol. 3. p. 58. — BOHNIUS de renunciatione vulnerum. Dec. II. App. p. 194.

24) Legitur apud PORTAL (*sur les vapeurs méphitiques* p. 23.) de viro in cloaca suffocato, cujus trachea stercore repleta erat.

25) l. c. p. 8.

26) Opuscula pathologica. p. 156.

27) *Beobachtungen einiger Krankheiten* p. 116. 120. (aqua in ventriculo).

28) l. c. p. 105. (Vomitus aquae).

FOTHERGILL [29]), KNAUS [30]), HAEN [31]), LITTRE [32]), LOUIS [33]), PLOUCQUET [34]), VIBORG et SCHEEL [35]) atque KOPP [36]).

5. Observationum illa discrepantia, ex conatu plus minus efficace sub undis respirandi, atque ex fortuito epiglottidis statu, aditum aquis ad tracheam modo concedente, modo denegante, ortum trahit. Consensu vero omnium stabilitum est, *mortem submersorum neutiquam aquae deglutitae adscribi posse.* Neque illam *generis* esse *apoplectici*, ut LITTRE, WALTER et KITE docuerunt, ex argumentis, a GOODWYN, FOTHERGILL et COLEMANN allatis, elucet. Duo inter illa maximi facimus momenti, nimirum 1° quod vasa cerebri in submersis, etiamsi aliquando turgeant, minime tamen disrupta obveniunt et 2° quod ii submersorum, qui salvantur, nunquam apoplexiae reliquias, paralysin videlicet, exhibent. Quae cum ita sint, nil restat, nisi mortem submersorum *ex impedito accessu aëris ad pulmones* et *denegato inde processu oxygenationis sanguinis* Caussa proxima.

29) l. c. p. 73. 74. (Tres mensurae aquae ex ore fluentes).

30) *Salzb. med. chir. Zeit.* 1794. 3. B. p. 417.

31) Ratio medendi continuata. T. I. C. 2.

32) *Mémoire de l'académie R. des sciences.* a. 1719. p. 26.

33) *Lettres sur la certitude des signes de la mort.* *Paris* 1752.

34) l. c.

35) *Neues Nordisches Archiv.* 1. B. p. 1—44. 295—298.

36) *Jahrbücher der Staatsarzneykunde.* 3. *Jahrg.* p. 5. 6.

nis et evolutione caloris animalis, derivare. Pereunt hinc submersi (sat similes aegrotis a morbo coeruleo detentis) *ex suffocatione* et *ex congelatione*, si dicere liceat, *interna.*

Diagnosis. 6. Verum ne credas omnem inventum in undis hominem, modo vix indicato, periisse. Potest enim quis fortuito in aquis apoplexiâ corripi, ac apoplecticus jam factus submergi; possent tandem et cadavera hominum, qualicunque demum modo peremptorum, in undas conjici ibique reperiri. Pars ista *diagnoseos* medicinae forensis sistit objectum.

Prognosis. 7. Nisi corpora submersorum laesiones, quae cum vita existere nequeunt, vel putredinis indicia prae se ferant, de restauratione nunquam est desperandum. Quo minus frigida atmosphaera et aqua, in qua corpus degebat; eo major sanationis spes [37]). *Tempus submersiones* minus quam vulgo creditur *prognosin* regit. Extant nimirum exempla hominum breve admodum per tempus submersorum, qui nihilominus salvari haud potuerant, extantque contraria, inter quae, non quidem ad illa a Pechlino [38]) aliisque descripta et a Hallero rite definita [39]), sed ad casus, a

Paulo

37) Edouard in *Bibliothéque universelle* 1818. *Novembre* p. 241.

38) Narrat (l. c.) de juvene qui postquam 42 dies sub undis jacuerat, resuscitatus fuit!

39) „Eae historiae partim ab ignaris hominibus pro-

Paulo Zacchia 40), Pia 41) caeterisque fide dignis 42), enarratas provocamus. Propria experientia, inter tentamina septem infructuosa, unum successu coronatum 43) exhibet; feliciores fuerunt

fectae sparguntur, partim ad aliam caussam pertinent." Elem. Physiolog. T. VIII.

40) Quaest. Med. Legal. III. Consil. 79. (Narrat de juvene, qui *post horam submersionis* resuscitatus fuit; additque: „certum esse debet, non modo *hoc miraculum non esse*, neque inter illa eventa connumerandum, quae multam admirationem audientibus excitare consueverunt: quippe cum pateat, alios *permultos*, non post horas tantum, ut iste juvenis, imo etiam post triduum, cum in aquis, vel alia ratione suffocati essent, revixisse.").

41) l. c. T. I. p. 14. Et *gazette de France du* 26. *Juin* 1772. (Post $\frac{3}{4}$ horae submersionis resuscitatus).

42) Fothergill l. c. ex *annual Report* 1779. p. 76. (Casus Dr. Farguhar; restitutio post $\frac{1}{4}$ horae submersionis).

43) A. 1806. mense Julio Vilnae, centurio militum, Van Wiesen Moscoviensis, juvenis tunc viginti annorum, hora quinta pomeridiana in flumine *Wilenka* ubi in valle *Popłowy* decurrit, balneum usurpavit. Fefellit pes et miser ab undarum superficie evanuit. Rustici Rossici (*Burlaki*) cum ex opposito litore horrendum viderint spectaculum, sese in undas praecipitarunt juvenemque *post duodecimam horae partem* feliciter extraxerunt. Erant illi facies livida, cornea splendore destituta, spuma cruenta coram ore, sensuum et facultatum animi officium deletum, corpus frigidum, non tamen rigidum, pulsusque nullus. Solum respiratio stertorosa vitam manifestabat. Hac

fuerunt alii 44). Salva vita, aliorum morborum, inprimis cordis 45), periculum non semper aufugitur.

Cura. 8. Extracto cum necessariis cautelis 46), opportunisque instrumentis 47), homine submerso ex undis

sub rerum positione aeger ad urbem deportatus, mihi fortuito in via Subocz (duo mille passus a loco infortunii) obviam venit. Ut in vicinam domum illico transferretur, jussi; ibique illum spatio horae ope caloris, frictionum, venae sectionis, et emetici restitui. Per triduum adhuc de debilitate et tussi conquerebatur. Die quarto non solum cubiculo sed et urbi, quin mihi vel verbuli ope gratias egisset, valedixit. Verum vix tempore bimensis evoluto, directio cursus publici mihi illius epistolam annexo annulo gemmato, pretii circiter mille rublonorum, transmisit.

44) Spatio duorum annorum Hamburgi 152. homines ex undis salvati fuere. V. *Hamburger unpartheiischer Correspondent* 1822. die 16. Julii N. 113. art. *Hamburg.*

45) Cap. XII. §. XLVIII. N. 1. (100). Adde exemplum juvenis medici Vilnensis, qui balneum in flumine adhibendo submersus est. Cum tamen prope litora fuerit, magnumque lapidem ibi conspexerit, nisum illum attingendi fecit ac revera duobus sub undis factis gressibus ad metam pervenit. Ab illo autem tempore ingratum quid circa cor percipit, saepe congestiones sanguinis ad caput experitur, ac haud raro pulsum irregularem exhibet.

46) J. P. Frank l. c. p. 205.

47) Günther l. c. — Poppe l. c. 1. *B.* p. 170. 199. 406. — Bernt l. c. Tab. I.

undis aut ex glacie [48]), eoque a vestibus et limo cava oris et narium obsidente, si opus sit per ipsam tracheotomiam [49]), liberato, pannisque siccis subcalidis involuto, indicationes respirationem et motum cordis restituendi vigent. Ut primae indicationi satisfaciamus, pulmones ante omnia ab aqua, quam continere possent [50]), liberandi sunt. Ad hunc scopum assequendum submersi aut pedibus suspendebantur, aut in aperto utrimque dolio circum agebantur. Methodus haec, duce experientia laudata [51]), culpâ hypothesium

48) Günther l. c. — Poppe l. c. — J. P. Frank l. c. p. 206. — Bernt l. c. Tab. II. III. IV.

49) Schröck de methodo subveniendi submersis per Laryngotomiam. Rostock. 1714. — Detharding l. c. — *Mercure Suisse*, 1733. *Décembre.* — Vogel in Baldinger's *Neuem Magazine.* 3. *B.* 2. *St.* 4. *B.* 3. *St.* — *Gazette salutaire* 1776. *N.* 23.

50) N. 4.

51) Aetius Tetrab. II. Serm. 4. Cap. 49. — Forestus Obs. Lib. VI. Obs. 33. p. 164. — Van Helmont de dement. idea §. 50. Opp. p. 228. — Detharding de morte p. 18. — *Mercure Suisse* 1734. *Août* p. 112. — Grüling Cent. II. Obs. 10. — *Avis pour donner à ceux que l'on croit noyés. Strasbourg* 1740. — Legitur ibi: „*Il peut arriver, que le noyé ait trop bu; et pour savoir s'il est dans ce cas, et s'il y est, pour lui faire rendre l'eau, on le fait entrer dans un tonneau ouvert par les deux bouts qu'on roule pendant quelque temps en différens sens; cette pratique est même utile par rapport à d'autres vues.*" — Fothergill (*Medical and Philosophical Works. Lond.* 1784. p. 116.) ait:

thesium reprobata [52]), modificari potest. Sufficit enim corpori, aut saltem capiti, talem positionem declivem conciliare, ut aqua, si illa praesto esset, libere effluere possit [53]). Nil porro pulmones magis a muco spumoso liberat, quam vomitus, ad quem per concussionem ciendum quoque volutio super dolium dicata videbatur. Leniore, haud timendo motu [54]), ac redeuntibus vitae

„*it appears necessary to recommend a trial if the body has been discharged of the water admitted into it, by placing it in a proper position, the head downwards, prone, and if it can be, across a barrel, Hogshed, or some such like convex support.*" — Ploucquet l. c. — Vogel *Anthropologische u. medicinische Erfahrungen.* — Erhard *Theorie der Gesetze, die sich auf das körperliche Wohl der Bürger beziehen. Tübing.* 1800. p. 88.

52) Senac *histoire de l'académie des sciences* 1725. p. 14. — *Kritische Jahrbücher der Staatsarzneykunde für das neunzehnte Jahrhundert, von* Knape *und* Hecker. 2. *B.* 1. *Th.* p. 337. 340. (ob apoplexiae timorem).

53) Sic quoque sentiunt J. P. Frank l. c. p. 213. — Kopp *Jahrbücher der Staatsarzneykunde.* 2. *Jahrgang.* p. 414. qui ultimus provocat ad Reil's *Archiv für Physiologie.* 3. *B.* 2 *Heft.* p. 168. Nota ad Loder's *Journal für die Chirurgie.* 2. *B.* 4. *St.* p. 776.

54) Fothergill (l. c. p. 76. 77.) de juvene submerso narrat, qui, dum ejus corpus quiete manebat, vitae signa manifesta dare cessabat, quae signa illico elevato atque concusso corpore redire solebant. — Apud Charisium (l. c.) legitur de infanticida, mortis poena, per immersionem in flumen per 25 minuta

vitae signis, *tartaro emetico*, *sulphate zinci*, *vellicatione faucium*, eundem effectum tutius obtinere possumus. Interea, eo tempore quo *calor* aut *siccus* (ope lecti calefacti [55]), radiorum solarium [56]), arenae aut cinerum calidarum, *lenibusque* *) frictionibus cum pannis laneis, pectinibus setaceis, vino et alcohol) aut *humidus* (ope affusionis aquae tepidae [57]), aut balnei tepidi [58])) *gradatim* extrinsecus admovetur — quo

protractam, mulctata; quae dum cadaveris instar ad theatrum anatomicum *veheretur*, ad se rediit.

55) „*Ich halte eine Bett- oder Wärm-Flasche für nöthiger, als manche andere zum Nothkasten anempfohlene Gegenstände.*" J. P. Frank l. c. p. 225. nota.

56) „*So wie man Fliegen, die ertränkt worden sind, blos von der Sonnenwärme wieder erregt werden sieht; so hat man auch von ertrunkenen Menschen die Erfahrung, daſs die blosen Sonnenstrahlen, welchen solche ausgesetzt wurden, dieselben zuweilen wieder hergestellt haben.*" J. P. Frank l. c. p. 223.

*) „*So lange inzwischen das Athemholen nicht hergestellt ist, muſs der Scheintodte weder zu stark gerieben, noch allzuheftig gereitzt werden, weil das in Bewegung gesetzte Blut, ohne vorherige Erweiterung der Lungen, keinen Weg finden, und sich nur mehr um das Herz ansammeln würde.*" J. P. Frank l. c. p. 227.

57) *Die Kunst ertrunkene Menschen wieder zu erwecken.* p. 40. 41.

58) Struve l. c. p. 104. — Hagedorn Cent. III. Obs. 79. — Kundmann in Act. phys. med. nat. cur. Vol. VII. Obs. 24. — Objecerunt immerito, balneum, ob aquarum pressionem, dilatationem thoracis impedire.

quo nares *ammoniâ* supposita vellicantur [59]) — quo mamma sinistra exsugitur [60]), — quo epigastrium pane calido alcohol imbuto et intestinum rectum clysteribus [61]) ex aqua tepida, sale et aceto foventur, — quo vis nervea *electricitate* [62]) excitatur, — ac quo vasa sanguifera a pondere illa obruente *phlebotomiâ* [63]) liberantur; —

v. *Catéchisme sur le morts apparentes, dites asphyxies. Par* Gardanne in *Journal de* Rozier.

59) Portal l. c. p. 70.

60) „*Auch das Aussaugen der linken Brustwarze ist von Nutzen gefunden worden.*" J. P. Frank l. c. p. 225.

61) Portal (l. c. p. 29.) quidem timet clysteres posse intestina inflare, diaphragma sursum pellere, itaque pulmones comprimere, — ast experientia aliter docet.

62) Hufeland Diss. de usu vis electricae in asphyxia. Goett. 1783. — Ure *Wichtige Wiederbelebungsversuche erstickter Personen durch Galvanische Reizung.* v. Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde* 1819. *Mai.* p. 99. et *Bibliothèque universelle. T. X. 4e année.* 1819. p. 128. (Proposuit Dr. Ure sectionem cutis ad marginem externum musculi sterno-cleido-mastoidei, circiter loco inter claviculam et angulum maxillae inferioris medio, ubi ad latus externum carotidis, *par vagum* et *nervus sympathicus* inveniuntur, quibus nervis polus unus columnae galvanicae applicitur, altero sub septima costa cuti, prius solutione salis madefactae, admoto). Cfr. Wilson Philip in *Philosoph. Transact. Z.* 1817. *P. I.* et Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde* 1819. *Novembr.* p. 67.

63) Reprobatur generalis venae sectionis usus in *Trans-*

tur; — eo ipso, inquam, tempore, *pulmonibus* sine mora *aër* introducitur. Simplicissima methodus id efficiendi est, si homo sanus proprium os illi asphyctici, in latus sinistrum locati, superimponendo, clausis huic naribus, repressaque leniter larynge [64]), halitum inflet [65]). Enim vero et hic credimus, talem aërem, ob id ipsum quod minus oxygenii continet, aegro asphyctico, utpote magnum stimulum respuenti, magis quam aër atmosphaericus purus et simplex gaz oxygenium [66]), acco-

act. of the R. humane Society. Vol. 2. et a Fothergill. Asphycticos vero submersos venae sectionis ope salvatos fuisse, praeter meam et aliorum experientia docet. Vide Tenhaaf in *Harlemer Abhandlungen.* 6. *Th.* 2. *St.* p. 696. — Optime indicationes pro phlebotomia in asphyxia submersorum statuit Holst (Günther l. c. p. 105. 106.). Contendit omni jure venam praesertim tunc tundendam esse, dum asphycticus symptomata pneumoniae exhibet.

64) Vogel l. c. (ut aëri inflato via per oesophagum ad ventriculum occludatur).

65) Borellus Cent. III. Obs. 38. p. 241. — W. Tossack in *Edinburgh medical Essays. Vol. V. P.* 2. p. 605.

66) Ut asphycticis submersis *gaz oxygenium* infletur, Van Marum (l. c. p. 106.), Hill (*Beobachtungen u. Versuche über die Heilkräfte des Sauerstoffgas oder der Lebensluft* p. 21.), Holst apud Günther (l. c. p. 100.), Ackermann (l. c.) aliique suadent; ast hujus methodi difficultates Noel et Kopp (*Jahrbücher u. s. w.* 3. *Jahrgang* p. 27.) abunde exposuerunt. Aliunde experimenta Cl. Davy satis probant gaz oxy-

accommodatum esse[67]). Quodsi homo ad indicatum officium adimplendum desideraretur, posset aër, clausis naribus, ope *follis*[68]) in pulmones introduci, ac, compresso thorace, vicissim exprimi. Peculiare instrumentum ad aërem non solum in pulmones introducendum sed simul ex iis extrahendum excogitavit GOODWYN[69]). Eodem circiter scopo dicarunt: duplicem follem — GORCY[70]); syringem — VAN MARUM[71]), quam PLOUCQUET emendavit[72]); instrumentum aquam et mucum e pulmonibus eliminans aëremque intro-

genium purum minus ad respirationem idoneum esse, quam illius cum gaz azotico connubium.

67) Legi de his meretur FOTHERGILL l. c. p. 118.

68) *Neue Untersuchungen über die Hemmung der Lebenskraft* p. 113. — (Introducitur *utris*, folli annexus, aut per nares, aut per os, uno vel altero istiusmodi orificiorum clauso. Tentamina illum per *rimam glottidis* introducendi hucusque vana fuere, nam utris semper in oesophagum intrare solet. v. KOPP l. c. p. 26.).

69) l. c. (Instrumentum hoc aërem non satis renovat, ac nimiam illius copiam in pulmones introducit).

70) GREN's *Journal der Physik*. 2. *B*. p. 3. 199. — HUFELAND *Neueste Annalen der französ. Arzney - und Wundarzneykunde*. 1. *B*. p. 359. — KOPP l. c. p. 46. (Caro pretio hoc instrumentum venit, facile pessumdatur, nec valet illud ad aquam et mucum e pulmonibus extrahendum).

71) l. c. (De difficili administratione hujus instrumenti legatur KOPP l. c. p. 18.).

72) l. c. (Addito tubo ex resina elastica. v. KOPP l. c. p. 415.).

introducens — MEUNIER 73) et CONFIGLIACHI 74), atque antliam sugentem comprimentemque — KOPP 75).

§. CII.

Ex suspensione.

1. *Asphyxiam laqueo suspensorum* hominum peculiari examini subjecerunt HALLER 77), LOUIS 78), STOLTE 79), HIELCKE 80), SCHALLGRUBER 81) et ESQUIROL *). Literatura.

2. Hac in asphyxia obveniunt: facultatum animi subita abolitio 82), oculi semi-aperti et prominentes, facies livida, lingua inter dentes locata, Symptomata.

73) KOPP l. c. 2. *Jahrgang.* p. 295—309.

74) *Doppio soffietto o mantice respiratorio per soccorrer gli asfitici. Pavia* 1816.

75) l. c. 3. *Jahrgang.* p. 19. 199. Cfr. RUDTOFFER l. c.

77) Elem. Physiologiae. T. III. Lib. VIII. Sect. 4. p. 271.

78) *Mémoire sur une question anatomique relative à la jurisprudence, dans lequel on établit les principes pour distinguer à l'inspection d'un corps, trouvé pendu, les signes du suicide de ceux de l'assasinat. Paris* 1763.

79) De morte suspensorum aliisque huc spectantibus. Lugd. Bat. 1766.

80) De suspensorum in vitam restitutorum morte subitanea ejusque caussa. Jen. 1799.

81) *Ein Wort über Henken.* v. *Salzburger med. chirurg. Zeitung* 1814. *N.* 39. p. 217.

*) *Archives générales de médecine.* 1823. *Janvier.*

82) HUFELAND *Kunst das menschliche Leben zu verlängern.* 2. *Th.*

locata, interdum propensa, collum tumidum, scrotum maculis coeruleis et rubris notatum, evacuationesque involuntariae seminis, urinae et foecum.

Autopsiae cadaverum. 3. *Sectis cadaveribus*, luxatio vertebrarum colli, ut vulgus expectat, *non* invenitur [83]), sed inveniuntur vasa sanguinea cerebri turgida, trachea sero flavescente repleta, pulmones lividi, vena cava et auricula cordis dextri sanguine turgidae, ventriculus annexus dilatatus, cordis vero ventriculus sinister angustus [84]), hepar coeruleum, vesica urinaria extensa et vesiculae seminales spermate repletae.

Caussa proxima. 4. Quibus phaenomenis rite perpensis patet, homines laqueo suspensos asphycticos reddi aut mori, non ob laesionem vertebrarum, non ob apoplexiam (nam nullum detegitur in encephalo extravasatum nullaque adsunt paralyseos vestigia), sed ob interceptum respirationis officium. Tali pacto (praeter laesiones corporis) pereunt quoque homines sub montium et domuum ruinis, sub arenae acervis etc.

Prognosis. 5. Ac re quidem vera, qui mortem aufugerunt, quod interdum tarde [85]) et etiamsi spuma os

83) Haller. Schallgruber l. c. Neque semper sugillatio circa collum animadvertitur. (Haen, Esquirol).

84) Schallgruber l. c.

85) Post *novem horas* v. *Mémoires de la société d'Amsterdam* l. c. — Post *novendecim minuta* v. *Berliner*

os cooperiret [86]), contingit, non aliter quam homines in aquis submersi curati fuere [87]).

6. Sufficiat hinc quoad *curam* meminisse, quod si, aut constrictio faucium a laqueo relicta, aut linguae propensio, vel introductioni aëris in pulmones, et administrationi pharmacorum obstarent, ad tracheotomiam [88]), et ad injectionem pharmacorum per anum deveniendum foret. **Cura.**

§. CIII.

Ex corporibus extraneis in trachea et oesophago.

1. *Corpora peregrina tracheae illapsa*, aut, ita *in oesophago haerentia*, ut asperam arteriam comprimant, haud raro summis angustiis et interdum asphyxiae ansam porrigunt. **Notio.**

2. Aeger enim cum magno labore, sibilo et stertore respirat. Vigente tussi, eaque brevi et intersecta, sputa copiosa, spumosa, cruore mixta, rejiciuntur. Maxime vero miser a pectoris **Symptomata.**

Samml. 10. *B.* p. 242. — Post *horam* v. HUFELAND's *Journal der pr. Heilk.* 12. *B.* 3. *St.* p. 183.

86) HIPPOCRATES (Aphor. II. 4.) contrarium edixit, ast HAEN (Rat. med. l. c.), praevio jam GALENO, summi viri errorem correxit.

87) *Etwas Neues vom Tode. Nürnberg* 1655. — *Mémoires de la société d'Amsterdam en faveur des noyés. V. Partie* p. 132. — JANIN *reflexions sur les causes de la mort subite et violente.* p. 66. — FOTHERGILL l. c. p. 66. 69. 75.

88) FOTHERGILL l. c.

ris oppressione et doloribus acutis angitur; vixque verba proferre potest. Pulsus fit intermittens extremitatesque frigidae. Quandoque emphysema ingruit [89]), indicamus de generalibus suffocationis symptomatibus.

Caussae. 3. Corpora in *tracheam* illabi solita, enumerata sunt [90]). De corporibus *oesophago* infensis, alibi quaestio erit [91]). Palam ibi fiet, remoram, cui haec corpora in canali isto subjiciuntur, longe saepius ex oesophagi morbosa constitutione, quam ex figura et magnitudine corporum extraneorum derivanda esse.

Prognosis. 4. Nisi corpus extraneum ope tussis aut vomitus sponte rejiciatur, vel aegrotum suffocet; potest id vel in sinubus mucosis laryngis locum invenire [92]), vel ex trachea in pulmones descendere [93]).

Cura. 5. Si corpora, in *asperam arteriam* illapsa, fuerint *fluida* (e. c. vinum, crematum, acetum, aqua etc.), juvant 1° deglutitio frustuli panis haud plane masticati, quo scilicet liquidum circa orificium laryngis haerens absorberi posset [94]); 2° in-

89) Bernt l. c. p. 129. (In regione clavicularum).

90) P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. III. §. XII. 6. (33).

91) P. III. Vol. I. De morbis oesophagi.

92) Cujus rei in diagnosi phthiseos laryngeae memores esse juvabit.

93) P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. IX. §. XL. 13. Cap. X. §. LI. 3. (2—14).

94) Bernt l. c. p. 130.

2° inhalatio vaporum ex aqua fervida emergentium; 3° concussio vehemens dorsi et 4° errhina et emetica. Quodsi corpora tracheae illapsa *solida* quidem sed adeo parva fuerint, ut illorum rejectio per rimam glottidis expectari possit (e. c. grumum panis, foliolum lactucae etc.) debet tunc aeger, nisi tussis jam nimis urgeat, illam, inclinato antrorsum trunco, vi excitare, ac gargarisma ex aqua tepida reiteratis vicibus in usum ducere. Corpore vero adeo duro et magno in tracheam illapso ut illius rejectio per rimam glottidis fieri nequeat, tussim vel sternutationem excitare non solum non juvat, sed potius, ob periculum obturationis orificii laryngis, nocet. Quamobrem citissime ad *tracheotomiam* confugiendum [95]).

§. CIV.

Ex variis gaz.

1. Cum atmosphaera dumtaxat pro respiratione sustinenda idonea evadat, quatenus debitam inter gaz oxygenium et gaz azoticum rationem agnoscit; sequitur, quod rerum positiones omnes, quae illam rationem perturbant aut de- Notio.

 lent,

95) Cfr. P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. III. §. XII. 6. (33). Cfr. Eckhold *über das Ausziehen fremder Körper aus dem Speisekanal und der Luftröhre.* Leipzig 1809. — Poppe *Noth- und Hülfslexikon.* 1. B. p. 152. — Mehmem animadversiones quaedam chirurgicae, experimentis in animalibus factis illustratae. Giessae 1810.

lent, respirationem labefactare aut suspendere variisque animi deliquiorum gradibus ansam porrigere debent, quin ideo dici possit, atmosphaeram revera principium veneficum continere. Deletur autem debita inter gaz oxygenium et gaz azoticum ratio, a rebus quae gaz oxygenium in aliam speciem gaz commutant.

Gaz acidum carbonicum. 2. Huc spectant loca occlusa, in quibus plurimi homines respirant, aut candelae multae ardent, e. c. ecclesiae, scholae, theatra, — cellae, ubi mustum, cerevisia, aut alia vegetabilia fermentant [96]); — antra, uti sic dicta *grotta del cane* prope Neapolin, aliaque subterranea [97]) et quodammodo fodinae carbonum [98]). Prout istis in locis atmosphaera vel partim vel omnino gaz oxygenio spoliata est, homo, aut solum in lipothymiam aut in ipsam asphyxiam incidit. *Cura* illi submersorum similis est [99]). Juvat praeterea pulpam ex *calce viva* paratam, in loca, ob acido carbonico contaminata, introducere.

Gaz hydrogenium. 3. Putei aliaque loca subterranea, haud raro *gaz hydrogenium*, saepe formidabiles excitans explosio-

96) J. P. Frank l. c. p. 130.

97) Idem, ibique p. 136.

98) Talis atmosphaera in fodinis vulgo nuncupatur: *Schwaden*, *Böse Wetter*. v. Poppe l. c. §. 77. p. 126.

99) §. CI. N. 8.

plosiones [100]), continent. Hoc gaz, dummodo rebus alienis non mixtum, etiam qualitate venefica destituitur: mixtum enim, aut cum multo aëre atmosphaerico, aut cum gaz oxygenio, ut pluries experti sumus, pro tempore saltem, sine omni detrimento respirari potest. Quodsi igitur ex *puro* gaz hydrogenio asphyxia ortum duceret, illa asphyxiae ex submersione in aquis aequiparanda foret, et ut talis curanda.

Gaz hydrogenium carboni, sulphuri, phosphoro, ammoniae, nuptum.

4. Longe vero aliter de *gaz hydrogenio, carboni*, *sulphuri*, *phosphoro*, *ammoniae*, *nupto*, fodinarum carbonum, paludum, aquarum putrescentium, sepulcrorum, latrinarumque progenie, sentiendum est. Principia enim venefica, quae tale gaz hydrogenium continet, prout in minori aut majori gradu praesto sunt, aut nauseam, vomituritionem, motus convulsivos variarum corporis partium, inprimis musculorum pectoris et maxillae, frigus universae cutis, respirationem irregularem, pulsumque oppressum; — aut livorem labiorum, spumam cruentam ante os, pupillam dilatatam, immobilem, motus cordis irregulares, respirationem laboriosam, opisthotonum, vagitus horrendos, et tandem asphyxiam et mortem excitant. Cura uti in asphyxia ex

100) Neminem latet quantum debetur Cl. DAVY, inventori scilicet lampadis securitatis (*lampe de sureté*) cujus ope explosionibus in fodinis aliisque locis subterraneis occurritur, millenorumque sic vita salvatur.

ex vapore carbonum. Ammoniae, lintea aceto madefacta, circa os applicita opponuntur. Plus vero quam cura, valet *prophylaxis* *).

Caput XXIV.

De animi deliquiis cardiacis.

---

§. CV.

Ex impedito in recens natis sanguinis circuitu.

Notio. 1. Circuitus sanguinis in recens natis non solum propter laesam functionem systematis nervosi et cohibitum opus respirationis, secundario impeditur modo; sed quoque *primaria ratione*, obstaculis videlicet in corde et vasis majoribus sese sanguinis circuitui opponentibus.

Vitia conformationis. 2. Primum inter illa obstacula locum occupant *vitia congenita cordis et arteriarum*, quod praecipue a *morbo caeruleo congenito* [1]) confirmatur.

Inertia cordis. 3. Communissimum quoque circuitus sanguinis in recens natis obstaculum est *inertia cordis*. Sicuti

*) Frankenau *öffentliche Gesundheits-Polizey. Kopenh.* 1804. p. 176. — *Die beweglichen und nicht stinkenden Abtrittsgruben der Herren* Cazeneuve *und Comp. Wien* 1819.

1) Cap. VI.

Sicuti enim musculi quot quot sunt, ut ad proprium officium rite absolvendum idonei evadant, determinato quodam energiae gradu indigent, ita et cor. Ea deficiente nil mirum si illius contractiones locum obtinere nequeant. Deficit vero necessaria cordis energia ob sequentes caussas: 1° ob foetus ex utero ante debitum tempus exclusionem; 2° ob morbos, matris praesertim, convulsivos [2]), illiusque mortem, quibus fit ut foetus maturescens alimenti copia necessaria destituatur; 3° ob haemorrhagias uteri, potissimum illis, quae oriuntur aut ex usu remediorum ad abortum excitandum exhibitorum, aut dum placenta praevia fuerat, aut dum in partu gemellorum, primum uterque infans eadem utebatur placenta, ac deinceps emisso in lucem altero, pars funiculi non deligata existit, alter autem foetus adhuc in utero manet; 4° ob lacerationem funiculi umbilicalis, et 5° ob nimiam ipsius sanguinis copiam, quae caussae motricis vires superat. Quo ultimo in casu foetus exhibet adspectum robustum, faciem rubram, oculos prominentes cutimque lividam, cum in aliis praecedentibus casibus is potius prae se ferat indicia debilitatis, videlicet faciem et universam cutim pallidam, margi-

2) De la Motte *Traité des accouchemens. A la Haye* 1726. *Livr.* 3. *Chap.* 12. *Obs.* 217—228. — Loschgeus diss. de medicina obstetricia agente et expectante. Erlang. 1780. p. 31.

margines labiorum lividos, anum a meconio conspurcatum, extremitates maxillamque inferiorem pendulos. Ad quam debilitatem profligandam, requiritur: ut nexus inter foetum et matrem *non* illico per ligaturam funiculi tollatur, ut illius corpusculum linteis siccis et calidis foveatur, ut pectus, regio epigastrica, columna vertebralis, palmae manuum plantaeque pedum ope vini calidi vel spiritus cujusdam aromatici laventur, utque nares admoto spiritu cornu cervi stimulentur. Quae methodus nisi omnino succedat, foetus dein a matre separandus, ac extra conspectum illius, *aquâ frigidâ* ad faciem, regionem epigastricam adspergendus, atque illico linteis calidis abstergendus; dein *balneo tepido* ex partibus tribus aquae unaque vini committendus, non neglectis *inflatione aëris* et *clysteribus* ex infuso florum chamomillae, cujus cochlearculum unum alterumve quoque per os ingeri potest. Quodsi vero foetus plethorae exhiberet supra allatas notas, secto funiculo umbilicali, ut ab uncia semis ad unciam unam sanguinis effluat, concedendum.

Impedimenta circuitus sanguinis. 4. Alias quidem cor officium suum praestat, ast sanguinis circuitus in locis dissitis obstacula experitur. Sic contingit: 1° sub partu protracto praesente fortiore uteri contractione; 2° sub partu praecipiti, propter vehementes continuasque uteri contractiones, quae scilicet nexum inter matrem

et

et foetum facile praescindunt [3]); 3° sub compressione chordae umbilicalis, dum illa aut una cum capite in pelvim deprimitur, aut corpus circumcingit, quo in casu compressio sub diverso et multiplici versionis modo, inprimis vero sub segni capitis evolutione, efficitur.

§. CVI.

Ex morbis cordis, vasorum et haemorrhagiis.

1. Quacunque in aetate animi deliquia ex *morbis* quibusdam *cordis* ortum trahere queunt. Sic *lipothymiae* obveniunt in *morbo caeruleo* [4]), *pericarditide* [5]), *symphysi cardiaca* [6]), et *syncope* in *hydropericardia* [7]), *polypo cordis* [8]), *angore pectoris* [9]), inque *cordis volumine et capacitate auctis et imminutis* [10]). Morbi cordis.

2. Mentio quoque injecta est de animi deliquiis in tractatibus de aortae *inflammatione* [11]) et *aneurysmate* [12]). Vasa.

3. Nec

3) Baudelocque *Entbindungskunst. Uebersetzt von* Meckel. *Leipzig* 1782. *T. I.* p. 184.
4) Cap. VI. §. XVIII. N. 1.
5) Cap. VII. §. XXIII. N. 1. (55).
6) Cap. VIII. §. XXIX. N. 2. (61).
7) Cap. IX. §. XXX. N. 1. (50).
8) Cap. X. §. XXXVII. N. 1. (17).
9) Cap. XI. §. XLII. N. 3.
10) Cap. XII. §. XLVI. N. 3.
11) Cap. XIV. §. LV. N. 2.
12) Cap. XVI. §. LXII. N. 3.

Haemorrhagiae.

3. Nec silentio praeterivimus animi deliquia in tractatu de *haemorrhagiis* [13]). Possent quoque animi deliquia ex inanitione [14]), ad *cardiaca* revocari.

ADDEN-

13) Cap. XX. §. LXXXV. N. 2.
14) Cap. XXII. §. XCV. N. 3.

ADDENDA.

Quum elaboratio sectionum partis secundae volumen secundum constituentium in epocham inciderit, in qua commercium meum literarium ob migrationem e Rossia in Germaniam interruptum erat, quumque illarum sectionum exscriptio per typos moram passa sit, observationum plurimarum in operibus recentissimis contentarum mentionem injicere haud potui. Sequentia supplemento erunt.

AD PARTIS SECUNDAE, VOLUMEN SECUNDUM, SECTIONEM PRIMAM.

p. 5 (4). Schwarz *völlige Durchschneidung der Aspera Arteria, und vollkommen gelungene Heilung derselben* (Hufeland's *Journ.* 1822. *Novemb.*).

p. 8 (25). Zitterland *merkwürdiger Fall vom Schreien eines Kindes im Mutterleib* (Hufeland l. c. 1823. *Febr.*).

p. 39 (21). De *aphonia* ex esu cancrorum v. Unzer's *Handbuch* p. 566.

p. 42. N. 12. *Aphoniam* symptoma *lienitidis* fuisse contendit Ronander (Hufeland l. c. 1824. *April*). Exemplum *aphoniae*, expulso corpore quodam *ex utero*, sanatae, narrat Liquière (*Journ. complémentaire du dict. des sciences médic. T. XIII. Cah.* 52. p. 320.).

p. 86. N. 3. De croup quoque scripserunt Tourtual (Hufeland l. c. 1821. *August*). Succow Progr. animadversiones in tracheitidem infantum. Jen. 1822., A. Grimaud *nature et anatomie pathologique du croup* (*Journ. complém. T. XI. Cah.* 43. p. 234.); Lisfranc *sur l'angine trachéale oedémateuse* (*Nouv. bibliothèque médicale* 1823. *Août.*); O. Seiler *Bemerkungen über*

den

d. Croup mit Zusätzen v. Meyer (*Rheinische Jahrbücher f. Medicin u. Chirurgie.* v. Harless 7. *B.* 1. *St.* p. 98.); N. A. Ursin diss. de angina polyposa. Aboae 1822.; Blaud *nouvelles recherches sur la laryngo-trachéitis connue sous le nom de croup. Paris* 1823.

p. 104 (64). Lisfranc (l. c.) asserit cerni posse oedema glottidis depressâ linguâ.

p. 111 (26). Grimaud (l. c.) contendit ventriculi membranam mucosam inflammatam fuisse.

p. 111 (28). Testatur quoque Grimaud de inflammatione encephali.

p. 117 (52). Lacroix (l. c.) observavit puellas magis quam pueros croup laborasse.

p. 139 (33). Ad laryngem et tracheam sibi viam pararunt *silex* (*Medical and chirurgic. transact. published by the medic. and chirurg. society of London. Vol. XII. P. I.* 1822.): *glandis querci dimidium* (Feller in Rust's *Magazin f. die gesammte Heilkunde.* 15. *B.* 3. *Heft.*); *pomi pars cum semine* (Klaatsch ibid. 16. *B.* 3. *H.*); *cucurbitae citrullae semen* (G. Jameson in *the american medical recorder. New-York* 1822. *Vol.* 5. p. 16.).

p. 144 (40). Blaud (l. c.) prout croup aut *mucum*, aut *materiam puriformem*, aut *membranas* largitur; morbum illum denominat *laryngo-trachéite myxagène*, *pyogène*, *meningogène*.

p. 147 (53). Lacroix spatio sex mensium inter 36 aegrotos, 17 mortuos numeravit.

p. 149 (57). Inter 17 mortuos Lacroixi, 10 erant puellae.

p. 150 (58). Etiam Seiler (l. c.) existimat croup laryngeum periculosiorem esse quam croup trachealem.

p. 164 (44). Brevi ante abitum ex Vilna, duo adhuc croup ferocissimi in infantibus trium quatuorve annorum, ope venaesectionum aliorumque antiphlogisticorum, sine mercurio sineque aliis celebratis specificis sanati

exem-

exempla habui, ac quotidie magis magisque mihi persuasum habeo, morbo illo eandem plane medendi rationem accommodandam esse, quae aliis inflammationibus quadrat.

p. 169 (59). Lisfranc asserit oedema glottidis, depressâ linguâ, ope *scarificationum* debellari posse.

p. 172 (68). Balnea tepida suadet Seiler, reprobat Meier (l. c.).

p. 172 (71). Clysteres cum aceto commendat Seiler, rejicit Meier.

p. 182 (10). Tourtual, praemissis hirudinibus, suadet *cataplasma emolliens* circa collum. Vidi angustias respirationis inde auctas.

p. 182. Dum periculum suffocationis urget, Recamier in cavitates oris et narium, uno eodemque tempore, *injectiones* cum aqua tepida et lacte instituit, scopo motus salutares musculorum faucium et laryngis excitandi, asseritque pseudomembranas tali modo expelli (Froriep *Notizen aus d. Gebiete der Natur- u. Heilkunde.* 5. *B. N.* 5. p. 80.). Verum, quid si pseudomembranae arcte lateribus laryngis seu tracheae adhaererent?

p. 191 (56). Tracheotomiam in contusione laryngis cum successu adhibuit Robert Liston (Froriep l. c. 5. *B. N.* 21. p. 327.). Asserit eandem operationem et in oedemate glottidis conduxisse; ast de illius morbi praesentia allato in casu vehementer dubito.

p. 197. *Literaturae phthiseos laryngeae et trachealis* adde: Charles Bell *Surgical observations being a quarterly Report of cases in surgery. Part. I. Lond.* 1816. (Cfr. *Rheinische Jahrb.* 2. *B.* 2. *H.* p. 57.); Sachse *Beytrag zur genauen Kenntnifs u. Unterscheidung d. Kehlkopf- u. Luftröhren-Schwindsucht. Hannov.* 1821.

p. 201 (39). C. Bell l. c.

p. 214

p. 214 (22). SACHSE (l. c.) distinctionem phthiseos laryngeae et trachealis nimis extollit.

p. 215. N. 5. Experientia circa *ulcera laryngis syphilitica* capta, reliquis phthiseos laryngeae speciebus vix quadrat: quamobrem jam supra (p. 354.) monui, Cl. SACHSE descriptionem hujus morbi generalem ab illis ulceribus desumendo, illius minus veram exhibuisse imaginem. — *De ulceribus* vero *syphiliticis laryngis et tracheae* meliora non invenies quam C. H. HAWKINS scripsit (*London medical and phys. Journal* et FRORIEP l. c. 5. *B.* p. 345.). Vir cl. primum scriptores de morbis syphiliticis, quatenus ulceribus laryngis venereis debitam non dederant attentionem, vituperat. Porro ipse curriculum hujusmodi ulcerum, in tonsillis ortum trahentium, dein ad laryngem proserpentium, et tandem ad tracheam et ad bronchia descendentium graphice describit.

p. 216. Articulus de *prognosi* phthiseos laryngeae et trachealis terminandus est cum observatione BOEHRI (HUFELAND l. c. 1824. *Jan.*), qua probatur: *abscessum laryngis posse sibi viam ad partes exteriores parare.* Nec silentio praetereunda est observatio GOLDENI (quam Cl. BELL l. c. narrat), *ulceris laryngis ad radicem epiglottidis cum carotide interna communicantis.* Alias ulcera fistulosa pectoris cum trachea communicasse sunt visa (*Magazin d. ausländischen Literatur d. gesammt. Heilk. u. Arbeiten des ärztlichen Vereins in Hamburg. V.* GERSON *u.* JULIUS. 6. *B.* p. 503.). De relicta *fistula tracheae* post vulnus casum pulcherrimum narrat BIENVENU (*Journal universel des sciences médicales* 1824. *Janv.* p. 103.): „*à la région antérieure du col de cet homme, au dessous du cartilage thyroïde, on voyoit une ouverture transversale, ressemblante assés bien à une bouche; les bords en étoient parfaitement*

faitement cicatrisés et vermeils et pouvoient très bien être pris pour des lèvres." Aeger nisi fistulam clauderet, nec deglutire, nec loqui, nec cantare, potuerat. Caeterum facilius spiritum per foramen morbosum quam per os et nares trahebat.

p. 217. In *cura* phthiseos laryngeae et trachealis tradenda quomodo *tracheotomiam* silentio praeterire potueram, eo minus intelligo, cum ipse hanc operationem eodem in morbo jam dudum in usum duxerim, quod videre est ex actis meis clinicis Vilnensibus a. II. p. 64. Interea ars per silentium meum defraudata non est, cum et Cl. Bell tracheotomiam in phthisi laryngea incassum adhibuerit. Posset illa dumtaxat eo in casu locum habere, ubi aegro necdum omnino tabifico, *abscessus* laryngis seu tracheae imminens suffocationis periculum minaretur. Praeterea si *exulceratio ad ipsam epiglottidem* circumscripta foret, exemplum vix laudati viri sequi posset, videlicet, depressâ prius radice linguae, epiglottidem ope *solutionis lapidis infernalis* (grana viginti ad aquae unciam semis) quotidie, ope penicilli ex linteis carptis annulo catheteris alligati, tangendi. Forte *solutio lapidis divini*, quae exulcerationes tarsorum mirifice exsiccat, anteponenda foret? — Hawkins ulcera syphilitica laryngis, praeterito stadio inflammatorio, cum *subfumigiis* e cinnabare (a drachma semis ad drachmam quotidie) aggreditur, non neglectis intus sarsaparilla, cortice et ammonia. Alii suadent *vapores ex infuso saturato conii maculati*, aut ex *acido nitrico* aqua diluto, a quibus tamen nimiam timerem irritationem. Medici, *auro* apici linguae illiniendo faventes, verisimiliter illud in morbo, de quo agitur, haud negligent, quod eo minus suaderem, quo magis febris hectica urgeret.

p. 222 (37). F. O. H. Hüpeden diss. sistens animadversiones

siones de affectionibus inflammatoriis glandulae thyreoideae. Heidelb. 1823. — J. G. H. Conradi Commentatio de cynanche thyreoidea et struma inflammatoria. Goett. 1824.

p. 224 (42). *Thyreoitis* interdum cum *cynanche tonsillari* societatem init (Thilenius *Med. chir. Bemerk.* 1. *Th.* p. 45.). Alias ille morbus *strumae* supervenit, rite monente J. Carron (*De l'inflammation du bronchocèle.* V. *Journ. général de méd. chir. et pharm. redigé par* Sédillot. *T. XLIX.* p. 21.).

p. 224 (44). *Abscessus* magnus *corporis thyreoïdei* describitur ab J. F. Meckel in *Abhandlungen aus d. menschl. u. vergleichenden Anatomie u. Physiologie. Halle* 1806. p. 142.

p. 225. N. 3. Indicata *venae sectio,* consilio Waltheri (l. c.) *e vena jugulari* institui potest.

p. 229 (93). Idem auctor nuperrime scripsit: *Reflexions pratiques sur le moyens propres à guérir le goître et sur leur manière d'agir.* (*Journ. complément. T. XVII. Cah.* 65. p. 42.).

p. 230 (41). De struma Americae septentrionalis lege Richardson in Franklin *Journey to the shores of the Polar sea.* (Froriep l. c. 4. *B. N.* 22. p. 348.).

p. 259 (57). Auctoribus *jodii* laudes canentibus adscribendi sunt: J. Schneider (*Das Wissenswürdigste über die Jodine, als Specificum gegen den Kropf; nebst einigen Erfahrungen über dieses neue Mittel, und Bemerkungen zur Pathologie und Aetiologie des Kropfes; mit einem Anhang v.* Harless. v. *Rheinische Jahrbücher.* 5. *B.* 1. *St.* p. 105. 2. *St.* p. 1.) et Gimelle (*Bulletin de la société médicale d'émulation* 1821. et *Hamburger Magazin* 1821. *Novembr. Decembr.*). Absterrent contra observationes, quae de vi venefica jodinae dubium non relinquunt quaeque a Carminati

(*Gior-*

(*Giornale di Fisica di* Configliacchi e Brugnatelli 1821. *Novembr.* et *Hamburger Magazin* 1822. *Jul. August.* p. 108.) a M. C. Zink (*Observations pratiques sur l'usage abusif de la tincture d'iode à l'intérieur* in *Journ. complém. T. XVIII. Cah.* 70. p. 126.) et a Schmidt (Hufeland l. c. 1824. *Febr.* p. 124.) publici juris redditae sunt. Illis observationibus notitias privatas ejusdem generis addere possem. Ipse, quippe novis remediis in genere parum favens, jodinam bis tantum in struma lymphatica adhibui, idque sine successu sineque damno. Unus aegrorum qui jodinam incassum adhibuerat, serius ope spongiae et pilae marinae fere ad sanitatem perductus fuit. Caeterum quam facile sit in remediorum effectibus dijudicandis errare, sequens quoque casus docet. Verno a. 1822 femina illustris, strumâ enormi detenta, Vilnae consilium meum petiit. En, cogitavi, occasio virtutem jodinae explorandi! Cum vero simul audiverim aegram quarto mense gravidam esse, ut nunc ab omni strumam sanandi tentamine abstineret, suasi; quod consilium ipsa sancte secuta est. Elapsis tribus circiter mensibus ad illam derepente a terribili vomitu cruento prehensam, vocor. Quodsi prius jodinam praescripsissem, nonne culpa omnis in illam conjecta fuisset? — Quod vero spectat ad jodinae *usum externum*, Fodéré (l. c.) testatur cutim ab illo flavedinem contrahere. Suadet ille potius sequens unguentum. R. Carbonatis ammoniae, camphorae ââ drachmas duas. Olei olivarum uncias quatuor. M. D. S. mane et vespere cochleare cofeanum ad instituendam unctionem. Usui interno commendat *trochiscos contra strumas* dispensatorii Spielmanni. Coster (*Nouv. biblioth. med.* 1823. *Octobr.* p. 200.) strumam *Galvanismo* aggreditur, cuti lateris unius tumoris cum jodina illinita, et parti oppositae polo positivo columnae Voltaicae applicito.

p. 259 (58). Non favet setaceo J. KENNEDY (*The London medical Repository* 1822. *N.* 99.).

p. 261 (61). De *struma* aneurysmatica feliciter a GRAEFFE *exstirpatâ*, lege HEDENII tractatum de glandula thyreoïdea tam sana quam morbosa. Lips. 1822. — Exstirpationem corporis thyreoïdei in India (ubi struma in montibus *Himalaja* communissima est) usitatam esse, elucet ex J. BAILLIE FRASER *Journal of a tour through part of the snowy Range of the Himalaja mountains. London* 1820.

p. 262 (63). JAMESON quoque *ligaturam arteriae thyreoïdeae* superioris cum successu perfecit (*American med. Record.* 1822. *Jan.*).

p. 275 (55). *Sterni fissi* congeniti exemplum narrat CULLERIER (*Journ. de med. N.* 292. et *Hamb. Magaz.* 3. *B.* p. 462).

p. 284. *Literaturae morborum pulmonis* adde: C. J. LORINSER *die Lehre von den Lungenkrankheiten. Berlin* 1823.

p. 316 (12). De peripneumoniis post membrorum amputationes aliasque operationes chirurgicas, lege: CHARLES BELL op. c. (*Rheinische Jahrbücher.* 6. *B.* 1. *St.* p. 126.) et AVISART *Observations suivies de reflexions sur l'inflammation sympathique suite de l'amputation* (*Bulletin de la soc. med. d'Emulat.* 1824).

p. 356. *Epidemiam peripneumoniae typhoideae* descripsit quoque JOHN LUCAS (*The american med. Record. Vol. V.*).

p. 395 (8. 9). PESCHIER (*Bibliothèque universelle. Paris* 1822. *Juin*) tartarum emeticum in peripneumoniis proponendo, nil sane novi dixit: novum autem est, pharmaci illius usum ad omnes peripneumoniarum species, venaesectionum loco, extendere velle. Deploranda est sors imitatorum consilii tam insani! Ef-

fectus

fectus illius describuntur in Rust's *Magazin.* 16. *B.* 3. *St.* p. 429.

p. 488. N. 2. *Literaturae phthiseos pulmonalis* adde: Abercrombie *outline of an inquiry on the pathologie of consumtive diseases* (*The Edinburgh medical and surgical Journ.* 1822. *Jan.*). Weber *Grundsätze der Consumtions-Krankheiten des Lungenorganes, der Lungenschwindsucht und ihrer Behandlung. Giesen* 1823.

p. 551. Et *Aegypti clima* phthisi laborantibus commendatur a Ridchardson — (*Travels in Egypt and Palaestina. Vol. I.* p. 392.).

p. 602 (3). De phthisi pulmonali ex frustulo ossis incongrue deglutiti ac tandem rejecti lege Achard in *Nouv. annales de la soc. de med. pratique de Montpellier.*

p. 603 (17). Et homines bombycibus operam navantes, phthisi pulmonali multum obnoxios esse refert Patissier (*Traité des maladies des artisans. Paris* 1822).

p. 608 (36). Abscessuum pulmonis binis in locis inter costas prominentium ac cum successu apertorum, mentionem injecit J. Betty (Froriep l. c. 4. *B.* p. 231. sub inscriptione incongrua: *Ein merkwürdiges Empyem* (?) *geheilt*).

p. 615. Rogers vermes in sputis phthisicorum detexit. (Froriep l. c. 2. *B.* p. 239.).

p. 626 (81. 82). Doleo Carsoni experimenta (*Sur l'élasticité des poumons etc.*) teste Williams (*Journ. univ. des scienc. médicales* 1824. *Mars.* p. 353.) haud confirmari, alias consilium illius aërem in *unam* thoracis cavitatem introducendi, ut pulmo ejusdem lateris motu orbetur sicque quietis ope sanetur, ac deinde peracta tali pacto illius sanatione, vulnus claudendi, ac in altera thoracis cavitate eandem operationem reiterandi, ingeniosum foret.

p. 633. Arbitror exempla empyematum sanatorum, et

 haec

haec inter illud, quod a F. Acero narratur (*Decadas de medicina y chirurgia practicas. Vol. 7.* p. 327.), aut ad abscessus pleurae, aut ad hydropem acutum thoracis, spectare.

p. 640 (23). *Mixtura Griffithii* nuperrime laudatur a Günthero (*Rhein. Jahrb. 7. B. 1. H.*).

p. 641 (26). De *subfumigiis* phthiseos pulmonalis remedio praeterea locuti sunt: Fr. Home (*clinical experiments* 1780. p. 119.); J. Mudge (*a radical cure of catarrhous cough* 1782. p. 74.); Gilchrist (*The use of sea-voyages in medecine and particularly in consumption.* p. 129 et suppl. p. 230. 239.); B. Rush (*Cases and cure of pulmonary consumption; in medical inquiries. Vol. 2.*).

p. 642 (27). A. Crichton *practical observations on the treatment and cure of several varieties of pulmonary consumption and on the effects of the vapour of boiling Tar in that disease. Lond.* 1823.

p. 717. N. 6. De paracenthesi thoracis legi meretur Larrey *Mémoires de chirurgie* etc. Operationem illam inter incolas insularum *Sandwich*, ad sanguinem per vulnera in thoracis cavum extravasatum, extrahendum, usitatam esse, lego (Froriep l. c. 1. *B. N.* 16.).

p. 737. N. 13. De officio musculorum thoracis sub opere respirationis et sermonis deque nervis illis inservientibus ex peculiari columna medullae spinalis sub ponte Varolii ortum ducente et nervum durum paris septimi, n. glosso-pharyngeum, n. vagum, n. accessorium Wilisii, n. phrenicum et nervos externos thoracis largiente, pulchre scripsit. C. Bell (*Philosophical transactions of the R. society of London for the Y.* 1822.).

p. 756. N. 1. Genuini asthmatis doctrinam exposuit H. Hoffbauer. (*Ein Beytrag zur Diagnose und Aetiologie*

logie des asthma spasmodicum chronicum siccum. v. Hufeland l. c. 1824. *März.*).

p. 790 (64). De asthmate a fulminis ictu sanato lege *Hamb. Magaz.* 6. *B.* p. 483.

p. 800 (56). De tussi rebelli *ambustionis* ope sanatae vide *Hamb. Magazin.* 4. *B.* p. 539.

p. 857. N. 6. Quodsi in rebus medicis a priori judicare, aut singulae observationi fidere liceret, propositum *gaz oxydum nitrosum* in coqueluche adhibendi (*The american medical Record. Vol. V.*) saltem inter infantes aetatis provectioris, suffragium meum obtineret.

AD PARTIS SECUNDAE, VOLUMEN SECUNDUM, SECTIONEM SECUNDAM.

p. 7. N. 2. Memorabilis *diaphragmatis hernia* describitur a J. Macfedyen (*The Edinburgh medical and surgical Journal* 1822. *July*).

p. 13. N. 2. Scripserunt nuper de *diaphragmitide* Fr. Baehrens (*Die diaphragmitis in diagnostischer und therapeutischer Rücksicht. Rhein. Jahrb.* 5. *B.* 1. *St.* p. 9. 6. *B.* 2. *St.* p. 147.); Dzondi (*Geschichte einer merkwürdigen Magen- u. Zwergfellsentzündung. Leipz.* 1822.) et Andral junior (*Archives générales de médecine.* 1823. *Octob.*).

p. 17 (41). Diaphragmitidem *Barmemi*, aestate an. 1819., epidemicam fuisse contendit Baehrens (l. c.).

p. 17. §. V. N. 1. Baehrens opus diagnosin diaphragmitidis illustrandi non sine ostentatione adgreditur. Asserit ante omnia, descriptionem hujuscemodi morbi, quatenus a nosologiis suppeditatur, objecto neutiquam respondere (p. 11.); atque signa diaphragmitidis certissima, pro re nata consistere in perceptione angustiae, constrictionis, ponderis circa pectus, in cupiditate aëris ejusque suctione ore aperto instar canum tem-

tempore aestivo peracta (p. 21. 22.); in sensu inquietudinis (p. 16.) ex adspectu et gestibus aegri obvia, in distortione oris sine risu sardonico; in tremoribus, convulsionibus (p. 17.) veluti epilepticis (p. 18.); in symptomatibus gastricis (p. 18), in retractione hypochondriorum (p. 29.) inque delirio miti (p. 33.). Etiamsi haec symptomata in *una* diaphragmitidis epidemia locum revera obtinuissent, ejus caussa non sequeretur illa et omni aliae communia esse. Ast cum Baehrens diaphragmitidem suam epidemicam per autopsiam cadaverum non demonstraverit, liceat de illius morbi praesentia adhuc dubitare. Ex descriptione quidem morbi, ab intempestivis auctoris commentis obscura reddita, nil tuto concludi potest; suspicor nihilominus illum pertinuisse ad febres inflammatorio-typhoideas, cum peculiari affectione cordis.

p. 73 (47). Frid. Tiedemann tabulae arteriarum corporis humani. Carlsruhe 1822.

p. 74 (49). W. Wrolik diss. de mutato vasorum sanguiferorum decursu in scoliosi et cyphosi. Amstel. 1823. De memorabili hac dissertatione ratio redditur in Pyrer's *u.* Choulant's *allgemeinen medicinischen Annalen* 1823. *Spalte* 1428. et in Rust's *kritisch. Repertor. f. die Heilk.* 1. B.

p. 76 (68). Apud Tiedemann (l. c. Tab. IV. fig. 7.) anomalia aortae, quae, ubi e corde sinistro egreditur, in duos dividitur ramos, qui, datis utrinque arteria subclavia et carotide externa et interna, aortam descendentem efformando conveniunt.

p. 76 (70). Tiedemann l. c. Tab. II. fig. 3. observationem Klinzii exhibet, videlicet aortam quae sese illico in adscendentem et descendentem dividit. Cfr. Tab. IV. fig. 8.

p. 76

p. 76 (71). Tiedemann l. c. Tab. III. fig. 37. Tab. IV. fig. 1—4.

p. 77 (73). Tiedemann l. c. Tab. III. fig. 7. (Duce Boehmer).

p. 77 (74). Tiedemann l. c. fig. 4. 5. exhibent duos ex arcu aortae natos truncos, quorum alter arteriam subclaviam dextram et ambas carotides largitur, alter vero arteriam subclaviam sinistram constituit. Fig. 6. delineat quoque duos truncos arteriosos ex arcu aortae originem ducentes, videlicet carotidem dextram et ramum communem carotidis et subclaviae sinistri lateris, arteriâ subclavia dextrâ e portione thoracica aortae pullulante. Tab. III. fig. 1. arcum aortae exhibet, ex quo nascitur truncus, qui arteriam subclaviam dextram et ambas carotides suppeditat; oritur dein arteria subclavia sinistra et tandem arteria vertebralis tertium ramum constituens. Fig. 3. praesentat ex arcu aortae originem symmetricam trunci communis carotidum inter ambas arterias subclavias.

p. 77 (77). Tiedemann arcum aortae inversum praesentat (Tab. IV. fig. 9.) quamobrem arteria aorta sinistrorsum jacet, carotis dextra in medio, et tandem dextrorsum origo arteriae brachii dextri.

p. 77 (88). Tiedemann (l. c. Tab. II. fig. 8.) Waltero duce, praesentat truncum communem ambarum carotidum primum ramum constituentem, ramo secundo arteriam subclaviam sinistram, et ramo ultimo arteriam subclaviam dextram efficiente.

p. 78 (85). Cfr. Tiedemann l. c. Tab. VI. Tab. VII. fig. 1.

p. 78 (86). *Arteria thyreoidea* infima interdum oritur inter arteriam innominatam et carotidem sinistram (Tiedemann l. c. Tab. III. fig. 11.), aut inter carotidem et arteriam subclaviam sinistri lateris (ib. fig. 12.), observante quoque Nicolai.

p. 79

p. 79 (87). Inter duos ramos ex aorta pullulantes (Tiedemann Tab. II. fig. 5.) ortum ducebat *arteria vertebralis* (ib. fig. 7.).

p. 79 (92). Anomaliae *arteriae diaphragmaticae inferioris* pulchre delineantur a Tiedemann l. c. (Tab. XX.). Memorabilis praecipue est truncus ex aorta ortum ducens, atque illam arteriam simul cum arteria coronaria ventriculi suppeditans.

p. 81 (11. 12. 13). Tiedemann l. c. Tab. XIII. Tab. XIV. fig. 2. Tab. XV. Tab. XVI.

§. XVIII. 2. p. 86. S. G. Zimmermann diss. de morbo coeruleo. Berolini 1822. Schallgruber *Abhandlungen aus dem Fache der gerichtl. Arzneykunde.* Grätz 1823. p. 55. Louis *Observations suivies de quelques considérations sur la communication des cavités droites avec les cavités gauches du coeur* (*Archives générales de médecine* 1824.).

p. 93 (6). Apud Schallgruber (l. c.) in puero quatuor mensium deficiebat omnino ductus arteriosus Botalli, arteria hinc pulmonalis nullam cum aorta habebat communicationem. Erat illa arteria venae instar collapsa, et ad originem concreta. Cor simile illi infantis duorum annorum. Cavitates illius sanguine fluido e bruneo livido repletae. Foramen ovale ad magnitudinem calami scriptorii hiabat. Ambae auriculae cordis in angulo inter marginem anteriorem et posteriorem septi, ope orificii amplitudinis digiti, invicem communicabant. Super illius orificii medietatem nascebatur aorta, ita ut sanguis ex utrisque cordis ventriculis libere in hoc vas fluere potuerit. Valvulae tricuspidatae et mitrales margines inferiores cartilagineos exhibebant.

§. XXIII. N. 2. p. 114. Doctrinam pericarditidis prosecuti sunt: Nysten (*Bulletin de l'école de medecine* 1819. p. 78.);

p. 78.); HEMMER *Geschichte einer Carditis mit Bemerkungen zur Diagnose dieser Krankheit. Mit einem Zusatz von* HARLESS *) (*Rheinische Jahrbücher f. Medicin u. Chirurgie. 5. B. 1. St.* p. 60.). C. U. J. HUBER diss. de carditide quae epidemice grassata est inter milites a. 1814. in obsidione Castelli Delfzyl. Gröning 1819.; GITTERMANN *Geschichte einer epidemischen Herzentzündung bey Delfzyl im J.* 1814, *nach* HENDRIKSZ *u.* HUBERS *Beschreibung* v. HARLESS (*Rhein. Jahrb. 6. B. 1. St.* p. 1.).

p. 115 (25). Febris vehementissima (apud HUBER l. c.).

p. 115 (28). Facies violacea et physiognomia, morbo ad acmen perducto, desperationem exprimens (ibid.).

p. 115 (*). Aegri HUBERI permultum sitiebant.

p. 115 (30). Etiam HUBER deglutitionem dolorificam observavit.

p. 116 (**). Pulsus erat intermittens (apud HUBER).

p. 116 (36). In epidemia Delfzylensi dolor sub cartilagine ensiformi, praecipue a deglutitione et ab attactu externo augebatur in aegris HUBERI.

p. 117. Illis in aegris decubitus in dorsum denegatus erat. Miseri utplurimum capite genubus admoto sedebant. Nonnulli e lecto prosiliebant, ac humum prosternebantur.

p. 120 (57. 58). Juvenes, plethorici, potatores spatio 48 horarum moriebantur. In aliis morbus a diebus 4. ad dies 10. protrahebatur observante HUBERO.

p. 120. Aegri HUBERI vel moriebantur immediate per carditidem, vel nullius alterius morbi vestigiis relictis sani evaserunt.

p. 121

---

*) Cl. Vir., me in praeceptis praxeos medicae vix mentionem de carditide injicere contendit. Sane non antequam ordo rerum me ad doctrinam hujus morbi duxit.

p. 121 (71). Ultra uncias viginti seri interdum in pericardio reperiebantur a HUBERO.

p. 121 (72). HUBER l. c. Tab. I. fig. 1. 2. Forma pseudomembranae retiformis.

p. 123 (77). Incrassatio pericardii non raro dimidium pollicem adaequabat in cadaveribus a HUBERO dissectis.

p. 126 (97). Volumen cordis constanter auctum erat in allatis cadaveribus, uti videre est ex Tab. I. op. c.

p. 129 (17). Pulmones plerumque simul inflammati erant teste HUBER.

p. 129 (20). Hydropem cavitatis peritonei acutum, socium pericarditidis, observavit quoque HUBER l. c.

p. 129 — §. XXIV. 1. De carditide epidemica testatur HUBER.

p. 141 — §. XXV. N. 1. HUBER existimat *pericarditidem* quoque confundi posse cum *diaphragmitide*, cum *asthmate*, cum *hydrothorace* et cum *inflammatione* partis convexae tam *hepatis* quam *lienis*. — Pericarditidem cum asthmate confundi posse vix putarem, saltem juxta definitionem, quam hoc de morbo dedi. Quod spectat ad hydrothoracem, cujus species, videlicet hydrocardia, haud raro cum pericarditide copulatur, res longe aliter se habet, de quo argumento abunde locutus sum (p. 152). Quomodo hepatitis (quatenus symptomata in *dextro* latere urgent, in pericarditide vero in *sinistro*) pro carditide haberi posset, non intelligo, quamvis caeterum inficias non ibo, inter morbos jecinoris et cordis magnum locum habere nexum. Eo facilior est error, relate ad diagnosin carditidis et lienitidis, de quo argumento debito loco (P. III. Vol. II. Sect. I.) quaestionem instituam. Hic vero signa, quorum ope *carditis a diaphragmitide* distinguitur, eruere juvabit. Monente HUBER, idque jure, inspiratio et exspiratio longe difficiliores et do-

lorificae

lorificae sunt in diaphragmitide quam in pericarditide. Porro dolores illo in morbo totum pectoris ambitum, ad lumbos usque, amplectuntur, atque pulsus longe minus irregularis observatur. Concedit praeterea cl. Vir facilem inter utrosque morbos complicationem. Talis complicatio maxime in inflammatione *pericardii* expectanda est. Hoc enim in morbo contiguum diaphragma facillime in consensum trahitur, atque anxietas longe minor est, quam si cor ipsum a phlogosi correptum foret. Caeterum quousque de inflammatione partis superioris diaphragmatis quaestio est, agitur re ipsa de *pleuritide*, ad quam etiam pericarditis, stricte loquendo, pertinet. Ex quibus singulis colligitur, quam arduum saepe sit morbos viscerum contiguorum a se invicem distinguere. Quid igitur de magniloquentia illorum dicendum, qui, ut supra exemplum habuimus, hisce de rebus, excluso quovis dubio, et quin proprias adsertiones per cadaverum sectiones confirment; discurrunt?

p. 152. §. XXVI. N. 3. Alvi libertas bonum exitum promittebat apud Huber.

p. 154. Venae sectio mirifice conduxit in epidemia Delfzylensi. Illa interdum ter nychthemeri spatio repetebatur.

p. 155 (11). Calomel virtus quam maxime a Hubero decantatus.

p. 253 (20). Falloon in *Transactions of the association of fellows and licentiates of the king's and queen's college of physicians in Ireland. Vol.* 3.

p. 289 (64). Fitzpatrick (Froriep l. c. 3. *B. N.* 59. p. 237. ex *London med. repository*).

p. 291 (74). Et *mollities* (Fitzpatrick l. c.).

p. 300 (49). J. Bryant in *The Edinburgh medical and*

surgical

surgical Journal 1823. *Jan.* (Obliteratio arteriae iliacae externae, subsequente gangraena pedis).

p. 324 (68) et p. 356 (10). Loco Pasławski, lege Zubowski.

p. 329 (97). Filamenta nervea, quae alias arteriis solummodo adhaerent in aneurysmate in sulcis sacci intrusa sunt. (Lobstein de nerv. sympathici humani fabrica, usu et morbis comment. Paris. 1823).

p. 345 (92). Et Doering (l. c.) antiquam divisionem aneurysmatis in verum et spurium defendit.

p. 346 (94). Casum memorabilem aneurysmatis varicosi, quod inter venam cephalicam et arteriam radialem locum obtinuit, descripsit et tabulâ aeneâ illustravit C. Schottin (*Merkwürdiger Fall einer aneurysmatischen Venengeschwulst. Altenb.* 1822). Observabatur hoc in aneurysmate varicoso: 1° motus tremulus, oscillatorius; 2° calor magnus membri affecti; 3° sibilus stridens (*Ein schwirrender Schall*); 4° decursus serpentinus vasorum contiguorum; et 5° facilitas motum sanguinis retrogradum producendi.

p. 347 (97). De aneurysmate arteriae intercostalis rami inferioris sextae costae (ex lapsu) pro tumore lymphatico habito et aperto cum candore describitur apud Rust (l. c. 16. *B.* 3. *St.* p. 501.).

p. 352. N. 9. De aneurysmatis aortae, quo loco oritur arteria innominata, eoque *croup chronicum* mentiente lege Haxby in *Med. and physical Journal by* Fothergill. 1815. *April.*

p. 378 (98). De nexu inter morbos cordis et cerebri pulchre etiam scripsit Craigie (*The Edinb. med. a. surgical Journal.* 1823. *Jan.*). Probatur quod caussae omnes, quae transitum sanguinis ex vena pulmonali ad aortam impediunt, congestioni in pulmonibus, refluxum cruoris a capite retardanti ansam porrigunt.

p. 378

p. 378 (99). PHILIP *an experimental inquiry into the laws of the vital functions. Lond.* 1818.

p. 395 (65). Caussis phlebitidis libenter adscriberem etiam experimenta nunc usitata, res varias, e. c. oleum ricini (FRORIEP l. c. 5. *B.* p. 87.) venis introducendi.

p. 402 (3). Ambae venae cavae sub nisu in osse deglutito rejiciendo perque tussim inde ortam, rumpebantur teste LOVADINA (*Mem. scientifiche e litterarie dell' Ateneo di Treviso. T. I.* 1817.).

p. 430 (5). ELSAESSER *Geschichte einer Familie von Blutern in Würtemberg* (HUFELAND l. c. 1824. *Febr.* p. 89.).

p. 448. N. 10. De *transfusione sanguinis* auxilio haemorrhagiarum speciatim scripserunt: JAMES BLUNDELL *experiments on transfusion (medico-chirurgical transactions published by the medico-chir. soc. of London.* 1818. *Vol. IX. P. I.*); HOEFFL de sanguinis transfusione. Berol. 1819; PREVOST et DUMAS (*Bibliothèque universelle* 1820. *Sept.* p. 74.).

p. 458 (78). C. A. W. SCHMALZ *Rettung des Menschenlebens. Breslau* 1821.

p. 462 (92). Societas servatrix submersorum aliorumque asphycticorum, quae Hafniae floret, a die 3a. decembris a. 1821. usque ad diem 1. Aprilis 1823. — 61. homines salvavit (*Med. chir. Zeitung* 1824. *N.* 17. p. 302.).

p. 480 (99). Cfr. Addenda pro Sect. I. p. 790 (64).

p. 486 (15). ADELMANN *Medicinisch-gerichtliche Untersuchung betreffend einige durch Kohlendampf verunglückte Menschen (Rheinische Jahrbücher.* 5. *B.* 2. *St.* p. 135.) (Tubus intestinalis inflammatus et gangraenosus detectus fuit); SCHENK *Obductionsbericht eines durch Kohlendunst ums Leben gekommenen Ehepaars* in *Archiv für med. Erfahrung von* HORN etc. 1823. *Jan. Feb.* p. 93. (Tubus intestinalis secundum normam. Tegumenta

capitis

capitis sanguine rubro suffusa. Facies pallida, non tumida. Temperatura cadaverum illi aliorum similis. Rigebant membra).

p. 511 (75). Instrumentum complicatum sane, cujus ope aër in pulmones introducitur et vicissim extrahitur, detexit CAP (*Description d'une pompe propre à retablir le jeu de la respiration chez les asphyxiés par submersion*): aliud instrumentum proposuit J. MOORE (FRORIEP l. c. 2. *B. N.* 38. p. 247.).

p. 511 (*). De asphyxia hominum laqueo strangulatorum praeterea scripserunt: FLEISCHMANN (HENKE *Zeitschrift f. d. Staatsarzneykunde.* 2. *Jahrg.* 1822. 2. *Heft*); REMER (HENKE l. c. 1. *Heft*); HINZE (HENKE l. c. 4. *Jahrg.* 1824. 1. *Heft.* p. 116.), et A. C. L. VILLENEUVE *recherches et remarques sur l'éjaculation chez les pendus* (*Journal complémentaire etc.* *T. X. Cah.* 39. p. 211.).

p. 512. N. 4. Expertissimi viri FLEISCHMANN et HINZE l. c.) contendunt laqueo strangulatos homines perire 1° per suffocationem, 2° per apoplexiam sanguineam, 3° per suffocationem et apoplexiam simul, et 4° per paralysin cerebri (?), pulmonum et cordis; asseruntque varium mortis genus pendere ab applicatione funis, quatenus illa locum obtinet aut supra, aut infra laryngem, aut eo in loco, ubi nervus vagus facillime comprimi potest.